



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



3 2044 010 256 832


*Lo 10. 460.*


31




Bought with  
THE INCOME FROM  
THE GIFT OF  
**STEPHEN SALISBURY.**  
Of Worcester, Mass.  
(Class of 1817.)


*June 25, 1860.*











*Publius*

**P. OVIDII NASONIS TRISTIUM  
LIBRI QVINQUE ET IBIS.**

©



**AD LIBROS MANU SCRIPTOS RECENSUIT, SCHEDIS  
IDIOGRAPHIS NIC. HEINSII, IO. SCHRADERI, ALIORUM  
EXCUSSIS ANNOTAVIT ET PRAEFATUS EST**

**RUDOLPHUS MERKELIUS,**

**SAXO.**

---

**BEROLINI,**

**SUMPTIBUS G. REIMERI.**

**MDCCCXXXVII. —**




L 10.460

1860, June 25.  
Salisbury Fund.  
.95

31-182  
31

SUMMIS . VIRIS . QUORUM .  
CLEMENTIA . INDULGITE . FAVORE .  
NON . OTIARI . IN . RE . ADVERSA . SIBI .  
LICUIT . ANIMI . OBSERVANTISSIMI .  
MONUMENTUM . UTI . SIET . DICAT .  
DEDICATQUE . AUCTOR .



## AEQUO ET ERUDITO LECTORI

S.

**N**e hi libri, quos Tibi cum miniatulis nostris exhibemus, exilem istam natalem sibi et fatalem formam vel hac parte deponerent, placuit nihil nisi de re critica, quomodo in iis se habeat, praefari; et copiosius quidem de eo tantum genere, quod est de libris veteribus recte adhibendis. Dicemus autem de libris, a quibus fuerint usurpati, qua fide excussi, quo iudicio aestimati.

Criticorum, qui olim ad haec carmina codd. contulerunt, solus Gregorius Bersmannus nominandus est, uno libro msto, Ferrariae reperto, non indiligenter usus. Nam de hoc dubium est, fueritne postea a Nicolao Heinsio inspectus, qui reliquorum ante se editorum, patris Danielis Heinsii et Herculis Ciofani, in libris iisdem excutiendis vestigia legit, in aliis rebus omnibus inde a pueritia longe eos superavit. Is vir eximius unde Tristium codices nactus fuerit, iam accipe. Cum vixdum adultus in rem suam convertisset quae patria et Lugdunensis imprimis bibliotheca supeditabat, quaeque a patre paternisque amicis, Boxhornio, Iacobo Revero, Iac. Revio, Hadr. Iunio, suisve Gronovio, Vossii, impetrari poterant, anno 1641 in Britanniam transfretavit et in Londinensibus, Oxoniensi, Cantabrigiensi bibliothecis multa quidem et haec clara ad Ovidium spectantia invenit, his tamen libellis quod prodesset nihil, quin antea iam transmissum habuerit. Cum redisset, subsidia, quae in promptu erant, sufficere videbantur ad editionem Ovidii adornandam. Commentariorum, quos tunc conscripsit, partem ad Tristium priores libros pertinentem inter sche-


Lo 10. 460.

31




Bought with  
THE INCOME FROM  
**THE GIFT OF**  
**STEPHEN SALISBURY.**  
Of Worcester, Mass.  
(Class of 1817.)

*June 25, 1860.*













*Publius*

**P. OVIDII NASONIS TRISTIUM  
LIBRI QVINQUE ET IBIS.**

G



AD LIBROS MANU SCRIPTOS RECENSUIT, SCHEDIS  
IDIOPGRAPHIS NIC. HEINSII, IO. SCHRADERI, ALIORUM  
EXCUSSIS ANNOTAVIT ET PRAEFATUS EST

**RUDOLPHUS MERKELIUS,**  
SAXO.

---

**BEROLINI,**  
SUMPTIBUS G. REIMERI.  
MDCCCXXXVII.

L 10.460

1860, June 25.  
Salisbury Fund.  
.95

31-182  
31

SUMMIS . VIRIS . QUORUM .  
CLEMENTIA . INDULGITE . FAVORE .  
NON . OTIARI . IN . RE . ADVERSA . SIBI .  
LICUIT . ANIMI . OBSERVANTISSIMI .  
MONUMENTUM . UTI . SIET . DICAT .  
DEDICATQUE . AUCTOR .



## AEQUO ET ERUDITO LECTORI

S.

**N**e hi libri, quos Tibi cum miniaturis nostris exhibemus, exilem istam natalem sibi et fatalem formam vel hac parte deponerent, placuit nihil nisi de re critica, quomodo in iis se habeat, praefari; et copiosius quidem de eo tantum genere, quod est de libris veteribus recte adhibendis. Dicemus autem de libris, a quibus fuerint usurpati, qua fide excussi, quo iudicio aestimati.

Criticorum, qui olim ad haec carmina codd. contulerunt, solus Gregorius Bersmannus nominandus est, uno libro msto, Ferrariae reperto, non indiligenter usus. Nam de hoc dubium est, fueritne postea a Nicolao Heinsio inspectus, qui reliquorum ante se editorum, patris Danielis Heinsii et Herculii Ciofani, in libris iisdem excutiendis vestigia legit, in aliis rebus omnibus inde a pueritia longe eos superavit. Is vir eximius unde Tristium codices nactus fuerit, iam accipe. Cum vixdum adultus in rem suam convertisset quae patria et Lugdunensis imprimis bibliotheca supeditabat, quaeque a patre paternisque amicis, Boxhornio, Iacobo Revero, Iac. Revio, Hadr. Iunio, suisve Gronovio, Vossii, imperari poterant, anno 1641 in Britanniam transfretavit et in Londinensibus, Oxoniensi, Cantabrigiensi bibliothecis multa quidem et praeclara ad Ovidium spectantia invenit, his tamen libellis quod prodesset nihil, quin antea iam transmissum habuerit. Cum reddisset subsidia, quae in promptu erant, sufficere videbantur ad editionem Ovidii adornandam. Commentariorum, quos tunc conscripsit, partem ad Tristium prioris libros pertinentem inter sche-

das eius manu scriptas invenire nobis contigit. Pater filium a studiis avocavit, valetudinem in acidulis Spadani curare iussit: filius librorum veterum unice curiosus anno 1642 et mox denno sequenti sacras et profanas Brabantiae bibliothecas perreptavit: Lovanii et Antwerpiae potissimum invenit, quorum Tristium causa non poeniteret. Semel excitata nobilis illa avaritia Aquisgrano Lutetiam prolecevit, inde in Italiam: quo itinere per biennium continuato etsi ubique fere Gronovio olim et Vossio felicior fuit, tamen Neapoli tantum quid egerit, accurate dixeris, ubi tamen bibliothecae S. Iohannis Carbonarii, Patrum Theatinorum, Augustinorum Tristia non habebant: de laboribus in bibliothecis Gallicis, in Marciana Florentina, Vaticana, Bononiensi S. Salvatoris, Veneta St. Antonii, Patavina, Ambrosiana profligatis, de libris ab Italis dono acceptis, non omnia possunt a rebus post aliquot annos gestis discerni. Extat quidem itineris primi Gallici et Italici monumentum editio Ovidii, quae 1552 sine notis prodiit, sed dubiae auctoritatis. Cum enim idem illud iter mandatu Christianae Sueciae reginae no. 1551 denno instauraret, ut, si quid humani pateretur, aliquod certe sui documentum extaret, exemplar Ovidii a se emendatum bibliopolis tradidit: edendi curam patri, seni iam infirmo, et Ant. Goesio affini, quicum frigus mox intercessit, imposuit: schedas suas secum abduxit, quas illi, quoties incerti haerent, ne inspiciere quidem proinde poterant. In altero illo itinere biennii iterum spatio peracto reginae tunc temporis aulis fere omnibus alternatim commendatissimae res agenti plurima patebant; commode autem, quamvis tunc quidem non ex votis, hoc eveniebat, quod sibi ipsi maxime prospicere poterat, quippe pro munere neque mandata, neque stipendium accipiebat. Quomodo ubique locorum partim adiutus a Langermanno ielaboraverit, ex eius epistolis intelligent, quorum interest aut veterum philologorum strenuitatem cognoscere, aut bibliothecarum pristinam rationem inquirere. Nos de Vaticana tantum bibliotheca testimonium adhibemus, quam cum summi viri, Blunius Itia. 3, p. 90, et qui eum secuti sunt, ocllasam illi fuisse scripserint, patuisse et olim tunc vero penitus ab eo excussam, quantum ad Ovidium certe, intelligitur ex Sylk epp. Burm. 3, p. 300; de Me-

dices aliud addimus ibid. p. 305, 308, quia immensi laboris res  
 etique fuit. Reversus tandem est per Helvetiam et Germaniam  
 Lugdunum Batavorum, mox inde Holmiam, quo cum pergeret in  
 Holsatia Gottorpianos codices contulit; cum pervenisset, in tur-  
 batissima aula otiosus est, hoc est schedas Ovidianas in ordinem,  
 redegit, bibliothecam regiam etiamtum integram ad partes voca-  
 vit: idque per biennium fere, vix ut munere publica prolegati ar-  
 diaum Belg. fortissime administrata a studiis disjiceretur. In  
 reditu autem in patriam ao. 1655 cum adversis ventis Hamburgi  
 detineretur, codicem ecclesiae cathedralis contulit. Mox cum se-  
 cessissent Erfurtenses libri a Graevio allati, Rotterodamiani Ma-  
 nasterio transmissi, excerpta Hugoniana Haugae reperta, adiumenta  
 non deerant, modo ne impedimenta illa aequiparassent, modo ut  
 etiam manus Amstelodamense, valetudinem exhausti labores,  
 animum defaectum his molestissima reliquissent. Quid multa? In  
 rerum earum maxima conturbatione editionem Ovidii novam in-  
 choavit: primus tomus inter manus typographi haesit a mense  
 Maio anni 1658 ad Iulium anni 1660; reliqua festinata, tam  
 ultimi plagulae correctae ab eo inter strepitus marines atque  
 tempestates, cum anno 1661 Sueciam navigaret, specie honesta,  
 re vera autem pudenda de causa in exilium actus tantum non  
 Ovidianum. Mirandum igitur, non si quid reliqui fecerit, sed  
 quantum praestiterit in opere ingeniosissimo; audi ipsam in ep.  
 ad Gronovium scripta a. d. 10 Jul. 1660: *Quare nolim de hac  
 Nasonis editione praestari aliquid tibi pollicearis. Animo  
 enim defaectato haec studia erant tractanda, qui nullus  
 mihi adfuit. Itaque curas secundas feliciores fore auguror.*  
 Ista quidem curas secundas, quas opere nondum absoluto ex-  
 optabat, nunquam addere licuit. Elzevirio satis emendata omnia  
 videbantur, quae tam cupido distraherentur, ut non semel typis  
 repetenda essent. Quoties id factum sit, non constat inter biblio-  
 graphos. Ebertus primam Heinsii editionem cum commentariis  
 repetitam dicit annis 1664, 1676; exemplaria anno 1668 in-  
 signita in rerum naturam fuisse pernegat. Burmannus editionem  
 anni 1668, cui scilicet Heinsius ipse praefuerit, usum se asseve-  
 rat in praefatione superioris editionis suae, quae separatim prodit.



Uter igitur errat? uterque, ut opinor, si quid testimonii in Heinsio ipso est, qui anni 1674 mense Maio ad amicum ita: *Novit Graevius noster, noverunt alii ex amicis, cum agitare istam Nasonis editionem alio me per familiares molestias et calumniam forensis advocatum, ut huc cogitationi, quae hominem requirebat totum, minus vacare, atque omnem me tradere potuerim. Postmodum attentiore cura complura ad limam revocavi in prioribus observatis ac corrasis, quibus insuper habitis ac me ne consulto quidem boni Leidenses secundam tertiamque Nasonis editiones in publicum protruserunt. Vides inter editiones Eberto cognitae tertiam desiderari, quam Heinsius a. 1674 dicebat, quam illam anni 1668 puto, etiam nec ipse vidi. Burmannus vero simul refellitur ex illa Heinsii epistola, qui ex aliis, quas ipse edidit, nosse debebat, anno 1668 Heinsium graviter aegrotantem se potuisse quidem editioni alicui adesse. De curis secundis Heinsii, de quibus neminem vidi, qui recte iudicaret, ita habet. Exemplar istud editionis 1661, in quo complura ad limam revocasse sese dicentem legimus, curas secundas minime complectebatur, quod falso Burmannus quoque opinatus est, sed parvae rei, etsi necessarias quasdam correctiones: superest enim cum reliquis in bibliotheca Regia Berolinensi. Has correctiones si primus Heinsianis notis in sua editione maiore inseruit Petrus Burmannus, (quod nobis minime constat, qui editionem Heinsianam anni 1676 non inspeximus, cui si forte additae illae fuerint a librario, potuit hercle et Burmannum, et bibliographos posteriores latero,) Heinsio vivente nihil unquam accessit ad primam formam editionis 1661. Ipsas curas secundas dom Heinsius superasset, non produsse iam demonstrabitur; nec a Burmanno editas quidem esse, sed nunc demum nostra opera proferri infra intelliges. Igitur Nicolaum Heinsium aetate fere viginti post commentarios primum editos nunquam non Ovidio vacasse, epistolae satis demonstrant. Annis 1672, 1673 cum republicae causa in Germaniam excurrendum esset, Coloniae et Spirae diligenter in libros vetustos inquisivit, Francofurti quem inveniebat codicem omnium Ovidii operum, cum pulvisculo excussit. Sub idem fere tempus Teanulias quidam Parisiis colla-*

tionem cod. Segueriani ad eum misit (Syll. 4, p. 804 sq.). Extremis vitae temporibus tandem cum alia huius generis auxilia ultro offerrentur, velut a Marquardo Gudio, vid. Syll. 3, p. 490, Carpzovio, Syll. 4, 330, et multis, alia sperari posse viderentur, velut a Petro Petitio, Syll. 5, 728, novae editionis elaborandae consilium serio cepit, ad quam cum inde a longo tempore non imparatum fuisse probabile sit, tamen quantum sibi laboris dense imponendum putaverit, in comperto non est. Novam recensio- nem Daunio ao. 1697 promississe intelligitur ex Syll. 5, p. 261. Ad Huetium ao. 1680 ita scribit ibid. p. 732: *Elzevirius! cum flagitatum a me saepe numero editionem Nasonis secundam nunc adornet, quod primae editionis exemplaria variis descripta formis iam pridem sint distracta, desideratis eius refragari non possum.* Has demum curas secundas Heinsii futu- ras fuisse, si absolvere contigisset, intelligitur ex epistola ad Po- titum anni 1681 Syll. 5, p. 726. Haecenus de libris ab Hei- sio coquisitis dictum esto: de editionibus quae disseruimus, ne ignorarentur, nostra intererat propter ea, quae infra dicentur. Iam vero de libris post Heinsii aetatem adhibitis videamus. A Ger- mania nescio quid magnum Ovidio Heinsius augurabatur. Inter ipsos Mediceae bibliothecae thesauros: *Utinam, inquit, illud tempus licuisset terere in Germanicis bibliothecis, ubi vo- tustiora reperiri exemplaria nullus dubito.* Syll. 4, p. 308, cfr. 5, p. 809. Vindobonam imprimis anxie cupiebat, occasio- nem iuvenis, vel legationis istuc suscipiendae non semel captavit. Syll. 4, 245. Ad Vossium anno 1654 ita scribebat: *Utinam Viennenses codices aliquo artificio iuris Regii fiant! De successu non videtur desperandum, si opera legati, qui Viennam hac aestate abiturus, libri isti cum archetypis Austriacorum imaginibus in arce Pragana captis permista- rentur.* Syll. 3, p. 602. Ista spes de Germania ante duo se- cula concepta hucusque ad irritam cecidit. Quod ad membranas veteres attinet, Tristium libros cum codice msto Bernensi in Bur- manni spem gratiae contulit Hieronymus Stettlerus anno 1718: hoc in seculum sufficere debuit. Anno 1826 Franciscus Nicolaus Kleinius, gymnasiarchus Confluentinus, in Francofurtensi codice

operam collocavit, quae quamdiu sufficere debeat, posthac apparebit. — Nos novarum adiumentorum attulimus quantum conditio pateretur, et vero quod ad fundamentum sufficeret agendam: quinque codices integros antea non adhibitos contulimus, bonitate, elegantia, aetate diversos, vetustas editiones seculi XV novem, non ex eadem origine derivatas: praeterea e schedis mstis N. Heinsii multa prorsus ignota, pleraque rectius cognoscenda deprompsimus, quod quale sit, iam accipe.

Delati enim sumus ad alteram partem, quam posueramus, in qua quaeritur, quomodo et quam accurate libri msti in usum vocati fuerint. Triplex est genus codicum a diversis collatorum. Primo docti viri usi sunt, qui quam rationem inierint, incertum est, quorum excerptis usus est Heinsius, velut Ang. Politiani, Ian. Gebhardi, Ian. Gruteri, Iust. Lipsii, Fred. Gronovii, Is. Vossii. Horum quamvis primus accuratiorum professus sit, trium sequentium diligentia in collationibus ipsis videntur apparere, quod aliunde cognita sit, tamen quia codd. ipsi maximam partem aut perierunt, aut delitescunt, affirmari nihil potest. Secundum genus est librorum Heinsii, de cuius fide cum quaeratur, copiosius a nobis disputandum est. Tertio demum loco de iis dicetur, quorum in alteram utram partem in comperto nobis quidem est ratio. De editione igitur Heinsii quid actum fuerit, supra in hunc modum expositum est, ut facile vel inde pateat, magna copiarum criticarum numero vix satis illum usque quaque usum fuisse ad emendandum Ovidium. Verum duabus potissimum in rebus iniquos expertus est posteriores editores. Quod ad primam attinet, de consilio, quae Heinsius in editione anni 1661 codd. vel nominavit, vel numero indicavit, vel etiam reticuit, iudicareat quomodoque liberet: quo autem iniquitas, eo minus conditionis, qua Heinsius usus est, temporum, quibus vixit, ingenii denique eius intelligentes, certe reverentes. Id unum enim agebat, ut Ovidium a barbarie vindicaret, non ut quam maxima diversarum lectionum mole oneraret. Non soli Heinsio tum temporis studia antiquitatis prorsus peritura esse videbantur: certe divinare non poterat, tum elegantes homines olim extituros, quales de eius delictis indicaverunt. Altera in re calumnitati sunt. Nam de ratione, qua

Heinsius non fuerit in codicibus suis excutiendis, nihil prorsus scire poterant. Narrant codices longe plurimos non collatos, sed „*passim obiterque inspectos*” ab eo fuisse (vid. Jahn. praef. t. 2. p. XI). Causam eius suspitionis requiro; puto, quia maior est codicum ab Heinsio collatorum numerus, quam facultas humana recipit, quae tamen in aliis minima, in aliis maxima solet esse. Exemplo est Burmannus, qui cum numerum eodd. Heinsianorum vellet subduxisse videri, verites, ne nimium diceret, *quinquaginta fere in universum Ovidium partim integros, partim mutilatos codices ab eo collatos* scribit in praefatione maiore: poterat trecentos dixisse. Verum negligentiae etiam et malae fraudis insinuatnr magnus vir, cui „*meliores libri haud uno in loco visi sint ei, qui maxime ad rem suam facerent,*” Cum tamen quos errores Jahnus notat p. X, aut sint levissimi, aut nulli, certe cum Jabonii errore de curis secundis Heinsianis coniuncti. Quanta autem illa etiam costumelia est, quam Heinsius passus, quando cum Burmano iamiam solet coniungi in levitatis criticae exemplum? Haud dicam dolo: multo praestitisset, Burmanni commentarios aeternis tenebris damuari, quam ut eorum crassitudo Heinsiano splendori officeret: praestitisset, inquam, illud, quam ut oscitantia ille sua omnes, qui fidem habuerant, in errores, ieiunitate quosdam in aemulationem abriperet, nobis parte laboris de novo exordiendi praerepta necessitatem imponeret de perversitate sua verba fariendi. Scriptoria Heinsiana, quorum copia illi facta est ab Heinsii heredibus, bonae frugis non inania fuisse ex iis, quae dicta sunt, quivis suspicetur. Burmannus quamvis quid invenerit in iis non accurate recenseat in praefatione maiore, sed tantum *stuporem et desperationem* sibi iniectum esse fateatur, constat tamen, longe plurimorum codicum integras collationes ab Heinsii manu factas ad eum pervenisse. Sufficere igitur ei visum est, ut ipse dicit, varias scripturas ab aliis expendendas *cum delectu et fide* exhiberi. Verum ignorabat bonus vir ad delectum institutendum plus acuminis requiri, quam ad utendum libris ipsis: maius enim est scire, quid olim prodesse aliis possit, quam quod usui in praesenti sit. Heinsium sat scio delectum ex iis cepiis, quibus non ignave usus est, satis bene

non daturum fuisse: oportet enim libros recte aestimatos antea esse, qui utrum albi, an atrii essent, hercle nesciebat Burmannus. *Fides* tamen, quam gloriatur, etiam in pravo instituto ex parte constare poterat: suam lusit, Heinsianam dubiam, saepe etiam suspectam reddidit. Summa, qua usus est, negligentia vel cuius eius editionem inspicienti pateret necesse erat: pauca eius generis notavit Jabius l. l. In his Tristium libris ubi semel legeris duos eiusdem nominis codices extitisse, velut Pelitianos, Palatinos, Moretanos, Puteaneos, de incuria aut Burmanni, aut Heinsii iam constat, quoties non indicatur, uter intelligendus sit, quod in prima earum, quas posuimus, appellatione factum 1, 2, 99, in secunda fere ubique, in tertia ubique, sed recte, quia perperam 1, 1, 112 *unum* posuit, in ultima alternatim fore. Verum istaec levia sunt vixque digna commemoratu, si notas Burmanni cum ipsis Heinsii schedis conferas, unde consarcinatae sunt. Vix ullam paginam esse opinor, in qua gravius aliquod delictum non inest, si vel tot bonas scripturas omissas excusare velis. Non irridicula illa sunt, cum 1, 8, 41 unum Vaticanum laudat, quia legerat: *Vatic.*, quod esse debebat: *V alii*, idque aliquoties aut hoc, aut inverso modo; cum codices nonn Regiam et unum Puteaneum modo duos Regios, velut 1, 2, 6, et alibi, modo duos Puteaneos, 3, 12, 3, et saepissime nuncupat; cum eundem librum modo Gallicum, modo Thuaneum, modo unum Heinsii dicit, Leidenses pro duobus numerat 1, 8, 16; 9, 12, nusquam tamen distinguit. Eius generis sunt innumera, ab Heinsio nonquam perfecta, qui litteris codices insigniverat. Istaec igitur, dicet aliquis, *stuporis* et *desperationis* sunt: At ego puto calliditatis et fiduciae. Callide egit Burmannus, qui operae nihil impenderet in re, unde gloriolae nihil sibi parare posset: ex Heinsii codd. scripturas describendas fuisse nemo ignorabat. Curas quoque Heinsii secundas multi expectabant: quare annotationes quasdam in exemplari anni 1661 ab Heinsio scriptas anno 1664 vel 1668, ut supra diximus, Heinsii notis addidit, sed id quoque puerili paeve cum incogitantia, adeo, ut cum 1, 1, 114 Heinsius scriptam reliquisset de Cinaethone poeta: *Laudatur et Opetia eiusdem*, ille describeret: *Laudatur et Opetia*. Verum non omnia tanta

incuria egit, sed ea, in quibus Heinsii soline fama periclitaretur. Confidebat fore, ut Heinsii schedae interciderent, certe ut nemo post ipsam illas pervestigaret, atque hac fiducia satis benigne se facere patavit, si de reliquis, quae schedae Heinsii suppeditabant, dimidiam illi partem relinqueret, dimidiam sibi deligeret, scilicet ex Inst. §. 39, *de rerum divisione et adquir. dominio*. Supererat in schedis Heinsianis correctionum et coniecturarum ingens sarrago, deinde disputationes de locis difficilioribus, testimonia scriptorum larga manu congesta, rerum explicationes; atque hae postremae quibusdam in partibus in commentarios exegeticos, quos quidam vocant, accroverant. Haec diversis quidem temporibus scripta fuisse, sed curas ipsas secundas Heinsii continere, quas in ordinem redacturus fuisset, cuius constare poterat, qui id curaret. Burmannus tamen sibi lucellum, sibi peculium, sibi fortunas quaerebat. Coniecturarum suarum quotquot speciem aliquam habent, Heinsio sublegerat, velut 2, 475; 3, 1, 35; 3, 4, 30: atque satis callide quidem ex iis codicum collationibus, quas in schedulis separatis servabat Heinsius, coniecturas ab illo sibi natae sunt interpositas expiscatus est, codicis scripturas insuper habuit. In observationibus Heinsii criticis quoties ille proposita aliqua sententia postea ascripserat: *male*, vel: *sed iam nihil muto*, priora Heinsio ascripsit, censuram sibi arrogavit. Quoties uberius retractaverat opinionem Heinsius, ea, quae postremo probavit, sua fecit, velut 2, 360 et saepissime. Quin etiam vidi illum quae Heinsius quia damnaret, prorsus induxerat, ex laetibus tamen extraxisse, ac pro suis vendidisse. Postremo sicubi in commentarios atque doctrinae copiam incidebat, qua sese ostentare posset, actum iam erat de aequitate in partiendo omni. Libro secundo a v. 383 ad 412 quae copiosius exposita habentur sub Burmanni nomine, Heinsii sunt omnia, paucis, quae satis futilia sunt, exceptis: perpanca etiam pungente, opinor, conscientia Heinsio reddidit, in praefatione nihilo minus totum se reddidisse testatus. Ac putaverit fortasse aliquis, posthac Burmannum poenituisse malorum factorum atque emendaturum, si licuisset, fuisse, cum in praefatione Lucani a se editi ita scriptum reliquerit: *Si secundas in Ovidium curas proderet, aliter me, at-*

*que olim, de multis locis sentire lectorem experiendo discreto posse ostenderim.* Cave multum huic homini credas. Ista incurias secundas eius videor mihi iuvenisse in exemplari editionis maioris ab ipso perscriptas: erant menda typographi correctæ, scripturae quaedam sine fide atque iudicio additæ, nusquam nova inventa, nusquam Heinsio reddita, quibus olim illum fraudaverat, quantum quidem ad Tristium libros. Iam vero ut finem faciamus ingratae quaestioni, demonstratum est Burmanni culpa factum esse, ut de libris istis, quibus Heinsius olim usus est; non multum compertum sit; quod compertum sit, magna ex parte falsum sit, quod falsum non sit, certe suspectum esse deberet; nisi aliunde confirmaretur. Sed lætam rem Tibi narro, benevole lector, Burmanni incuria Ovidio nihil periiit, Heinsio nihil iniuriæ illatum est, qui hodie accurate cognosci liceat, quin possit emendari. Schedæ Heinsianæ, quibus de novo usus Burmannus, et ea, quæ primus adhibuit, ut collatio codicis Bernensis, et præterea multa utriusque generis, quibus ille uti aut noluit, aut non potuit, salva sunt et religiose custodiuntur in bibliotheca Regia Berolinensi. Recensum infra videbis. Nunc ut ad propositam revertamur, de fide quaeritur, qua Heinsius usus in conferendo magno codicum numero. Verbo dicam: optima usus videtur. Huius rei fidem faciant integerrimi hominis mores aliunde probe cogniti; deinde vero codicum ipsæ collationes, plene et curiose institutæ, quæque etiam scribendi errores, manum, quæ dicitur, secundam, varias scripturas in quovis libro isto annotatas, glossas exhibebant: scriptæ erant mitide, certe distincte, ubi ex altero exemplari in alterum transcriptæ erant, haud discrepabant. In vetustis tantum modo libris, quos ipse possidebat, velut Revii fragmentum, quosque diversis temporibus inspicere potuit, interdum diversas scripturas enotavit: puto, quia scriptura libri abstrusa atque evanida fuit; quemadmodum Isaaci Vossii manus si parum recte lecta fuerit, crimini nulli dederim. Aliæ imbecillitatis humanæ argumenta, velut illud, cum scriptura codicis impressi, quocumque scriptus confertur, interdum annotatur, scripti omittitur, quod Stettlerus in codice Bernensi caeterum emperstitiosè collato aliquoties commisit, in Heinsium cadere vix memini. Ac quoniam de

Stetlero et Bernensi libro diximus, agetur nunc etiam de altero illo codice ex iis, quos post Heinsii aetatem collatos esse supra memoravimus, quae res nonnihil ad probandum nostrum de Heinsii fide iudicium conferre debet. Codicem Francofurtanum Heinsius totam olim contulit, non autem Burmannus, quae eorum sententia, qui ad Fastos et Tristia eundem codicem excusserunt. Cum scripturas, quas hi viri, C. F. Matthias et F. N. Kleinius notarunt, primum conferrem cum iis, quas Heinsius anno 1672 invenisse sese testabatur, in eam opinionem adducebar, ut diversas ecclesiae S. Bartholomaei codices collatos utique putarem: quamquam ita tantum differebant collationes, ut remoto editionum, ad quas codex excussus est, discrimine aliquot centurias scripturarum Heinsius annotaverit, quas alteri illi omiserunt. Ac de Fastis gaudeo; quod iam non opus est disputare. De Kleinio Tristium editore quae res poscit, eloquar. Dicit *se lectionis discrepantiam passim ausisse quam aliis subsidiis, tum opo codicis Francofurtani, quem denuo excusserit, quia parum accurate id antea factum fuerit.* Consilio plusquam Burmanno eam rem gessit. In libro primo, secundo, et in tertio usque ad elegiam nonam non accurate scripturas notavit, multis et satis gravibus omissis, sed notavit tamen: in sequentibus quatuor elegiis satis habuit ad versum 38 el. 10 Burmanni testimonium de codice Francofurtano descripsisse, nullis, quibus sciant ista ipsa carmina, difficultatibus ad membranas inspiciendas permotus, ex quibus Heinsius plus viginti singulares scripturas deprompserat. In ultima libri tertii elegia denuo inspexit, credo, ut nunquam ausisse videretur. Sed in reliquis denuo nihil nisi discrimina pessima fide a Burmanno tradita annotavit. Possent quaedam praeterea de 'putativo' hoc codicis scrutatore et critico dici aliis fortasse, quam nobis, incuodiora. — Nos igitur de Francofurtano codice Heinsii auctoritatem solam secuti sumus et istoc uno exemplo parum abest, quin eos omnes, quotquot Heinsium negligentiae postularunt, obticere iubeamus. Nihil enim codicum ab Heinsio collatum fuit, quin impuras Burmannorum manus transierit: quosdam, de quibus praestantissimi viri litem moverunt, non ab Heinsio sed ab eius amanuensis inspecti sunt. Sed quid-



quid tandem rei sit, quam olim rigide iudicatum iri confidimus: nobis tantisper placuit Heinsium tanquam religiosissimum in tractandis codicibus quanta ipsi possemus accuratatione prosequi. Itaque quam rationem in commemorandis codd. Leidensibus iniimus, de quibus infra videbis, ne excusamus quidem. Praestat intermeratam ab omni parte immortalis viri servari memoriam, ad quam nisi animum subiade erigere daretur, possit pudere aliquem inter Burmannos versari. Quodsi de Heinsii fide semel dubitaveris, codicum non paucorum, neque malorum elevabitur notitia, qui nunquam, opinor, comparebunt, postquam ille collatos in schedis Berolinensibus reliquit. Quandoquidem igitur remotis testibus non idoneis de libris ante nos adhibitis ipsam Heinsii et de Bernensi Stettleri fidem interposuimus, pro iis, quos ipsi excussimus, nostram obligamus, operae nulli nos perpercisse certi. Duorum librorum atque tertii quatenus licuit, vel levissima discrimina annotavi, resectis tantum iis, quae nisi qui veterem librum nullum viderit, vel animo informaverit, nemini prodessent. Reliquorum scripturas ita selegi, ut nullam praetermitterem, cui indicium inesset interpolationis aut violentae hominum doctiorum, aut stultae librarium, glossemata admittentium, vel locorum similium memoria deceptorum, deinde nullam, quae sensu omni destituta librarium ostenderet scribentem quae ipse non intelligeret: quod pretiosissimum errorum genus nec in minoris rei libris aspernari consuevi. Reticui igitur leviores calami errores, in locis satis per se tutis: nam in depositis peiusque habitis piaculum fecissem, si ullum apicem posteriorum notitiae subtraxissem. Atque haec ita administranda existimavi cum virorum auctoritate, quibus in hoc genere praestantiores non vivunt, tum meo iure. Nam quos audire solemus clamitantes, nihil suppressendum esse quodcumque olim quisquam barbatulus deliquerit, viderint illi, num sanctissimum istud suum cum bibliopolis foedus sartum tectum in posterum praestare possint, et anno saltem gemularum istarum describendarum causa ad alia artificia a typographis commigrandum sit. Caeterum cum Burmannus laudem olim a Ruhkenio meruerit, quod tertia fere parte apparatus criticum Heinsianum adauxisset, facile praeter illud Burmanni additamentum exami-

natam alteram tantum rerum non leviorum deuo protuli. — Restat tertia pars disputationis de veteribus libris ad Tristia collatis, quam constitueramus de librorum aestimatione. Hac quoque in quaestione de nno Heinsio verba potissimum facienda sunt: reliquorum enim editorum nemo adeo numerum codicum subduxisse, vel nomina ab illo imposita satis intellexisse videtur. Nihil ignorasse Heinsium putaverim eorum, quae hodie secundum disciplinam in hac longe gravissima criticae parte tradi possunt. Vetustatem codicum unice semper spectasse, epistolae eius abunde testantur, quam cur minus recte iudicare potuerit, non video: scientia civili imbutus erat, cuius pars erat diplomatica, de qua neque post Benedictinos homines multum ad hunc diem scriptum est, neque ab illis tanto post Heinsium tempore, quin is quoque nosse potuerit: usum et exercitationem habebat maiorem plurimis, qui hodie sunt, criticis, versatissimis vix inferiorem. De bonitate librorum recentiorum quoque acute non semel iudicavit, velut de Sarraviano et Mazariuiano Fastorum. De familiis, quae dicuntur, codicum quatenus statui potest in scriptore, qui gentes potius ac populum eorum habet, Heinsius pleraque vidit. Celebre illud et ingeniosum Lachmanni V. Dss. inventum de librariis arte et ratione interpolatis putas latuisse eum? oculis suis istam rem usurpaverat atque experientia sua non contemnendum in modum astruere et illustrare potuisset, uti mox intelliges. Iam vero satis praefati de intelligentia Heinsii fatemur non ubique, in Tristibus vero omnino non rem ita, uti oportuit, ab eo esse gestam. Quod cum summa eius nominis reverentia dictum esse volo, nec sine excusatione plenissima, quae triplex est. Primum enim in Tristibus refigendis operae minus impendit, quod fatetur in fine commentariorum in hunc modum: *Si in promptu fuissent codices huius operis aliquanto vetustiores castigatioresque iis, qui in manus hactenus nostras inciderunt, poteramus Tristibus recensendis operam magis operosam adhibuisse. Sed cum in nullo Nasonis poemate peius nobis prospectum fuerit a membranis antiquis et fidis, inter sordes exemplarium mendosissimorum diu haerendum esse non duximus.* Deinde

quod Tristinum editori hac parte agendum fuit arduum est, nec multis fortasse satis placebunt, quae nobis persuasimus. Postremo vos quoque, quamquam benigno casu melius instructi, quam Heinsius fuisse videtur, nihil tamen conati sumus, nisi ab illo admoniti certe. Secutus est in his carminibus castigandis Heinsius familiam quandam codicum, qui seorsim a reliquis faciunt, Italos omnes, aut ab Italis derivatos, elegantes omnes, nisi quod recentiores ex illis. vetustiores aliquot locis elegantia vel superant. Sunt hi Vaticanus et Medicus primi et Politiani duo, quos ad seculi undecimi, vel duodecimi tempora referre videtur, recentiores vero Palatinus secundus et Combianus. Hi vero libri interpolati sunt plane simili modo, ac Propertium esse interpolatum Summus Lachmannus docuit. Atqui hoc factum esse nequit a doctis viris seculi decimi quinti demum, nisi aut de aetate librorum omissis erraverit Heinsius, aut correctiones in libris ipsis pro vetere scripturae habuerit. Prius illud probabile non est: illis enim libris nostra opera accedit Guelferbytanus, simillimas scripturas habens, et ipse, nisi fallor, in Italia a Marquardo Gudio emptus, quem idonei iudices, Ebertus in catalogo librorum Guelferb. et Schoemannus V. D. in litteris Wolfenbottelo ad me perhumane datis seculi decimi tertii esse perscripserunt. Alterius vero rei, quam dixi, suspicionem procul habeo ab Heinsio: qui si in illis libris idem animadvertisset, quod in aliis etiam vetustioribus, non id reticisset. Vid. Syll. epp. 3, p. 180 quod Neapoli scribit: *Inveni illic Ovidii Metamorphosin Longobardicis litteris scriptam, sed et illud exemplar eodem fato usum est, quo Florentinum S. Marci, ut vetustae lectiones plerisque in locis a sciolo erasae sint. Suppeditavit quaedam tamen non poenitenda, et si non aliud, monuit certe, docuitque, quae suspecta loca sint habenda.* Et ibid. pag. seq.: *Quod in iis omnibus locis, in quibus aqua mihi haeret, quaeque corrupta esse constat, vetus lectio penitus erasata sit, adeo quidem, ut ne vestigia quidem litterarum supersint. Incipio profecto desperare inventurum me codices auctoris illius, quales necessarii forent bonam editionem procuraturo.* Talia etiam in aliis extra Italiam codicibus observat,

velut in Puteaneo p. 163: *Metamorph. ille codex optimus, sed a sciolo passim interpolatus.* Ita membranas Scriverii p. 120 *satis vetustas*, sed p. 137 *ubique interpolatas* nuncupat. De recentioribus libris idem saepissime ab eo annotatur, quod huc non pertinet. Vellem sane addidisset, cuius aetatis sibi visa fuerit manus sciorum illorum, et an seculo decimo tertio antiquior. Sed omisisse eum interpolationis mentionem, eaque secure usum fuisse in libris supra dictis, quis credere possit? Accedit, quod Tr. 1, 9, 53 alteram manum Vaticani primi notavit, et in aliis libris, Fastis ioprimis, saepissime, quamvis Burmannus id plerumque iusuper habuerit. Atque in Guelferbytano quoque prima manus, quae lituras non habet, cum reliquis Italis conspirat, recentiores scripturae cum aliis.

Horum igitur librorum malam fraudem in Tristibus non perspexit Heinsius, sed quae exhiberent reliquorum scripturis ubique praetulit. Neque aliter potuit. Primum enim ipse carmina faciebat, perbona quidem, sed eo modo, quo pater et Grotius et alii. Tota vero illa Batavorum ars poetica ad Italorum exemplum et aemulationem comparata erat: in Italia vero satis antiqua et cum veterum librorum interpolandorum studio valde coniuncta. Placebant ergo Heinsio quoque in Ovidio ea, quae olim docti viri illo dignissima putaverant, eique obtruserant. Deinde ii codices Itali, quos vidit, neque se ipsi prodebant, neque ab aliis, quos habuisset, arguebantur: et si diffisos fortasse, nisi subinde videtur, fuerit, vetustas suspicionem videbatur excludere. Nunquam enim, aut perraro, neque satis certo interpolatio cognosci potest, nisi libri praesto sint primum alius origiois, tum meliores, hoc est, qui difficilioribus in locis plus praestent ad vindicandum scriptorem interpolatis, denique, si fieri possit, antiquiores. Cuius modi nisi nobis contigissent, stultum erat Heinsium reprehendere. Non ii sumus, qui prae fracte negemus multa, quae Itali isti codices exhibent, scribere potuisse Ovidium, quantumvis diversa suadentibus reliquis. Illud quoque, sane non mihi in hac re momenti, quod Guelferbytanus suarum partium proditor lib. 1, 8, 32 duplicem hexametrum habet, cuius altera forma, quam proscribit, unice convenit verae pentametri scripturae, al-

tera interpolata est minime inficete, sed, quod sole clarius est, variantis scripturae in pentametro causa; hoc quoque, inquam, non totam litem dirimat. Sed quod illi non recentissimi libri locis in plurimis intricatioribus nihil auxilii afferunt, de qua re iustissime querentem audivimus Heinsium, reliquorum autem maximus numerus multo minus, duo vero libri primum hoc praestant egregium in modum, deinde ubique ita a reliquis secedunt, ut errores librarium interdum habeant, interpolationes vero fraudulentas nullas usquam, tum Itali non sunt, sed vetustissimorum in Germania bibliothecarum, et alter quidem, quem ipsi usurpavimus, eius modi, ut senium Italis illis non inferius praeferat, fateberis non esse posse de nihilo. Eorum librorum alter primus est Palatinorum, quorum collationes a J. Gebhardo et J. Grutero institutas possidebat Daniel Heinsius. Filius cum anno 1641, ut opinor, illas inspiceret, sive tempore exclusus, sive captus fucata Palatini secundi elegantia, huic primum locum attribuit, alterum rarissime in usum vocavit. Posthac ad annum usque 1661 opus non habuit inspectis illis collationibus: tunc vero illis carendum erat. Nam cum pater anno 1655 obiisset, scripturam eius ex parte hereditatem anno demum 1675 crevit filius, Syll. epp. 4, p. 330. Hinc excusandus est Nicolaus Heinsius, quod neque Palatini libri praestantiam e comparatione cum reliquis, neque interpolatorum fraudem e fide Palatini perspexerit. Quod cum olim invenis praetermisisset, sane nec senex in curis secundis fecit. Huius libri auro contra carioris quae aetas fuerit, non constat. Sed non dubito, quin eadem, aut prior Gothano, qui proximum locum a Palatino sibi vindicat, nec ipse interpolatus. Vir Summus Fridericus Jacobsius scriptum sec. XIII indicavit Beitr. p. 251. Is liber Erfurtanus olim fuit, collegii, nisi fallor, Amploniensi, ex quo quaedam excerpta proposuit Ziuzerlingius in Criticorum juvenilium promulsione. Hoc cum deprehenderem, exultavi Heinsii causa. Nam cum ante hoc biennium cum ipsam librum Erfurti frustra quaererem, memini Kritzium, virum doctissimum, suspicari non redditum ab Heinsio, ad quem Graevio intercessore olim missus fuit cum alio Fastorum, quem in usum

vocatum solum constat. Redditi igitur utique fuerunt, sed scire cuperem, quo delatus Fastorum codex sit.

Ad hos codices Tristia recensui, sive potius, cum Palatinum ubicunque liceret, repraesentavissem, in plurimis, quae ille iussisset, postea auctorem fieri Gothannum vidi. Itali, utpote vetasti tamen, in consilium sunt adhibiti, ubi cur illis diffiderem, causa fuit.

Si quis est, qui audaciam meam miretur, quod rem adhuc iudicam non modo elocutus sim, sed etiam pro regula usurpaverim, interpolationem librorum ante seculum fere decimum tertium, quo libri isti minus fidi ex aliis descripti sunt, rogo, ut ne rapidius condemnet. Primum enim cum duae potissimum codicum factiones sint, utramque simul, vel alternatim sequi nequivi, vel nolui. De earum origine vero quod credam dixi, non quod contendam. Mirum est interpolatos, quos hactenus noverimus, in Elegiacis et in Ovidio, artificio suo adeo convenire, mirum est Italos omnes esse: cum quae apud Vincentium Bellovacensem non leviter corrupta saepe leguntur, longe alius sint generis. Has res in Ovidii operibus constare video, quantum in iis ad codices exigendis processit, in Ibide, in Fastis, in Ponticis. Certius quidam statui non poterit, donec singulae scripturae in aliquot etiam auctoribus perpensae fuerint, donec in ipsa Italia adulterati illi vetastiores libri a quam gnarissimo aliquo homine examinati fuerint, et donec de litteris seculorum, quae barbara, vel media nuncupari solent, in Italia imprimis, viri, qui strenue id agunt, res, ut angoror, miras et insperatas proposuerint. Interim ignavis perfugium paratum est, si velint animum inducere seculo etiam tum quarto, vel quinto Ovidium fuisse interpolatum, Germana exemplaria aut casu esse emendatiora, aut videri tantum, et reapse aequae, ac reliqua, esse corrupta: quin criticos veteres tam fuisse temerarios, quam qui hodie sunt maxime: nihil spei, nihil fidei, nihil dignum reverentia esse in membranis. In haec sententiam tantum non disputavit nuper vir doctissimus Hofmann Perlkamp ad Horatium, qui si minus ἐξ τὸ παράχρημα et indoctorum in gratiam disserere voluisset, nam eruditiorum nemo rat, qui acumen non vulgare loco non alieno exhibitum indigne

ferret, haberemus criticae apud veteres artis historiam, ad quam cognoscendam Servii commentarii multum conferunt, quae desideres apud ingeniosum Batavum. — Lam codicum veterum conspectum et descriptionem eo ordine, quo aestimati a nobis sunt, adiciamus.

1. a. *Palatinus primus*, omnium optimus, cuius collationem invenimus in exemplari ed. Francof. 1582, quod extat in bibl. Reg. Berol. (bibl. Diez. 8 n. 138). Scriptum ibi erat manu Danielis Heinsii, nisi fallor, ita: *Collati sunt hi quinque libri Tristium cum duobus mstis bibliothecae Palatinae. Ubi simpliciter sine ulla nota lectio est enotata, ea est e msto membranaceo, quem contulit Janus Gebhardus ao. 1613 Octobr. Ubi vero additum 2d., ea est lectio ms. chartacei, quem contulit Janus Gruterus ao. 1595.* Huius libri scripturis non diligenter usus est Dan. Heinsius in ed. 1629. Heinsius filius perraro illas laudat nomine Palatini secundi. Nos integras annotavimus detractis paucissimis, ut de accuratione Gebhardi quis indicare possit. Num is codex Romae in scriptis Palatinis supersit, secundum Heinsii epistolam Syll. 3, p. 291 et Wilkenii, Viri Summi, hist. bibl. Palat. p. 206 dubium videri possit.

2. b. *Gothanus* bibliothecae Ducalis, membranaceus sec. XIII, accuratissime descriptus in Jacobs u. Ukert Beitr. p. 251, n. 93. De eo libro quid iudicem et secutus sim, supra dictum est. Sed Friderici Jacobsii, viri celeberrimi, benivolentia ipsum codicem Berolinum iter ad me fecisse, quo studiosus excuteretur, cum ea, qua par est, tanti nominis veneratione commemorandum est. Quod nisi id rogare aliquamdiu essem vererundatus, tam egregio adiumento non carnissem in priori commentariorum parte; in qua quae desiderari doleo, hoc loco ascribam. Contuli ad hanc editionem.

*Lib. 1, 1, 2. plane sic. 5. succo. 11. spoliatur. 17. immemor extat. 18. requiret. 21. ita tu iubeo quaer. 22. loquere cave. 23. amonit. — carmina. 25. Nec te def. 26. plane ita. 28. perleget. 30. pena levis. 31. ipse. 32. miseris. 36. mei-minor. 45. quae fac. 51. nobis praebet. 56. quod furga — meo est. 58. plane sic a pr. m. 62. sic. 66. rei-*

- ciatq. 69. sic. 72. capud. 74. set. 79. pheton. 80. Obla-  
 rat. 87. sic. 88. sic. 90. equoreis nomina — aquis a pr. m.  
 91. hic in rasura. 96. locutus. 106. parva. 107. Aspiceris  
 sub ras. 109. ostendit. 110. gerit. 112. Hii. 114. telego-  
 nasque. Glossa rectius. 122. temp. grata f. 128. mea est.  
 2, 7. ensam. 8. munere. 11. aliquid. 15. mea verba velaque  
 a pr. m. 18. verbaque nost. 21. deducto. 23. nil est.  
 25. murmure. 39. brachia ponto. 45. Ei — sidera fl. 46. ethe-  
 reo. 47. laterum tabulae. 51. Nec. 53. fatoque — ferroque  
 cadendum. 53. Insolita. 55. aliquid et sperare sepulcrum.  
 58. Huc. 59. Prok. 63. Si quoque qua merui me pena per-  
 dere. 65. in undas. 70. nostris ut prec. a pr. m. 51. Sat  
 tamen a pr. m. 72. salv. non caput. 73. mare consistat.  
 74. non minus. 77. condam. 78. Opida — michi. 79. ad ur-  
 bem. 81. facile est obto — posset. 83. sevi. 84. iam fuga.  
 90. mori. 91. corpora. 93. cur quem. 95. damnaverat ipse.  
 101. Quo licet in min. 103. pro quo. 104. piis. 107. gra-  
 ves evanesc. 108. fr. unda mar. 109. Non casu set vos,  
 3, 1. Dum. 2. sic. 4. nunc quoque. 7. Nec spacium fuerat  
 nec mens. 9. comites. 15. habit. 19. horis. 20. Non. 25.  
 parvis. 33. urbs tenet. 37. viro quod (in ras.) me. 43. spar-  
 sis attacta. gl. attracta. 50. sed nostre nox. 51. Ha qu. dixi  
 aliquo. 52. fastinas. 53. Ha. 54. apta fuge. 58. osc.  
 multa. 61. properas. 62. sic. Gl.: causa utriusque mora. 65.  
 Quos ego frat. dil. 69. sermonem verbaque imperfecta. 73. haut.  
 74. pisa meo est. 75. priamus — versus. 76. equus. 77, 79.  
 Tunc. habeunt. 80. trist. verba. 81. ha. 83. Quae mihi.  
 85. a patr. 90. Scal. 94. Cui iubet et. 99. mori et (a sec. m.?)  
 mor. 100. mei — tamen. 102. subl. ipsa suo.  
 4, (non separ.) 12. Insequitur fluctus. 13. nil profic. 15.  
 Sic non quo. 19. ylliricis. 20. cern. (interea) ytalica. 22. sic.  
 23. tim. par. cup. repelli.  
 5, 5. mi...te. 11. sic sub ras. 22. oreste. 23. eurial. rutil.  
 24. Heythac. nisy. 35. rebus succ. laesis. 44. siquid. 53. fir-  
 minus esset. 57, 58. naricio. 67. samosve. 70. dsumve. 79.  
 laborum est.  
 6, 2. choo baccis. 5. fulta ruina. 11. et quod. 13. male  
 fidus rebuc. 24. sint tibi. 28. assimul. 32. excidit.  
 7, 2. bachica. 5. tam. omnia. 15. bona. 28. Nesciet (in  
 ras.) 29. illud. 30. Deficit et. 35. cernis.  
 8, 3. et 4. transpositi. 15. sanctum vener. 20. loqui. 30.



amore fui. 33. plane ita. 34. Accitus—iocī. 37. genitum placida. 38. Esse. 39. hora. 42. habent. 45. sic. 49. ut illo. 9, 1. inoffensam vite t. i. metam. 2. Q... legis. 4. me dominos non. 16. videnda. 21. nec adm. 24. Qualibet sub ras. 25. nec enim. 27. argolico—horeste. 31. iret. 37. Is status est rer. nunc et f. 39. Littera picta, A, sive U.—sint. 40. pro sensu. 41. Hoc tibi ventur. i. tunc. 44. em. erit. 52. Haecque diu novi notitiamque dedi. 53. vera est t. tibi m. mihi hique. 56. Expediet, vel—at, corr. 58. noc meae. 61. mihi lusum. 66. Quo pede.

10, 6. qualibet arte. 7. patitur fl. fert atque assilentia. 8. icta. 9. teucris. 13. Haec quoque (cum ras.) 15. eolide—ad elles. 18. umbria. 19. cherincia. 21. ab hac brevis est alicui tentura pet. 22. Hactenus est dominum. 24. reliquit. 25. actoris. 26. lapsace. 29. cithicon hor. 30. Citicon emon. 31. bisancia. 33. flatibus austri. 35. Tanacriosque. 36. Acta corr. — antheli. 37. epheson. 39. alchatoi. 41. quib. eveniat. 42. contulit. 43. contigerit merito. 47. simplegades — alias. 50. ista suos.

11, 2. sollicito. 3. Ant brume (?) gel. 5. ismon. 8. Ciel. 14. steropis. 16. yad. 19. strident. 23. aspicio. 30. Et (in ras.) tit. 31. avideque adducta rap. gl. v subtracta. v intenta. 37. scripsimus. 39. in immenso.

Lib. 2, 3. Cur mea d. r. modo cr. 8. pridem visa — arte mea. 11. vitae. 12. meo est. 13. iure puellas. 14. perniosa. 16. Laesum saxa fero rurs. 17. Silicet ut motus rep. 19. tentancia. 21. quoq. finiet. 28. moll. hora. 33. mitat. 34. in herm. 40. numen. 41. moderancius. 42. Inper. 48. Pars simul in (in ras.) templ. 49. miles gaudet—vicerat. 51. qui non. 53. per cetera num. 55. Hanc animam. 61. libros qui sunt quoque crimina. 62. nominis. 69. Iovis. 77. Ha—crudelior. 79. Carmina iam (in ras.) nostris quae (in ras.) te. Gl. vetust.: Ille qui exponit tibi libros meos male, ille fecit, ne carm. 80. Iudicio possunt. 82. Vix tamen ipse. 84. hon. 86. suo quaedam pond. tracta. 87. quesitum est odium. 89. mei. 91. honeste (corr.) gloria. 98. Indicio. 100. tociens. vana (ras.) 106. ipse suis. 109. Illa nostra die. 113. Sed neque div. et paup. notanda est. 117. videor. 118. in orbe. 120. enumerare. 122. Sed tamen exig. 126. ira. 137. ab illo. 138. sunt tibi. 139. sane grav. mentique. 143. Vidi pamp. honer. 146. proib. 148. Spes mea. 149. aera. 159.

deest tibi a pr. m. 160. amor. 161. compleat. 165. sospes  
 quoque natus. 167. *Ut faciantque.* 168. *perque tui.* 175. *praes.*  
*hanc resp.* 176. *es et fera bella.* 180. *Heu.* 183. *Nec.* 186.  
*Pars erat ex p.* 191. *Iaziges — meterhaque.* 196. *choit.*  
 191. *Actenus eusinii.* 198. *bastarne.* 200. *Hesit.* 203. *Nec*  
 — *subm.* 207. *Cum duo perdid. me crim.* 208. *mihī est.*  
 209. *Nam tanti non sum ut ren. tua.* 211. *crimini factus.*  
 213. *Fas est ergo.* 217. *E (? sub ras.) te.* 225. *yliris hora.*  
 226. *traicaque.* 230. *ces. habet.* 233. *te legum.* 237. *Mirror.*  
 238. *Nunquam.* 239. *vacuum tibi tempus adesset.* 249. *Nos*  
*venerem tutam concessaque.* 251. *rigidas subm.* 255. *legat*  
*quae carm.* 259. *nil est.* 261. *eneaden.* 263. *ord. fari.*  
 268. *At parat. gl. pr. m.: ul' Apparat.* 274. *Prolegit...son-*  
*tes.* 277. *At quoddam vicium quicumque intelligit errat.* 278.  
*derogat ipse meis.* 282. *sternit harena.* 285. *spaciantur.* 291.  
*iumonis.* 292. *Pelicibus multis indoluisse.* 294. *quaerat (corr.)*  
*erictanium.* 295. *in templum magni tua numina mart.* 298.  
*boforioque.* 299. *lamius.* 302. *Sunt tamen.* 304. *Submov.*  
 — *prima manus.* 305. *Quacunque erumpit.* 306. *haec vetiti.*  
 317. *argol. penitus quae.* 319. *tebas.* 322. *Et pluris patriae.*  
*in marg. l' Et plus est patr. — facta referre syae.* 326. *facta*  
*tuum. pelago debet.* 331. *hoc dubito.* 333. *Ac si me — gi-*  
*gantes.* 337. *detratate.* 343. *mihī quod didici cur me.* 346.  
*sollicitare.* 353. *mores distant.* 354. *iocosa mea.* 357. *vo-*  
*luntas.* 358. *apta refert.* 363. *confundere baco.* *Inseruntur:*

*Alceus et gentes docuit praeceptor amoris*

*Alceus ille tamen regnat in urbe sua.*

365. *sapho docuit.* 367. *bachiade.* 369. *iocundi.* 371. *nisi*  
*sola adultera.* 373. *est illic.* 373. *criseidos aut que.* 374.  
*puella viros.* 377. *Quid nisi.* 378. *pressa thoro.* 383. *nisi*  
*seve fl.* 385. *Quidni (in ras.).* 390. *ylim.* 391. *europen.*  
 395. *electram.* 399. *loquar — te ceneia.* 401. *danen danes-*  
*que.* 402. *Almenam et n.* 406. *yliacusque.* 407. *desciam.*  
 409. *obsenos.* 413. *miletida crimina.* 416. *Eubous.* 423. *ce-*  
*cinit martem.* 426. *Causarumque.* 432. *sua facta.* 433. *re-*  
*feram thacidem quid meni.* 435. *Cigna — cignaue.* 437. *quo-*  
*rum in libris — per illos.* 443. *sysenna.* 445. *obprobrium.*  
 448. *Hoc etiam.* 457. *illa mar.* 459. *plane ita.* 460. *Cur*  
*totiens etc.* 463. *Non nocet hoc illi fraudi.* 464. *in marg.:*  
*l' notus erit.* 466. *Distr. nimia.* 468. *Nom. tantorum diss.*  
*videt. (a pr. m.).* 472. *Hoc est.* 473. *quo posset (corr.: pos-*

sit.) 475. *Thessara* quot hab. gloss. l' distante vocando. 477. *grass. tramite.* 480. *Ne tuto.* 483. *nec enim non (ras.) pers.* 485. *canit alius formas.* 486. *troci.* 487. *fuscendi causa.* 488. *ospitiique.* 492. *Quae dampno nulli — nocet.* 495. *non video.* 496. *myra receptus ego.* 497. *obscena loquentes.* 507. *Quoque. gl. l' Qd'que.* 512. *Magestas.* 513. *utilitur.* 514. *letus.* 518. *Quodque libet.* 520. *Sepe etiam oculos.* 522. *Artificis.* 530. *facta canit.* 533. *eneidos actor.* 536. *sedere iunxit amor a pr. m.* 537. *tenerosque (a. s. m.?).* 539. *peccavimus isto.* 540. *Supplicium.* 544. *prudens iam noc.* 546. *et amissi temp. a pr. m.* 547. *deest meum.* 554. *coturnus.* 557. *Atque ut rev.* 563. *distrinxi.* 568. *unus ero.*

*Lib. 3, 1, 3. tibi causa pudoris.* 6. *dissim. modis.* 8. *Heu.* 9. *portem non sum praeceptor amoris.* 12. *haec ratio est vel.* 17. *latino (corr.: latine).* 29. *et ignes.* 32. *sator.* 40. *opaca comas.* 41. *Non quia.* 43. *laurus semper.* 49. *adice.* 53. *miserum.... que locum.* 62. *stat ferus.* 66. *genuisse pater.* 67. *Querebam frustra. custos ex sed.* 73. *actoris.* 74. *Ha patimur.* 77. *Te precor.*

2, 1. *quoque deest.* 5. *quod leso lusi sine a pr. m.* Ab hoc versu ad 4, 1, 4. lacuna.

*Lib. 4, 1, 7: Cantet et.* 10. *brachia pulsat.* 15. *lerneside.* 16. *emonia — atenuasse lira.* 21. *insid. inter nec militis ensem.* 25. *ipso non equa.* 26. *mecum adiuncti.* 28. *manum.* 29. *me vis tenet ipsa sacrorum.* 31. *lethos gust.* 38. *Sed quicquam.* 39. *obtuitu.* 42. *stupet ydeis.* 43. *calent sacro m. — tyrso.* 50. *Sollicitas — elicone.* 13. *hee saltem.* 55. *cumulat.* 56. *pisces unaq; pisc.* 59. *quae duro pacior iact.* 60. *litora seva.* 65. *Ut neque insid.* 66. *quidem vidi sed.* 74. *subicioque manum.* 77. *venenis.* 78. *menia pulsat equo.* 79. *que se non.* 80. *fertque refetque lup.* 81. *sede.* 82. *repperit.* 83. *captus iniectaue.* 85. *iaceo vetus incola terre.* 86. *Heu — temp. longa.* 89. *est deest.* 95. *sunt me.* 96. *est deest. a pr. m.* 99. *Cum vice — quis sim.* 100. *tul. quo me.* 101. *nostra rogos.* 103. *Et iam de mult.*

2, 2. *subcubuisse.* 3. *velantur.* 4. *sonant inficiuntque.* 6. *sang. tingit hum.* 10. *ut regat illa domus.* 12. *dat meritis.* 15. *Ples quaecunque pia letatur. in marg.: Cumque pia pia plebs letatur pl. s.* 20. *ducis tit. oppida scripta leget.* 21. *ferentes.* 31. *ferox et adhuc oculis.* 34. *qui trahit ora.* 40. *parente*

fuit. 43. genu. sparsis. 53. Ipse simul pl. q. sono. 55. arces. 57. subm. 61. deducit. 62. non sinit, —  
 3, 1. regit. 4. Que maris a pr. m. 5. Aethereamque. complexibus. 6. Vester ab eoo circulus axe redit. a pr. m. 9. meam dominam vestros. 11. Heu mihi cur timui. 12. spes mea mixta. 13. est et vis et des. 15. Quaeque. 18. habere tui. 19. Vult. ista tuis. praesentibus heret. 22. ammonito. 23. cure cum te. 29. Non cruc. — troiana cruentum. 33. quod sim tibi. 34. es ut am. 43. Supremoque. 50. ora pudor. 55. nisi vis non. 60. Quemque. 64. euagnen. 66. pheton. 67. catmo. 68. Quae prec. 69. sevis cum sim iov. 70. ore pudor. 79. cognita virtus. 80. App. rebus. 81. tituli deest a pr. m. 84. area magna.  
 4, 4. numeris. 11. Non tamen.

3. c. *Bernensis*. Collationem inter schedas Santenianas inveniebam (bibl. Diez. mss. 4 n. 148. e) sic inscriptam: *Vetustissimus codex membranaceus Tristium Ovidii collatus cum ed. celeberrimi viri Petri Burmanni et ubi dissentit summa cura et fide annotatum.* Manus erat eiusdem, qui Fastos quoque cum *antiquissimo et optimo codice* contulerat, et epistola annexa de a. d. 13 Kal. Aug. 1718 Hieronymum Stülerum Bernatem se nominabat. Ea epistola haec habebat: *noli tamen credere, vir excellentissime, me negligentius forte in his fuisse versatum: summam enim impendi curam, ut quam accuratissime varias illas lectiones acciperes, imo ad superstitionem usque sectatus fui etiam minima scribendi et punctandi rationem concernentia, quae omnia ut in msto sunt exhibeo;* et iubebat Tristium collationem expectare. Sinneri catalogum sero evolvi, ubi codices membr. Tristium recensentur duo, alter sec. XI tom. 3, p. 546, n. 405, qui desinat in el. 11 lib. 5, alter sec. XIII tom. 1, p. 543, n. 478. 4to. Si noster prior ille sit, perperam dixit Sinnerus desinere in el. 11, cum desinat el. 12, v. 40. Et si tam vetustus sit, expectaveris in locis difficilibus plus eum conferre. Ubique Palatium et Gothano inferiorem deprehendi, nec ea propter omnes eius scripturas exhibui. Primum locum huic libro Sinneri auctoritate nunquam concederem; tamen quo rectius res ab aliis

diudicari possit; denno adhibita Stettleri collatione quae omisi, hoc loco enotabo.

*Lib. 1, 1, 19. sanum tamen. 34. in propriis. 39. perveniunt. 40. sunt solitis. 52. Ut mihi sit. 53. titulis-amoris. 55. studium quod. 58. posses non. 79. pheton. 82. ille petiti (?). 90. ycareas. 109. ostendit. 119. mando ut dic. 120. vultum posse referre meae. 127. L. mora est.*

*1, 2, 11. aliquid — ab illo. 12. adeste mihi. 45. Heu. 60. turba manus. 71. cuncti numerum. 73. faventibus. 77. pecii quondam. 78. mihi visi. 81. vento. 85. video. 92. vela petunt. 93. cur quem. 97. fallant mort. nunquam. 101. Quod licet in minimis. 106. subruat.*

*1, 3, 8. corpora nostra. 49. patriae blando. 51. Ha. 61. quo properas. 68. sine interductu. 69. sermonis imperfectaque verba. 77. et 78. absunt. 90. inmixtis hyrcæ. 95. deplor. 97. nataeque neumqua.*

*4, (non separ.) 5. nigresc. 17. Sed nisi. 22. pereat u. maris. 27. fessam saevae. 5, 7. poteris pronom. 8. Off. mor te. 26. dura consp. 31. ex nobis ind. 41. deest est. 44. Caesaris ira. 48. quod. 51. quodam. 52. possint. 78. neptunum.*

*6, 2. choa batis. 11. deest ut. 14. patiars. 23. magistra es. 26. decet. 27. At similemque. 29. Heu.*

*7, 9. dicere saltem. 27. ulla legi.*

*8, 2. conversus. 13. consolarera. 14. persequ. 22. publica ore. 31. tot plausus. 34. Accitus. 36. missa fer.*

*9, 1. vitae mihi. 2. legit. 24. Quo licet — ab hoste. 31. prius. 49. futura.*

*10, 5. Non. 19. serinth. 21. tentira. 24. relinquit. 41. in urb. 46. roti. 47. simplegades. 48. Findere.*

*11, 19. strident. 21. tendens. 27. labore.*

*Lib. 2, 7. notarent. 8. meo. 15. magna meo. 19. tentantia. 40. numen. 58. pauca prec. 61. Cur. 63. Suscipe. 77. Ha. deest nobis. 86. quaedam. 87. deest mihi. 88. meos. 93. Nec nob. comm. m. est fort. 98. meo. 99. deest ms. 104. mihi est. 109. quae melius. 123. Atque domus sic lapsa est. 136. leva. 145. vetas. 154. mihi. 157. tutaque. 162. te solo con. 167. Efficiantque. 171. volat. 173. cui. tu corp. 201. simplex. 209. deest ut. 220. legens. 228. humida. 233. laxat.*

235. contingens. 239. vacuus tibi forte fuisset. 243. Nec.  
 245. poteris. 248. legit. 252. vitta negat. 268. ille man.  
 270. iuuet. 271. et captus. 273. Dicitur et noc. 281. mul-  
 tis. 285. spaciuntur. 289. succurrit. 299. lamius herox.  
 300. yason. 315. fatenda. 317. condidit. 347. dederunt f.  
 391. europam. 392. Adv. 410. habent. 442. dubitat. 448.  
 Hoc — negat. 456. decet. 494. poena est sec. 501. Nobilis.  
 523. Sic quoque conc. 525. thelamoneius. 535. Non. 536.  
 legitimos. 554. Quodque. 563. Nec. 569. Non nostr. ig.  
 ull. 570. indol. puto. 574. causa.
- Lib. 3, 1, 5. Nec. 6. nullis. 7. lusimus aevo. 9. deest hic.  
 26. lapsus. 29. locus et Vest. 31. ait illa. 43. Illave. est  
 vel quod. 46. ista. 48. Servato civ. induit. 58. Hisdum.  
 62. deest et. 75. et ipsi. 77. Deprecor.
- 2, 2. Quaque. 20. quam v. d. 27. quosque exp.  
 3, 9. Nec d. acta. 32. concumul. 40. unus erit. 57. mala  
 mente f. 61. si forte. 67. Non negat. 75. Et tibi dum tr.  
 ne sit male. 85. sed mens mihi. 86. dic, tanti.
- 4, 3. Versibus. 19. alphenor. 48. atrito. 52. mihi est. 56.  
 sunt. 67. gratumque. 70. Alloquor. 74. Absum. 75.  
 levare.
- 5, 8. deploratum. 10. misere. 12. meo est. 20. habit. 48.  
 L. non nim. 55. Hoc u. sol. nit. pr. ortus. 56. amisso.
- 6, 9. unde ego (?). 11. haerebat (?). 13. scires. 17. ca-  
 nendo. 34. mihi est.
- 7, 6. cur ven. 51. victria septem.
- 8, 1. Tritol. 3. vell. servare dr. 12. refertque. 24. Heu.  
 35. et deest. 37. loco — solumque.
- 9, 6. Asirti. 13. s. aequore f. 18. fuit. 34. sui fr. conse-  
 ruisse soror.
- 10, 1. istic memor est. 6. Quod non. 8. liquidis. 9. cum  
 deest. 15. nudum prior. 16. bina. 18. raptaque tecta. 24.  
 frustra. 26. effodiuntur. 27. qui non est ang. 29. latices  
 indurantibus hist. 34. Sauromati. 50. tuae quoque. 67.  
 Tuae quoque.
- 11, 1. insultas. 13. Sic quoque. 19. vuln. nostra retr. 21.  
 quemvis. 26. cineres nostros — premis. 27. erat tandem bel.  
 31. incendit. 35. P. heu. 45. hoc deest. 53. crudelibus.  
 62. Neptunique m. est. q. 64. vulnera. 66. Facta.

12, 7. *P. virescunt.* 24. *Cumque.* 28. *fodiuntur.* 39. *scierit graeca.* 44. *pars gradus atque p.* 46. *lovis.* 49. *quis.*

13, 5. *adlesset.* 18. *preces — pias.* 20. *l. adesse t.* 23. *Non (?) dare.* 28. *Euxinus et fals.*

14, 8. *Quamque.* 23. *incorreptum.* 45. *fateri est.*

4, 1, 15. *ut abd.* 17. *Contraheret.* 20. *praestitit.* 38. *quidquam.* 39. *intuitu.* 41. *vulnus — bache.* 42. *ydacis.* 54. *turba favet.* 61. *tamen ut siem levior.* 63. *Huc quoque.* 65. *Ut neque ins. capitique.* 81. *Sic tibi quem.* 82. *habet.* 89. *nec quis (?)* 95. *sunt me prohibente prof.* 194. *quisquis et ipse legas.*

2, 8. *utrique.* 14. *Perp. subeunt.* 19. *poterat.* 27. *Hic homo sid.* 37. *locus h. m. et tot.* 41. *tect. in herba.* 43. *sparsis.* 45. *annosa.* 52. *phoebeia.* 58. *Erecti.* 63. *an. currus quos sp.* 64. *patriam.*

3, 3. *posito.* 9. *dominam nitidam.* 10. *neve ref.* 11. *cur timui.* 12. *spes mea.* 13. *tuta tueri.* 15. *Quasque — stellae.* 16. *matutina.* 18. *tecum.* 22. *ammon.* 23. *Tunc veniunt cum te curae lect.* 26. *iactari.* 29. *cruciure.* 30. *ab hoste.* 45. *iac. amico.* 57. *omni mihi.* 59. *videtur.* 61. *non pud.* 65. *Non.* 66. *pheton inficiendus.* 68. *perit ipsa ambitiosa.* 69. *Non quia quod.* 70. *orbe.* 72. *bonae — mihi.* 79. *Quod.* 81. *loc. laudis fort.*

4, 4. *numeris — tuis.* 8. *ignoras.* 11. *Non.* 15. *Non.* 17. *praebent.* 18. *Saepe cel.* 25. *non sum t. c. amico.* 27. *primus.* 28. *Haec c. nolit.* 35. *Non.* 40. *Ha — memor esse m.* 42. *illi pr.* 43. *defuit.* 49. *Sed nunc hic alio.* 50. *verba pud.* 51. *quietius.* 55. *Frigora.* 56. *Exinus.* 66. *Non.* 70. *ille suis.* 79. *Et.* 83. *ig. magni paene pars ult.* 84. *Quamque.* 87. *ventis.*

5, 6. *Flumine.* 18. *pium.* 20. *veniat.* 22. *Q. miserit.* 30. *Quae procul aff.*

6, 17. *longa vet.* 19. *fructibus a. stricta e.* 23. *fug. nova s.* 24. *Indomitus.* 27. *Non — fuere.* 41. *Nec sunt etc.* 45. *desunt.*

7, 10. *ulla mihi est.* 19. *Haec quoque c.*

8, 23. *vires imminente.* 27. *Sed quoque — vacuos.* 32. *praebuerant.* 40. *Non.*

9, 13. *si sosp.* 18. *sunt.* 19. *prac. terras.* 25. *sumptem — norunt.*

10, 5. *ego sum insuper ut t.* 47. *bathus.* 48. *m. favore m.* 55. *Ut quoque mai.* 63. *Tunc ego cum.* 74. *coni. utilis esse mei.* 85. *restant.* 88. *carmina.* 97. *a laeva.* 109. *aucto.* 114. *assumo.* 116. *Non me.* 127. *Et cum praepos.* 129. *vatum praesencia.*

5, 1, 14. *fun. erat.* 15. *lascivia carm.* 19. *Uique — non nos.* 35. *tibi deest. criminis.* 36. *quis modus*

2, 20. *Exiguam — aquam.* 28. *Icari num.* 52. *Sic tu tardus eas ad sidera pacta tibi.* 63. *exinii.* 68. *querela.* 71. *nunquam fid. pacis.* 72. *S. hoc.*

3, 3. *odoratu inn.* 7. *erimantidos.* 16. *Nomine.* 32. *putes.* 41. *vicina sid.* 58. *habere.*

4, 1. *exino.* 2. *Laxaque — via laxaque — mari.* 49. *illum tuare.*

5, 3. *herox.* 8. *decolor.* 25. *Addicerem.* 38. *bachiades.* 48. *toto est.* 53. *ad aras.*

6, 11. *polularius.* 12. *modicae.* 18. *carmina.* 27. *Non.*

7, 18. *Nec c. nec ulla.* 28. *in plausu.* 35. *Quaeque cum eub.* 39. *labores.* 40. *verba malis.* 46. *Quamve.* 57. *dis-suet.* 61. *Nec.*

8, 7. *Non.* 9. *Exigit — ramisia.* 9, 5. *tota desciretur.* 27. *timidae.* 10, 13. *exini.* 31. *tu (?) possis.*

## II. Codd. interpolati.

4. a. *Guelferbytanus*, inter *Gndianos* n. 192, scriptos in membrana quadrata oblonga, quinquaginta foliorum, sec. XIII teste *Eberto catal. mss. Guelf. p. 122.* Eius libri scripturas a prima manu quae erant, rogatu meo *F. L. A. Schweigerus*, phil. dr., vir humanissimus, eius bibliothecae custos religiose enotatas mihi transmisit, cui ex animi sententia gratias hoc loco profiteor. Nos in scripturis idem secuti sumus, quod in *Palatino*, quo plenior *Itali codicis imaginem* habeant lectores.

5. b. *Francofurtanus*, ecclesiae *S. Bartholomaei* olim, teste *Heinsio* et *C. F. Matthia* praef. ad *Fast. 1813*, hodie bibliothecae publicae secundum *Loersium* in *Heroid. p. 632.* *Heinsius* cum *ao. 1673* ad ed. *Micyll. 1587* conferret, quingentorum annorum eum iudicabat. *Loersius* et *Matthias* seculi decimi tertii,



vel eo seculo non recentiorem pronunciauerunt. Mediocris notae dicit Loersius. Nos interpolationis baud immunem, tamen ut ab Italis saepe recedat longius, intelleximus. Heinsii collatione, re-  
 perta inter schedas eius (b. D. ms. 4. 148. e) usi sumus, quam Burmannus pessimè fide conspulerat. Inutilia omisimos.

6. c. *Puteanus*, sive *Puteaneus*, b. e. fratrum *de Puy* notissimorum, quem Heinsius in schedis exemplaris primi editionis Elzev. 1629 (b. D. mss. 4. 1070) sub litt. B satis, ut apparet, religiose collatum ante quadringentos annos scriptum iudicavit anno, ut puto, 1653. In catalogo bibl. Reg. Parisiensis 1744 partis 3 tom. 4 n. 8239 ita describitur: *cod. membranaceus olim Puteanus Fastorum, Tristium, Ponticorum sec. XIII*. In schedis Fastorum non valde antiquum testabatur Heinsius.

6. e. *Palatinus secundus*, de quo vide supra ad Palat. prim. Hunc quia cum Vaticano et reliquis Italis, quos melioris notae putabat, plerumque conspiraret, primum dixit Heinsius et magni non semel videtur fecisse. Hunc nihil impedit, quominus ex Italorum officina prodiisse affirmemus.

7. f. *Berolinensis* bibl. Reg. (b. D. mss. fol. n. 123) membranaceus omnium Ovidii carminum, sec. XII a Laurentio Santenio aestimatus. Dnas partes continebat, quarum altera, quae Tristia habebat, tam vetusta vix videbatur nobis. Priori parti subscriptum erat nomen *magistri Enrici de Capiana*. Posteriori haec prope evanida: *mccccxvi de mense maii. Ego petrus malgarisius notarius patavinus emi hunc librum a mo. Francischino cartulario ducatis septem, tum dimidio auri. C. 241 continet*. In priore parte quaedam Italica perquam exiliter scripta deprehendi, quorum nihil dignoscere potui praeter nomen: *Francisch.* et numerum: *sei*. Hinc noudum evincitur *chartularium* etiam *bibliopolam*, vel *librarium* significare, quod neque a Ducangio traditur. Perscriptum praeterea ab iis, qui possederunt: *Iani Parrhasii et amicorum sex aureis emptus Patavii*. — *Antonii Seripandi ex Iani Parrhasii testamento*. — *Ex bibl. Askewii a. 1785 mihi comparavi Laur. Santenius*. — *Ex bibl. Santenii emi H. F. de Diez ao. 1800*. — Ipsi contulimus.

III. Sequuntur fragmenta eodd. antiquiorum, quorum fides et plenae collationes ad nos pervenerunt, et excerpta eodd. ab eorū ipsorum manu, qui usi illis sunt.

8. a. *fragmentum Jacobi Revii*, olim Petri Danielis Aurelii; librum primum complexum. Vetustum hoc dicit Nic. Heinsius in exemplari tertio (b. D. mss. 4. n. 1076), qui et ipse possedit, et bis collatum reliquit, quas collationes sodale ad partes vocavimus.

9. b. *Excerpta Vossii* ex uno, sed insigni codice facta: extabant inter schedas Heinsianas (b. D. mss. 148. e.) ab Isaaci Vossii, ut opinor, manu, certe cuiuscunque fuerit, perquam intricata atque abstrusa. Si illa essent, de quibus agitur in epistolis Heinsii et Vossii Syll. 3, p. 686, alius essent, fortassis Angli; unde excusaretur Heinsius, qui in iis describendis, si Vossii manus sit, toties errare non debuisset. Sed ipsius Heinsii describentis juvenilis manus visa est, quare inter illa fuisse putaverim, quae anno 1637 ad Heinsium a Vossio destinantur Syll. 3, p. 558.

10. c. *Excerpta Angeli Politiani*, non ab eius manu; ista enim asservantur Florentiae in bibl. Marciana Dominicanorum, cfr. Syll. 3, 121, 561, hodie, opinor, in Medicea; sed tamen a tribus diversis inspecta, ut certius de iis statuere liceat. Primus igitur J. Fr. Gronovius in peregrinatione Italica anni 1640 pleraque inde in pugillares suos transcripsit, qui ipsi extant in b. D. mss. 8. 176. Is testatur Politianum de illis ita scriptam reliquisse: *Contuli hos quinque Tristium libros cum vetustis duobus codd., sed vetustiore nonnihil altero ex D. Marci Florentina bibliotheca, quem a littera indicat, altero non .... vetusto ex Mediceis libraria, quod b littera significat. Ubi uterque congruit codex, nihil apponimus signi. Observavi autem quod soleo, ut de meo nihil adicerem atque ne illa quidem omitterem interdum, quae mendosa esse liquebat. die XX Julii 1493 in Pauli. adiutoribus Nicolao Baldella et Roberto Minucio familiaribus. Angelus Politianus.* Deinde Heinsius in itineribus Italicis denuo excussit. Postremo quaedam ex illis migrarunt in editionem Pari-

sianam Barbavianam anni 1702 teste Eberto, lex. bibliogr. n. 15377, quam bibliotheca Dieziana servat sub n. 8. 2719 — 21.

IV. Devenimus ad libros incertae aetatis, partim minoris aetatis, quos tamen accurate collatos habeamus.

11. a. *Regius*, quem Heinsius in exemplari primo sub litt. A collatum ita describit: *recentiori manu et mendosius scriptus ante annos trecentos, in quo lacuna erat a lib. 1 el. 8 usque ad lib. 3 el. 1.* In catalogo bibliothecae Regiae Parisiensis aut sub n. 7993, aut sub 8254 membranaceus est, quo saeculo antiquior iudicatur.

12. b. *Galicus* alius, quem Heinsius appellare solet olim Thuanus, quem nescio ubi legi dono accepisse Heinsium a Thuanio iuniore, eo, qui legatus Gallicus apud Batavos fuit. Sub littera C collatus erat in exemplari primo.

13. c. *Seguerianus*, membranaceus, satis sollicite collatus in Heinsii gratiam a Samuele Tensulio, cognato Grosevi, anno 1674, post editionem Heinsianam, de qua re agitur inter illos Syll. epp. 4, p. 804. Tenuilli extat collatio in b. D. mss. 148. e., qua Burmannus uti noluit.

14. d. *Relandinus* membranaceus in quadrata forma, nunc bibliothecae Regiae Berol. Olim Petri Relandi, fortasse etiam Hadriani Relandi et Burmanni secundi fuit, ut alius illi non dissimilis Fastorum: postremo Laur. Santenii et H. F. de Diez; manus minuta, glossae multae, sed ineptae; aliquot locis a recentissima manu non inepte correctum invenimus; aliis in locis in suspensionem inter conferendum adducebamur, ab Heinsio olim etiam possessum et excussum fuisse.

15. e. *Crevennae* chartaceus in folio, item bibliothecae Regiae Berol. et a nobis collatus. Crevennae catalogus sub n. 3666 \* ita describit: *Manuscrit sur papier, exécuté en Italie dans le 15 siècle, écrit en lettres de forme.* Addimus, scriptum quam vitiosissime, neque tamen ubique speroendum.

16. f. *Moreti*, typographi Antwerpiensis, membranaceus, in quo plerumque Ovidii, teste Heinsio, qui sub litt. E illum contulit in exemplari primo. Agitur de illo Syll. epp. 3, p. 137; 676.

17. g. *Buslidianus*, membranaceus, Heinsii tempore in collegio Iesuitarum olim Petri Nannii. Collatus olim ab Heinsio in schedis separatis, puto, in itinere Brabantico; postea in exemplar primum sub litt. G. discrepantia scripturae transcripta.

18. b. *Leidensis primus*, omnium quinque librorum integrorum, quem Heinsius sub litt. B in tertio exemplari contulerat et his verbis descriperat: *codex bibliothecae Leidensis in membrana, sed non vetustus*. Hic codex idem esse videtur, atque is, qui in catalogo vetere bibl. Leidensis anni 1674 p. 407 n. 152 ita indicatur: *Ovidii diversi libri, Tristium, de Ponto etc. in membrana, 8 vo.*

19. i. *Leidensis secundus*, collatus in secundo exemplari (b. D. 4. 1073) sub nota C, non tamen ultra eleg. 6 libri 3; descriptus ita: *codex bibliothecae Leidensis membranaceus*. Hic situs diversus a priori, multum inquisivi: scripturae enim utriusque tam leviter distabant, ut si Burmannus, vel recentiores quidam contulissent, non anceps esse videretur iudicium. Heinsii reverentia adegit, ut dispararemus, quamvis neque in catalogis Leidensibus codicem invenimus duos et dimidium librum complexum. Extat quidem in catalogo anni 1716 p. 332 col. b n. 177 istoc lemma: *Ovidii libri IV Tristium et III ex Ponto*, sed neque satis convenit in librum hunc, neque Heinsii aevi ille liber Leidae fuisse videtur. Santonius in schedis autographis Appendicem catal. bibl. publ. Leidens. p. 531 col. a n. 51 laudabat, ubi ita legeretur: *De Tristibus MS in pergameno, pervetusto et nitido caractere in quarto minori*. Nobis illud lemma invenire non contigit, ne sic tamen certius quidquam in re nostra statui posset.

20. k. *Patricii Junii* Londinensis, qui omnia Ovidii continebat. Transmissum Heinsio fuisse cum undevigesimum annum ageret, discas ex Syll. epp. 3, p. 80, 82, 131. Describitur illic his verbis: *recentissimae, minutae admodum ac plene monachalis manus — non quidem vetustus, emendata tamen ac fideliter descriptus*. Collatus erat in exemplari tertio sub nota A.

21. l. *Petri Servii*, medici Romani, quo Heinsium in

primo itinere Italico donaverat. Nam ante secundum illum obitus a. 1648 intelliges ex Syll. epp. 3, p. 269, 574. Postea in Petri Francii possessionem cecit. Collatus in exemplari primo sub lit. F.

22. m. *Pirckheimerianus*, vel *Arundelianus*, vel *Gronovianus* (2, 449) membranaceus. Hoc anno 1632, Norimbergae, ut puto, usus fuerat J. F. Gronovius; vid. Syll. 3, p. 19. Superest collatio ab illo tunc instituta in marginibus ed. Francof. ai. 1582. In calce msti haec legebantur: *Explicit liber P. O. Nasonia de tristibus, quos V libros scripsi Nicolaus Crabel in studio Patavino, a. 1448, altera die post Matthaei Apostoli et . . . . tunc temporis ibi studens in canonibus.* Gronovius collationem coepisse se pro pridie Kal. Sept., finivisse Kal. Septbr. annotaverat.

Accedant editiones seculi XV, quas collatas accurate habemus, multis eorum codicum, quos modo nominavimus, non inferiores.

23. Primae editionis, quam Heinsius dixit, variantes lectiones in exemplari primo sub nota D accurate enotavit. Quae illa fuerit, ignorandum est, sed certum hoc, cum nulla ex reliquis seculi XV, quas fere omnes ad manus habebamus, convenire.

24. *Venetæ* Jacobi Rubei 1474, quam Ebertus in lex. bibl. n. 15340 describit. Quod autem ex principe Bononiensi anni 1470 repetitam eam putat, mihi probabile vix videtur, propter ea, quae ad 26 dicemus. De Romana Sweynheimii et Pannartzii aequae incertum fuerit, siquidem illa Heinsius usus sit. Nos huius editionis nitidissimum exemplar ex bibliotheca Regia Berol. deprompsimus, quod servatur inter libros Diezianos fol. 410, 11.

25. *Parmensis* Stephani Coralli 1477, vid. Ebert. l. l. n. 15341. Collationem Tristium indulgentia Viri Celeberrimi Falkensteinii ex bibliotheca, cui praest, Regia Dresdensi, officio viri humanissimi Lossnitzeri impetravimus. Paulum a prima Veneta discedit.

26. *Bononiensis* Azoguidii 1480. Ebert. l. l. 15343. Haec editio seorsim facit ab omnibus, quotquot seculi XV viderim et expressa videtur aut ipsa ex codice partim praestantissimo,

partim interpolato, aut derivata a principe Bonquiesi, quae eodem caractere typographo prodit. Nos tomum secundum eius editionis ante biennium Zwicaviæ inventum, cui titulus et fides deerant, favore V. D. Hertelii in rem nostram converteramus.

27. *Vicentina* Hermanni Lichtensteini, emendante Barbana Celsano, 1480. Ebert. l. l. 15344. Non ubique, quod Ebertus affirmat, cum prioribus eiusdem originis consentit. Sabini epistolae, quod ignorant docti viri, prima expressas habet. Zwicaviae inveneramus.

28. *Veneta* eorundem 1484. Tomum posteriorem Zwicaviae contulimus, quem in rerum natura fuisse vix affirmare ausus est Ebertus l. et n. l. Sed operam lusimus in conferendo.

29. *Veneta* Bernardini de Novaria, praefatus est Bonus Accursius Pisanus, 1486. Ebert. l. l. 15345. Usum illa Heinisium esse discas ex Syll. epp. IV, p. 400. Bibl. Diez. fol. 418 servat. Raro et leviter discrepat a prioribus.

30. *Veneta* impressa a Mattheo Capcasa Parmensi, per Bonum Accursium et Valer. Superchium emendata et correctae, 1489. Ebert. l. l. n. 15346. Ex bibl. Diez. fol. 421. Partum recedit a superioribus.

31. *Veneta* opera civis Boni Accursii per Christophorum de Pensis de Mandello, 1498. bibl. Diez. fol. 425. Hanc ignorat Ebertus. Extat etiam Neapoli in Museo Borbonico; vid. Janoell. catal. p. 216. Nos ut accurate describeremus, folia, versus numeremus, causae nihil videtur, quia philologis scribimus, non bibliographis: illorum interest scire nihil proprii hanc quintam Venetam habere.

32. *Aldina prima*, 1502, 1503. Hanc quibus argumentis Ebertus l. l. n. 15347 verba denuo ad codicum fidem refecta exhibere statuerit, me latet. In Fastis sex versus se addidisse editor gloriatur in praefatione tomi tertii, in orthographia quaedam secundum placita sua novavit. Ceterum rara utique illa editione Cizae quotidie uti solitus fui, neque quidquam iuveni, in quo a 27 et 28 multum discreparet.

83. *Aldinam secundam* annorum 1515, 1516 ipse posideo. Singularia multa continet ex Bouoniensi n. 26 partim deprompta.

V. Restat, ut de iis codicibus scriptis exponamus, quorum integras collationes fatum nobis invidit. Eorum excerpta extant in editionibus Heinsii et Ciofani, aliquanto plura in schedis Heinsianis mstie, partim nominatis codd., partim numeratis. Perierunt primum ante annum 1713, quo Burmannus ad Ovidium accessit, schedae Italicae Heinsii, in quibus multorum codd. scripturas non indiligenter, si quid nos audias, annotaverat, posteriori potissimum in itinere. Iis, quae supra p. VI dicebamus, adde A. M. Baudini testimonium in Catal. bibl. Laurent. t. 2 p. 227, not. Constat etiam certo quodam numero illos complexum fuisse, quia aliter quoties numerus indicatur, subductio non procederet. Tamen in quibusdam haeremus.

a. *Vaticanorum* numero Herculis Ciofani codices interesse deberent, quos ille sex ad manus se habuisse ad 3, 1, 62, quatuor usum potissimum narrat ad 3, 11, 31. Sed tamen *primum* tantum *Vaticanum* et *unum Vaticanum* Heinsius commemorat. Quare in subducendo duos Heinsii Vaticanos ponimus, Ciofani libros, ubi necesse visum, seorsim adhibemus, detracto optimo Vaticano. Fragmentum Vaticanum bis ad lib. 2, 251 et 4, 4, 45 Heinsius laudat.

b. *Mediceos* Heinsius *primum* et *unum* nominat. Ille apud Baudinum est t. 2 p. 239 cod. 33 sec XIII; hic t. 2 p. 228, 5 sec. XV. Duos alios eiusdem bibliothecae contulisse non videtur.

c. *Ambrosianus* non nisi 2, 79 laudatus.

d. Venetus *Combii* non raro commemoratur, qui eleganter interpolatus fuit.

e. liber Matthaei *Herculani*.

f. *Bononienses*.

g. *Barberinianus*.

h. *Caroli Strozzae*.

i. *Patavinus*.

k. *Poditiani* codex diversus ab eius excerptis 4, 1, 42 et alibi.

l. *alius Italicus*.

m. *Ferrariensis* Gregorii *Bersmanni*, collatus in eius editionibus. Tertia a. 1596 utebar.

Horum codicum nullus est, quem accuratius nosse admodum capiamus, praeter Vaticanum primum, de quo partim Heinsii diligentia, partim propter Guelferbytani similitudinem raro dubia res est. Reliquorum si qui perierint, mediocriter ferendum erit, ut et Gallicorum quorundam, quos adiungimus:

n. *Richeliani*, qui rarissime laudatur;

o. *Medoniani*, quem Bernardus *Medonius*, senator *Tolosae*, Heinsio donaverat.

Nam *Sarravianus*, quem *Barmannus* laudat ad 2, 511, non diversus est a *Serviano*. Longe alia res est de *Germanicis*, quos appellare licebit, codicibus, quorum scripturas passim Heinsius consignavit.

a. *Excerpta Hugeni a Zuglichem* quam anxie quaeriverim, dici non potest. Salivam moverunt quae in *Syll. epp. 3, p. 373* sqq. de illo libro legeram. Atque accuratissime id exemplar descripsisse Heinsium, nisi forteam dono acceperit, tam certo scio, quam quod certissime: periisse et ipsum, et secedas Heinsii verisimile est, cum magno litterarum detrimento. Nam quia ter tantum, quaterve in notis impressis Heinsius nominavit, certe sibi ad alteram recessionem reservavit.

b. *Hamburgensis* codex haud raro ab Heinsio iater praestantiores et vetustiores laudatur. Neminem habebam, qui certior me faceret, utrum superasset in ecclesia cathedrali, an fortasse post Heinsii aetatem ablatum esset. Nam quae ille *Syll. 3, p. 222* ad *Gronovium* *Hamburgensem* scribit: *Si quid in negotio vestra effectum cupitis tu ac collegae tui, auctor omnino vobis sim, ut manuscriptos, quos cathedralis ecclesia possidet, codices, quique et pauci, nec magno illis in pretio sunt, Reginae offerat, eventum tam quidem habuisse non pato.*



c. *Gottorpiam*, non indiligenter ab Heialio olim, ut videtur, collatum inspectum denuo aequè cupivissem.

d. *Hafniensem*,

e. *Vossianum*,

f. *Rottendorfanum*,

f. *fragmentum Boxhornii*,

Heinsius rarius ad partes vocavit.

h. *Excerpta Kloekhovii*, ad Burmannum olim missa, non repperi inter schedas Santenianas.

Erant alia quaedam auxilia, quibus usi sumus partim non sine fructu: *Florilegium* mstum vetustioris notae in bibliotheca Regia Berolinensi (bibl. MSS. fol. 60), quod excerpta ex omnibus Ovidii cum scripturis satis memorabilibus offerebat. Eadem fere Vincentius Bellovacensis in speculo historico, multa alia in doctrinali et morali habebat, cuius editione princeps utebamur. Minoris rei quaedam in Policratice Joannis Sarisberiensis extabant, cuius item vetustissima editio consulebatur: minoris et rei et fidei multa suppeditabant Nester Dionysius editionis Venetae 1486, Mornellii florilegium s. l. et a., Mirandulae flores Argent. 1567, Alberti ab Eyb margarita poetica Arg. 1503. Meursii *Exercitationes Criticae*, Barthii *Adversaria*, Ziozerlingii *Promuleis Critica* sedulo evolebantur librorum metorum causa, quibus usi olim sunt.

His fere subsidiis voluntaria criticae pars, quam appellare possis, continebatur; quamquam alteram contentiosam vix recte dixeris ex huius seculi iudicio: vix enim aliter circa illam in Ovidio quisquam contendit, nisi ut opus ea esse negetur. Quae sententia cum persuaderi mihi praesentissimo multarum rerum emolumento non potuerit, adeunda erant scripta philologorum vetustiorum, in quibus iudicia de locis nonnullis tulerunt: erant illa satis interdum vel molesta, uti *Sylloge epistolarum*, vel rara, uti *Schraderi* et *Withofii* opuscula: donec huic studio aliquanto auspiciatus in bibliotheca Regia Berolinensi a schedis autographis doctorum Batavorum instructissima vacare lieuit. Praesto erant mirae raritatis quaedam, velut notulae *Josephi Scaligeri* in ed. Gryph. ai. 1546 (b. D. 8. 2560), *Jani Dusae* in ed. Plantin.

ai. 1567 (b. D. 8. 2578), *Jani Gruteri* schedae (ms. D. 148. e), *J. F. Gronovii* varia, ab ipsorum manu omnia; quibus tamen iam olim Heinsium usum esse videbam. Aderant vero etiam alia post Heinsii aetatem scripta, bonae frugis partim plenissima:

1) *Jacobus Gronovius*, Heinsii minus, quam alii, subdole obtrektor, editioni Elzevir. 1661 non pauca partim cavillandi causa, partim ingeniosa ascripserat, plura adhuc ignota. (b. D. 8. 2664.)

2) *Petrus Francius* conjecturis suis duo exemplaria, alterum Elzev. 1661, alterum Cnipping. 1670, oppleverat, quarum partem, infeliciores plerumque, enotaverat Burmannus. (b. D. 8. 2661. 2679.)

3) *D. Hogstratani* et *J. Brukhusii* amicorum non multa, partim a prioris manu in ed. Cnipping. (b. D. 8. 2682), partim ab utriusque in schedulis separatis (ms. D. 4. 148. e) perscripta ad partes vocavi.

4) *Petrus Burmannus Secundus*, patruo ingeniosior, etsi non diligentior, quaedam annotaverat in ed. Elz. 1661 (b. D. 8. 2649), in qua casu incidisse non poenituit. Nam dictata eius in Ovidium (ms. D. 4. 140. a. b) et alia non pauca Burmannum nomen praeferebat consulto insuper habui.

5) *Hildebrandi Withofii* animadversiones in totam Ovidium manu Jo. Schraderi descriptas inveniebam (ms. D. 4. 138.), quarum pars in innumeris eius libellis, Eocaeniis criticis, Praemetiis crucium criticarum, dissertatione de maxime necessaria criticorum opera, orationibus solemuibus, diaris Duisburgeusibus, retractata extat.

6) *Johannes Schraderus*, eximius criticus, in charta interligata editioni Burm. 1713 (b. D. 8. 2692), tum in margine ed. Amstel. 1735 (b. D. 8. 2701), denique in schedis uberriimis (ms. D. 4. 142. a. b) tantam acutissimam observationem et emendationum copiam consignaverat, quae si inter Burmannum et reliquos post illum Ovidii criticos divideretur, omnes ingeniosi possent videri.

7) *Laurentius Sententias* non pauca, neque indocta editioni maiori Burmannianae alleverat; coniectaris quidem littera *M* apposita, ut fortasse alius sint.

Santesii studio indefesso et industriae mirificae omnem illam subsidiorum Ovidianorum thesaurum, quem bibliotheca Regia Berolinensis servat, deberi fama est. Hic vir igitur quia effecit, ut, si nihil aliud, pii in Heinsium esse potuerimus, ipso ut grata impertiatur memoria, ius et pium est. Quod vero mortalis, impendio magis iis deferendum est, qui vivunt, atque vivant vigeanque dia: quorum in me beneficia cum recogito, animus commovetur graviter, lingua verecundia obmutescit. Si quod rectae voluntatis argumentum, si quid spei veteris philologiae nominis olim tuendi dedisse videar, id quoque gratiae non erit relatio, sed accessio. Scribebam Berolini a. d. XIII. Kal. April.

Rudolphus Merkelius  
phil. doct.

---

## Corrigenda.

---

**PRAEF.** p. VII. l. 20. *Succiam* : Holmiam p. X. l. ult. calumniati : calumniati p. XVI. l. 14. *perpercisse* : pepercisse

**TRISTT.** p. 14. v. 105. *receptus* : receptus p. 29. v. 108. *Victaque* : Victaque p. 31. v. 21. *adspiceres* : aspiceres p. 39. v. 85. *a patria* : a patria p. 41. v. 3. *Ionium, non* : Ionium non p. 53. v. 15. *submovit* : summovit p. 56. v. 22. *erat, v. 23. exstant* ; erat ; — *exstant*, p. 57. v. 29. *istud* : istud, p. 68. v. 37. *fortuna* : fortuna p. 97. v. 167. *juvenile* : juvenile p. 112. v. 300. *Iasius* : Iasius p. 119. v. 371. *Ilias* : Ilias p. 121. v. 399. *loquor* : loquar p. 123. *primus* : primus p. 166. v. 46. *habe* : habet p. 195. v. 11. *boreas, et* : boreas, et p. 210. v. 32. *litore* : litore p. 237. v. 49. *mi erum* : miserum p. 240. v. 9. *de* : te p. 262. v. 17. *aeo* : aevo, p. 273. v. 29. *pars* : pars est in p. 275. v. 50. *tuos* : tuos ; p. 295. v. 44. *Etion* : Etion

**VARR. BURM.** p. 96. 165 : 161 p. 191, 17 : 12  
p. 201. 4 : 5 p. 273. 22 : 23

**ANNOTT.** p. 1. l. 6. *leg. histor.* 7, 106 ; p. 2. v. 6. l. 2. *corr. Niniram* p. 4. l. 26. *collatione* p. 14. v. 112. l. 6. *ormittitur* p. 15. l. 14. *scilicet* v. 115. l. 5. *promunciat* p. 16. v. 128. l. 10. *leg. Gall. Bern. et uno.* l. 12. *corr.* *Zinzerlingam* l. 25. *del. Bern.* p. 18. l. 4. *leg. locos* *apud* p. 24. l. 1. *corr. cuiusdem* p. 25. l. 7. *adiuvavit* p. 26. v. 90. l. 1. *leg. Busl. Bern. tres* p. 29. v. 109. l. 1, 2. *leg. Heinsianis. Reliqui, Bern. et vett.* p. 30. v. 7. l. 4. *leg. Guelferb. Bern. et ed. B.* p. 32. l. 4. *corr. inde* l. 34. *pectorevaras* p. 34. l. 18. *leg. asternunturque* p. 38. l. 18. *corr. Vossi* v. 80. l. 12. *fluxerit* p. 40. l. 1. *Heinsianis* p. 42. l. 1. *Numaest.* v. 9. l. 12. *lingna* p. 45. v. 11. l. 7. *alternum* p. 48. l. 7. *ad, 1,* p. 54. v. 32. l. 2. *del. Bern.* p. 60. l. 11. *leg. saltem,* l. 12. *sequi.* p. 62. v. 43. l. 2. *corr. Invenal.* p. 66. v. 31. l. 1. *leg. utroque, Bern.* *Rel.* p. 74. v. 24. l. 3. *corr. Reliquos* p. 86. l. 33.

condidiore p. 93. l. 2. monemas p. 97. l. 1. leg. leviter  
 p. 103. l. 3. Caesar, v. 211. l. 8. corr. duo scripturae  
 p. 106. v. 451. leg. 251. p. 107. v. 261. l. 7. corr. nestrum  
 p. 125. v. 418. l. 7. leg. Euphor. κιναιδολόγου, p. 127.  
 v. 437. l. 7. ineptiorem, quam p. 137. l. 6. oppositio,  
 p. 141. v. 567. l. 10. corr. hyperbaton p. 160. v. 70. l. 1.  
 SUBURBAINO v. 73. l. 2. Segueriamus p. 168. v. 74. leg. 75.  
 p. 183. l. 10. esse, quod p. 194. v. 33. l. 4. locus quia  
 p. 197. l. 4. est, factae. p. 212. v. 52. l. 19. corr. larc  
 p. 230. v. 40. l. 3. correcti p. 236. l. 6. repetissent  
 p. 239. v. 83. l. 7. leg. Parerg. p. 241. v. 21. l. 12.  
 crimini p. 260. v. 23. l. 4. differre p. 261. l. 15. fra-  
 trisque p. 271. v. 16. l. 11. inconcinnam p. 280. v. 23.  
 l. 20. flores. p. 283. v. 62. l. 2. Vers. 64. l. 3. del.  
 Vers. 64. p. 284. v. 77. l. 5. leg. miser ut p. tutius  
 p. 295. l. 1. corr. Bmsl. v. 46. leg. AT NON — DIE.  
 p. 332. l. 42. leg. ac tuti p. 233. INTERPRETE,

PROLUS. p. 338. l. 3. leg. τοὺς ἄγ. p. 341. l. 13.  
 ψοφίουσαν p. 342. l. 27. Cfr. Niebuhr. H. R. 2, p. 21.  
 „mythologischer Kehrriekt.“ p. 377. l. 21. corr. prosumus  
 p. 389. l. 29. idicavit p. 391. l. 25. leg. anno 752  
 p. 393. l. 16. sordidum l. 27. isti ordini p. 397. l. 18.  
 torruit.

IB. v. 207. dele virgulam in fine.

ANNOTT. p. 425. l. 12. leg. ille ACG. p. 454. l. 16.  
 leg. ex BCE.

P. OVIDII NASONIS  
**T R I S T I V M**  
LIBER PRIMVS.

---

I.

**P**arve, nec invideo, sine me, liber, ibis in Urbem:  
Hei mihi, quod domino non licet ire tuo.

2. quo domino.

ANNOTATIO IN LIBRUM PRIMUM.

I.

Inscriptionem *Tristium*, quam Aldus et J. C. Scaliger vulgatae: *De tristibus* substituerunt, vetustiores libri, ut Guelferb. in calce libri quinti, fragm. Revii, Putean. Francofurtan. et fortassis eius notae omnes agnoscunt. Etiam excerpta Berolinensia praeferunt: *Ovidius in Tristibus*. Utrumque titulum Vincentius Bellovacensis spec. histor. 6, 106; 119. ed. Mentelini et Nestor Vocabulista passim usurpant. Carmina *epistolae* audiunt in codd. Pirckh. Berol. Reland. Creven.; quod Heinsius probabat in schedis ad Ponticorum 1, 1, 18. *Elegias* primus appellavit Aldus in ed. 1516. Indices praefiguntur in recentioribus quibusdam libris scriptis et editis seculi XV praeter Bononiensem anni 1480. Hoc primum carmen in codd. Pirckh. et Berol. lemma gerit: *Alloquitur librum docet et quid dicat in Vrbe*. In vetustis edd. hoc: *Alloquitur librum, ut Romam vadat et quid ei faciendum sit, admonet*.

2. HEI MIHI, QUOD DOMINO. Qui codices: *quo domino habuerint*, parum constat, nisi quod de Guelferbytano et varia scriptura Leidensis primi et Moretani, tum Bononiensi editione et Bernensi libro, si cum fide collatus est. *quod domino* Francof. Putean. fa.

Vade, sed incultus, qualem decet exsulis esse;  
 Infelix habitum temporis huius habe.

9 Nec te purpureo velent vaccinia fuco:  
 Non est conveniens luctibus ille color;  
 Nec titulus minio, nec cedro charta notetur,  
 Candida nec nigra cornua fronte geras.

Felices ornent haec instrumenta libellos,  
 10 Fortunae memorem te decet esse meae.  
 Nec fragili geminae poliantur pumice frontes:  
 Hirsutus sparsis ut videare comis.

12. passis.

Rev. florileg. Berol. „*plurimi*“ Heinsii, quorum decem nuncupabat, nostri scripti et impressi veteres omnes: etiam Palatinus primus, nisi fallor. Atilius Fortunatianus; indicante Heinsio, laudat: *Hei mihi cum domino*: magis pro nostra scriptura, vid. ad 4, 9, 17. Naugerius utrumque, *quo* vel *quod* recte habere putabat: at nos hoc illo paulo rectius. Nam si argutandum est in tantilla re, per scripturam: *quo domino* paene moleste sententia iteratur, in altera elegantem in modum verbum tantum: *ire*, quemadmodum Her. 5, 67:

*Utque ceter venias virides Nereidas oro:*

*Scilicet ut venias in mea damna ceter,*

et tantumnon singulis paginis poeta dixit.

5. VELENT VACCINIA FUCO. Ita Vatic. prim. Polit. prim. Palat. sec. Guelf. Hamburg. et octo Heinsiani cum ed. Bonon. *succo* Seguer. et Berol. tantum. cfr. Conr. Schneideri gr. L. 1. p. 402. *succo* reliqui omnes libri. Disputarunt de hoc discrimine Heinsius ad Claudian. in Ruf. 1, 206. Markl. ad Stat. silv. 3, 2, 139. Codicum istorum, quos tanti non fuit deserere, ea est indoles, ut et scripti accurate et interpolati audacter sint: postremum ubi li- quido coargui nequit, ferendum est.

6. LUCTIBUS ILLE COLOR. *iste* fragm. Rev. exc. Voss. Jun. et quatuor Heinsii, qui ita in exemplari suo emendaverat. Nini- sum ita solet poeta in his libris 1, 7, 3. 3, 7, 33. 5, 1, 19.

9) FELICES ORNENT. *ornant* Busl. Leid. uterque et quinque Heinsii cum eius prima editione; non spernenda scriptura in con- tinua coniectivorum modorum serie. Vide Lachmannum v. cl. ad Prop. 1, 2, 9.

12. HIRSUTUS SPARSIS. *passis* e Palat. sec. Franeof. Serv. novem aliis et vet. edd. cupidius arripuit Heinsius sequentibus e vestigio omnibus, qui hos libros ediderunt. Originem eius scripturae Regius commonstrat, qui: *spassis*. Reliquorum auctoritas tuenda erat. Libros suos poetae ubique pro melioris sexus sobole habent; quod abunde ex hoc et primo atque ultimo libri tertii carmine patet. *Passi* autem *orines* certe apud Ovidium sunt feminarum, *sparsi* utrorumque: quod quoties de masculis occurrit, de Orpheo Met.

Neve liturarum pudeat: qui viderit illas

De lacrimis factas sentiet esse meis.

Vade; liber, verbisque meis loca grata saluta:

15

Contingam certe, quo licet, illa pede.

Si quis, ut in populo, nostri non immemor illi,

Si quis, qui, quid agam, forte requirat, erit;

Vivere me dices: salvum tamen esse negabis;

Id quoque, quod vivam, minus habere dei.

20

## 17. illic.

11, 57; Baccho, Art. 1, 541: Amore, Am. 3, 9, 11 absque librorum discrepantia extat. Consentit Gellius, N. A. 15, 15: *capillo quoque esse mulier passo dicitur, quasi porrecto et expanso.*

14. SENTIET ESSE MEIS. Ita Jacobus Roverus coniecerat, Heinaius e fragm. Rev. et septem aliis correxit; adstipulatus est Burmannus, qui de Bernensi fallitur. Nostrorum accedunt Berol. et Rel. *sentiati* reliqui, quod improbamus ob causam ad v. 9. dictam.

16. QUO LICET ILLA PEDE. Emendavit e codd. Heinsius, quod et nostri omnes confirmant. *quolibet* tamen e vetustioribus libris Putean. fragm. Rev. Palat. sec. cum duobus, exc. Voss. et Busl., nisi fallor, et edd. veteres praeter Bonon. et Ald.

17. NOSTRI NON IMMEMOR ILLI. Ita certe Serv. et quidam Heinsii cum eius prima editione et veteribus nostris octo. Atque haec forma admittenda erat eodem iure, quo lib. 2, 373; Fast. 6, 424. *illo* Francof. Putean. Gall. Bern. Berol. Rel. Crev.; Reg. cum Moret. pro var. scr., alii nonnulli. *illic* coniectura est Zinzerlingii, Prom. Crit. Jun. p. 167. *immemor extat* Palat. prim. Guelf. Reg. Mor. Busl. Leid. uterq. Pirckh. sex alii et ed. Bonon.; e glossa, si quid video, non e correctione. Versu proximo pro vulgato olim: *requiret* Heinsius recte: *requirat* dedit e codd. Gall. Moret. Serv. fr. Rev., Leid. utr. Jun. octavo alio, quibus adde Crev. et ed. Bonon. *requirit* Berol. Hactenus possis assentiri magno critico. Sed cum v. 18. offendisset in vocibus *Si quis* iteratis, neque codd. quicquam praeter ineptias suppeditarent: *Si quis quicquid agam* Busl. Pirckh. fr. Rev., sed hoc ab altera manu: *Et si quis quid ag.*; *Et si quicquid agam* Palat. prim.; *Si quisquam quid agam* Serv. *Si quis quicquid agat* Crev.; coniecturam proposuit Heinsius: *Civis, qui quid etc.* Nec improbat Jo. Schraderus vel propter monosyllaba auribus in vulgata scriptura ingrata. Verum monosyllaba quatuor, quinque, et plura saepe continuavit Ovidius; Her. 12, 193: *pro quo tot res*; ib. 16, 337.: *Hei mihi pars a me pax*; Pont. 2, 1, 61.: *Iam nunc haec a me*; Her. 17, 11.: *quis haec cum sit tam*; ib. 16, 309.: *Ut te nec mea vox nec te* etc. Eius rei molestia, si qua est, elevatur accentu interveniente tam illic tum vero hoc in loco, utpote in anaphora: quam in iisdem voculis habes Met. 9, 256; Virg. ecl. 6, 10; Aen. 9, 210.



Atque ita te tacitus quaerenti plura legendum,  
 Ne, quod non opus est, forte loquare, dabis.  
 Protinus admonitus repetet mea crimina lector,  
 Et peragar populi publicus ore reus.  
 25 Tu cave, defendas, quamvis mordebere dictis;  
 Causa patrocinio non bona peior erit.

## 25. Neu.

21. ATQUE ITA TE TACITUS. Ita Putean. a m. pr. Jun. et quatuor alii. *Atque ita tu tacitus* libri longe plurimi. *Teque ita tu tacitus* Moret. et Palat. sec. *Atque ita tu cautus* Barberin. Vulgatum *tacitus* recte defendit Burmannus. Versu sequenti pro vulgato, quod ex nostris Crev. habet: *Ne quae non opus est*, plures, h. e. Palat. prim. Bern. Reg. Gall. Serv. Busl. Leid. uterq. Rel. Seguer. et duodecim cum pr. ed. Heins. habent: *Ne quod non opus est. Ne quod opus non est* Berol. cum vett. edd. nostris. *Et quod non opus est* Guelf. Pirckh. *Et quae non opus est* Palat. sec. In fine versus omnes codd. praeter unum, editi veteres omnes: *loquare cave*. Nic. Heinsius emendabat: *loquare dato*, in reliquis libros secuturus. Jo: Schraderus totum distichon ita refingebat:

*Daque ita te tacitus quaerenti plura legendum,  
 Ne, quod non opus est, forte loquare, cavens.*

Quod ad primam emendationis partem attinet, ingeniosa est neque violenta. Ita huius carminis v. 115. *Deque* et *Atque*, lib. 5, 3, 30; 32; 50 similia confunduntur. Alteram quoque partem: *cavens* Santenius magis atque ipse Schraderus probabat. Sed poterat et elegantius et facilius legi: *Neu quae non opus est forte loquare, cave*. Qua in emendatione utique acquiescendum fuisset, nisi eam scripturam, quam tanquam suam correctionem Burmannus profert, quo nomine immerito a Schradero laudatur, quaeque in Bersmanni notis item ambigue extat, ut pro coniectura Gruterus, pro antiqua lectione D. Heinsius habuerint, in codice Palatino primo, omnium optimo, inventam fuisse e collatione Jani Gebhardi cognovissemus.

23. MEA CRIMINA LECTOR. Ita Francof. Putean. Bern. et vett. edd. praeter Bonon. Reliqui Heinsii et nostri libri mira pertinacia: *carmina*.

25. TU CAVE DEFENDAS. Ita libri plurimi. Heinsius malebat: *Tum cave. Nec defendas te* Leid. prim. *Nec te defendas* Leid. sec. Hoc quoque non improbat Heinsius. *Ne cave defendas* fr. Rev. a sec. m. Inde quod eliciebat Heinsius: *Neu cave* in Burmanniana et posterioribus editionibus proditum est. Alii libri dicuntur habuisse: *Me cave* et *Te cave*. Nos praeter necessitatem plurimorum auctoritatem non contemnimus.

26. NON BONA PEIOR ERIT. Ita Gall. Busl. a prima, Reg. a sec. m. et quatuor Heinsii cum florilegio Berol. *maior erit* reliqui libri. Heinsius eandem scripturae diversitatem in Ibide v. 416 deprehendi et vulgatam e versu ultimo carm. 2. lib. 4. huc repetitam videri notavit.

Invenies aliquem, qui me suspiret ademptum,  
 Carmina nec siccis perlegat ista genis,  
 Et tacitus secum, ne quis malus audiat, optet,  
 Sit mea lenito Caesare poena minor: 30  
 Nos quoque, quisquis erit, ne sit miser ille, precamur,  
 Placatos misero qui volet esse deos.  
 Quaeque volet rata sint, ablataque principis ira  
 Sedibus in patriis det mihi posse mori.  
 Vt peragas mandata, liber, culpabere forsam 35  
 Ingeniique minor laude ferere mei:  
 Iudicis officium est ut res, ita tempora rerum  
 Quaerere; quaesito tempore tutus eris.  
 Carmina proveniunt animo deducta sereno:

27. **INVENIES ALIQUEM ETC.** *Invenies illic qui Moret. a pr. m. suspendet* fr. Rev. *qui me lugebit* Reg., qui et mox: *perleget* pra v. scr., quod a correctore Guelf., tum Palat. sec. Leid. uterq. Gall. Moret. Bern. Rel. et vett. edd. nostrae habent. *non perleget* Pirckh. *perleget ipse* Berol. *ille* Gall. In his non semel errat Burmannus, de Politiancis et Bononiensi libro vix quicquam nosse poterat.

30. **POENA MINOR.** Ita quinque Heinsiani, quos inter Leidenses, pro vulgato: *poena levis*. Accedit illis Berol. et librarius Busidiani, qui carm. 2, v. 64. pro: *morte minor* ex hoc loco: *poena minor* repetiisse videtur. Nec puto per vulgatam scripturam acumen captasse poetam, ut idem diceret, quod alibi: *Maxima poena mihi est Ipsum offendisse*. Vers. sequ. *ille* Heinsius secundum Mor. Francof. Bern. fr. Rev. Jun. Rel. Leidd. Polit. utr. Vat. pr. Pal. sec. Guelf. Crev. tredecim alios, Reg. v. scr. prim. ed. *ipse* reliqui.

32. **PLACATOS MISERO.** Sic Palat. uterque, Reg. Mor. Busl. exc. Voss. fr. Rev. Pirckh. Seguer. Rel. Crev. Berol. et decem Heinsii cum eiusdem prima et nostra Bonon. edit. *miseri* Gall. *miseris* reliqui: vide Heinsium in Syll. epp. Burm. t. 4, p. 291, 309. Coniecerat Heinsius hoc in versu: *qui vovet esse* et in sequenti: *Quae vovet, o rata sint*, coll. Am. 2, 15, 27.

33. **ABLATAQUE PRINCIPIS IRA.** *placataque* unus Vaticanus et alius Heinsii, qui suadebat: *pacataque*, idque in libris scriptis inveniri D. Heinsius tradidit; vel, *sedataque*. Idem e scriptura fr. Rev.: *iudicis, vindicis* malebat et v. 55: *Ut peragas*. Nihil tamen libri mutant praeterquod Pirckh.: *Cum peragas*.

39. **ANIMO DEDUCTA SERENO.** *diducta* fr. Rev. Seguer. *distata* Guelf. a. pr. m. Palat. sec. Glossa in Leid. prim.: *tractum est a filo, quod subtiliter deducatur a caelo* (l. tela, Heinsius; immo, colo) *et ita curmen a mente compositoris; ut alibi in Honorato* (l. Horatio): *subtili deducta poemata filo*. Excripsit hunc versum Vincent. Bellov. spec. histor. 7, 119.

40 Nubila sunt subitis tempora nostra malis.

Carmina secessum scribentis et otia quaerunt:

Me mare, me venti, me fera iactat hiems.

Carminibus metus omnis abest: ego perditus ensem

Haesurum iugulo iam puto iamque meo.

45 Haec quoque quod facio, iudex mirabitur aequus

Scriptaque cum venia qualiacunque leget:

Da mihi Maeoniden, et tot circumspice casus:

40. TEMPORA NOSTRA MALIS. Nic. Heinsius emendatum volebat: *pectora*, memor fortasse Statii in silv. 1, 3, 109: *omni deterius pectora nube*. Librorum tamen tantum fr. Rev. et Leid. uterq.: *carmina nostra*. Schraderus *tempora* capitis intelligenda esse contendebat. Tu confer infra carm. 9, v. 6., lib. 3, 1, v. 10. et aut de fortuna ac statu explica, ut apud Propert. 1, 12, 24., aut ita, uti infra 3, 14, 29 — 32. eodem atque hic ordine de tempore, loco, statu conqueretur poeta. *Nubila sunt nostris* Vincentius loco indicato.

43. METUS OMNIS ABEST. Petrus Francius in ora exemplaris, quo usus est: *obest* coniecerat; assensum nactus Schraderi in schedis, qui dubitare se fatetur, num *abesse* pro *abesse debere* tolerari possit. In hunc sensum versum interpolavit Vincentius Bellovacensis: *Carminibus debet omnis abesse metus*.

Caeterum cum illius loquendi moris nec vobis exempla innotuerint, praeter illud genus enunciatorum a verbo voluntatis, vel praecipendi suspensorum, de quo disseruit Sarpus Quaest. phil. p. 52, 53., lubentes in Francii iremus sententiam. Burmannus oppositionis acumen imminui putabat, quod negamus: positum enim est id in *metu omni* et *gladio haesuro*. Accedit, quod cum in prioribus se ipsum imitatus sit poeta in ep. Sapphus v. 13, 14:

*Nec mihi dispositis quae iungam carmina nervis*

*Proveniunt: vacuae carmina mentis opus;*

hoc, quo de agimus versu, eiusdem epistolae v. 195. expressisse videri queat:

*Nunc vellem facunda forent: dolor artibus obstat.*

45. HAEC QUOQUE QUOD FACIO. Reg. Serv. Seguer. uterque Polit. et octo Heinsiani: *Hoc quoque quod. Hoc quoque quae fac. Palat. sec. Haec ego quae fac.* Jun. fr. Rev. et Moret. *Haec quoque quae fac.* reliqui et vet. edd., quod Francius probabat. Heinsii emendationem, quae a pr. m. in Guelf. extat, sequimur.

47. ET TOT CIRCUMSPICE CASUS. Non facile hoc explicatu. Non lectorem, vel quemcunque, quocum poeta loquitur, circumspicere infortunia oportebat, sed Homerum ipsum; velut apud Arnobium legis 2, 2: *Da puerum iudicem* et haec omnia circumspiciens *magis an sint dii ceteri dubitabit, quam in deo cunctabitur*. Heinsius igitur, quamvis libris consentientibus: *circumspice* tentabat,

Ingenium tantis excidet omne malis.  
 Denique securus famae, liber, ire memento,  
 Nec tibi sit lecto displicuisse pudor.  
 Non ita se praebet nobis Fortuna secundam,  
 Vt tibi sit ratio laudis habenda tuae.  
 Donec eram sospes, tituli tangebar amore  
 Quaerendique mihi nominis ardor erat.

51. nobis praebet.

probantibus Francio et Schradero; in schedis: *circumadiice* extabat. Burmannus ex adversariis suis: *circuminspice* arripuit, ut quod librarii saepe in alterum corruperint: ridicule, Schradero iudice, qui bene hominem intelligebat. Si quid mutandum esset, nihil praestare dixerim Schraderi coniectura: *et tot circumnobiice casus*. Id enim constanti et vetusto librorum more scriptum: *circumobica*, negligentius exarata littera *o* ultro abibat in *circumspice*. Nescio tamen an nihil sit mutandum praeter quidem interpunctionem in hac modum:

Da mihi Maeoniden — et tot circumspice casus —

Ingenium tantis excidet omne malis.

Verba et — casus si ad protasin retrahas, omnia conturbant. Si seorsim pronuncies, loquendi genus habebis illud, quo per *et*, efficacius illud vulgari copula, talia interponuntur, cfr. Her. 4, 91; 12, 89; Art. am. 3, 673; Pont. 1, 4, 11. Deinde acumen video Nasonianum: Homerus haec non tulisset: at Homerus ne satis quidem sensit, non circumspexisset, utpote caecus, vid. Leon. Allat. de patria Homeri c. 8. Similem lusum leges Fast. 5, 610., ubi Jupiter in tauro *aspicere* Europae, quam sustinet, venustatem nequit. Ita enim utique scribendum est. *Da mihi* pro formula est, ut Rem. am. 63, 64., quemadmodum *redde* Rem. an. 65., *fuge* Met. 9, 506., similia multa, et personae notionem excludit. Posthac ad personam oratio deflectit per: *circumspice*, de quo imperativo vid. infr. ad 3, 6, 38.; ea persona indefinita est, ut Met. 10, 518; *Aut his adde leves, aut illis deme pharetras*; Fast. 6, 268: *Significans sedem terra focusque tuam* (ita lege sis). Formulas *redde*, *fuge* posita deinceps persona habes Met. 13, 79, 80; Pont. 1, 6, 77.

51. NON ITA SE PRAEBET NOBIS. Ita scribi iubent codices: Palat. prim. Guelf. Reg. Put. Mor. Serv. Francof. Bern. Rel. Jun. Rev. et quindecim Heinsii cum eius prima editione. Eodem ordine: *praestat nobis* Busl. Seguer. tertius Heinsii. Idem sententia postulat; nam et maior in vocem: *nobis* cadit accentus, isti aedi proprius, vid. Lachm. ad Prop. 1, 6, 25., et, quae maioris accentus causa est, antithesis vocum: *tibi* et: *tuae*, facit, ut quam possint proxime ponantur, quae sibi opponuntur. *nobis gestat* uterque Leidensis. *nobis praebet Fortuna secunda* Palat. sec. *Fortuna ferum princeps editio* Heinsii, uti Fast. 4, 913. codex Berol.: *nunita seris*.

7) *Laurentius Santenius* non pauca, neque inexacta editioni maiori Burmannianae alleverat; coniecturis quidem littera *M* apposita, ut fortasse alius sint.

Santenii studio indefesso et industriae mirificae omnem illam subsidiorum Ovidianorum thesaurum, quem bibliotheca Regia Berolinensis servat, deberi fama est. Hic vir igitur quia effecit, ut, si nihil aliud, pium in Heinsium esse potuerimus, ipse ut grata impertiat memoria, ius et pium est. Quod vero mortuis, impendio magis iis deferendum est, qui vivunt, atque vivant vigentque diu: quorum in me beneficia cum recogito, animus commovetur graviter, lingua verecundia obmutescit. Si quod rectae voluntatis argumentum, si quid spei veteris philologiae nominis olim tuendi dedisse videar, id quoque gratiae non erit relatio, sed accessio. Scribebam Berolini a. d. XIII. Kal. April.

Rudolphus Merkelius  
phil. doct.

---

## Corrigenda.

---

**PRAEF.** p. VII. l. 20. *Succiam* : Holmiam p. X. l. ult. *calumnitati* : calumniati p. XVI. l. 14: *perpercissae* : pepercisse

**TRISTT.** p. 14. v. 105. *receptus* : receptus p. 29. v. 108. *Victaque* : Victaque p. 31. v. 21. *adspiceres* : aspiceres  
 p. 39. v. 85. *e patria* : a patria p. 41. v. 3. *Ionium*, non : Ionium non p. 53. v. 15. *submovi* : summovit p. 56. v. 22. *erat*, v. 23. *exstant* ; : erat ; — *exstant*, p. 57. v. 29. *istud* : istud, p. 68. v. 37. *fortuna* : fortuna p. 97. v. 167. *juvenile* : juvenile p. 112. v. 300. *Iasius* : Iasius  
 p. 119. v. 371. *Ilias* : Ilias p. 121. v. 399. *loquor* : loquar  
 p. 123. *primus* : primus p. 166. v. 46. *habe* : habet  
 p. 195. v. 11. *boreas. et* : boreas, et p. 210. v. 32. *litore* : litore p. 237. v. 49. *mi erum* : miserum p. 240. v. 9. *de* : te p. 262. v. 17. *aev* : aevo, p. 273. v. 29. *pars* : pars est in p. 275. v. 50. *tuos* : tuos ; p. 295. v. 44. *Etion* : Etion

**VARR. BURM.** p. 96. 165 : 161 p. 191, 17 : 12  
 p. 201. 4 : 5 p. 273. 22 : 23

**ANNOTT.** p. 1. l. 6. *leg. histor.* 7, 106 ; p. 2. v. 6. l. 2. *corr. Niniram* p. 4. l. 26. *collatione* p. 14. v. 112. l. 6. *ormittitur* p. 15. l. 14. *scilicet* v. 115. l. 5. *promunciat* p. 16. v. 128. l. 10. *leg. Gall. Bern. et uno.* l. 12. *corr.* *Zinzerlingim* l. 25. *del. Bern.* p. 18. l. 4. *leg. locos* apud p. 24. l. 1. *corr. cuiusdem* p. 25. l. 7. *adiuvavit* p. 26. v. 90. l. 1. *leg. Busl. Bern. tres* p. 29. v. 109. l. 1, 2. *leg. Heinsianis. Reliqui, Bern. et vett.* p. 30. v. 7. l. 4. *leg. Guelferb. Bern. et ed. B.* p. 32. l. 4. *corr. iude* l. 34. *pectorevaras* p. 34. l. 18. *leg. asternunturque* p. 38. l. 18. *corr. Vossi* v. 80. l. 12. *fluxerit* p. 40. l. 1. *Heinsianis* p. 42. l. 1. *Numaet.* v. 9. l. 12. *lingua* p. 45. v. 11. l. 7. *altarnm* p. 48. l. 7. *ad*, 1, p. 54. v. 32. l. 2. *del. Bern.* p. 60. l. 11. *leg. saltem,* l. 12. *sequi.* p. 62. v. 43. l. 2. *corr. Idvenal.* p. 66. v. 31. l. 1. *leg. utroque, Bern.* *Rel.* p. 74. v. 24. l. 3. *corr. Reliquos* p. 86. l. 33.

condidiore p. 93. l. 2. monemas p. 97. l. 1. leg. leviter  
 p. 103. l. 3. Caesar, v. 211. l. 8. corr. duo scripturae  
 p. 106. v. 451. leg. 251. p. 107. v. 261. l. 7. corr. nestrum  
 p. 125. v. 418. l. 7. leg. Euphor. κιναιδολόγου, p. 127.  
 v. 437. l. 7. ineptiorem, quam p. 137. l. 6. oppositio,  
 p. 141. v. 567. l. 10. corr. hyperbaton p. 160. v. 70. l. 1.  
 SUBURBAINO v. 73. l. 2. Segueriamus p. 168. v. 74. leg. 75.  
 p. 183. l. 10. esse, quod p. 194. v. 33. l. 4. locus quia  
 p. 197. l. 4. est, factae. p. 212. v. 52. l. 19. corr. lare  
 p. 230. v. 40. l. 3. correcti p. 236. l. 6. repetissent  
 p. 239. v. 83. l. 7. leg. Parerg. p. 241. v. 21. l. 12.  
 crimini p. 260. v. 23. l. 4. differre p. 261. l. 15. fra-  
 trisque p. 271. v. 16. l. 11. inconcinnam p. 280. v. 23.  
 l. 20. flores. p. 283. v. 62. l. 2. Vers. 64. l. 3. del.  
 Vers. 64. p. 284. v. 77. l. 5. leg. miser ut p. tutius  
 p. 295. l. 1. corr. Bnsl. v. 46. leg. AT NON — DIE.  
 p. 332. l. 42. leg. ac tuti p. 233. INTERPRETE,

PROLUS. p. 338. l. 3. leg. τὸς Ἄγγ. p. 341. l. 13.  
 ψοφίονσαν p. 342. l. 27. Cfr. Niebuhr. H. R. 2, p. 21.  
 „mythologischer Kehrriht.“ p. 377. l. 21. corr. proximus  
 p. 389. l. 29. idicavit p. 391. l. 25. leg. anno 752  
 p. 393. l. 16. sordidum l. 27. isti ordini p. 397. l. 18.  
 torruit.

IB. v. 207. dele virgulam in fine.

ANNOTT. p. 425. l. 12. leg. ille ACG. p. 454. l. 16.  
 leg. ex BCE.

P. OVIDII NASONIS  
**T R I S T I V M**  
LIBER PRIMVS.

I.

**P**arve, nec invideo, sine me, liber, ibis in Urbem:  
Hei mihi, quod domino non licet ire tuo.

2. quo domino.

ANNOTATIO IN LIBRUM PRIMUM.

I.

Inscriptionem *Tristium*, quam Aldus et J. C. Scaliger vulgatae: *De tristibus* substituerunt, vetustiores libri, ut Guelferb. in calce libri quinti, fragm. Revii, Putean. Francofurtan. et fortassis eius notae omnes agnoscunt. Etiam excerpta Berolinensia praeferunt: *Ovidius in Tristibus*. Utrumque titulum Vincentius Bellovacensis spec. histor. 6, 106; 119. ed. Mentelini et Nestor Vocabulista passim usurpant. Carmina *epistolae* audiunt in codd. Pirckh. Berol. Reland. Creven.; quod Heinsius probabat in schedis ad Ponticorum 1, 1, 18. *Elegias* primus appellavit Aldus in ed. 1516. Indices praefiguntur in recentioribus quibusdam libris scriptis et editis seculi XV praeter Bononiensem anni 1480. Hoc primum carmen in codd. Pirckh. et Berol. lemma gerit: *Alloquitur librum docet et quid dicat in Vrbe*. In vetustis edd. hoc: *Alloquitur librum, ut Romam vadat et quid ei faciendum sit, admonet*.

2. HEI MIHI, QUOD DOMINO. Qui codices: *quo domino habuerint*, parum constat, nisi quod de Guelferbytano et varia scriptura Leidensis primi et Moretani, tum Bononiensi editione et Bernensi libro, si cum fide collatus est. *quod domino* Francof. Putean. fa.



- Vade, sed incultus, qualem decet exsulis esse;  
 Infelix habitum temporis huius habe.
- 5 Nec te purpureo velent vaccinia fuco:  
 Non est conveniens luctibus ille color;  
 Nec titulus minio, nec cedro charta notetur,  
 Candida nec nigra cornua fronte geras.  
 Felices ornent haec instrumenta libellos,
- 10 Fortunae memorem te decet esse meae.  
 Nec fragili geminae poliantur pumice frontes:  
 Hirsutus sparsis ut videare comis.

## 12. passis.

Rev. florileg. Berol. „*plurimi*“ Heinsii, quorum decem nuncupabat, nostri scripti et impressi veteres omnes: etiam Palatinus primus, nisi fallor. Atilius Fortunatianus, indicante Heinsio, laudat: *Hei mihi cum domino*: magis pro nostra scriptura, vid. ad 4, 9, 17. Naugerius utrumque, *quo* vel *quod* recte habere putabat: at nos hoc illo paulo rectius. Nam si argutandum est in tantilla re, per scripturam: *quo domino* paene moleste sententia iteratur, in altera elegantem in modum verbum tantum: *ire*, quemadmodum Her. 5, 57:

*Utque celer venias virides Nereidas oro:*

*Scilicet ut venias in mea damna celer,*

et tantumnon singulis paginis poeta dixit.

5. VELENT VACCINIA FUCO. Ita Vatic. prim. Polit. prim. Palat. sec. Guelf. Hamburg. et octo Heinsiani cum ed. Bonon. succo Seguer. et Berol. tantum. cfr. Conr. Schneideri gr. L. 1. p. 402. succo reliqui omnes libri. Disputarunt de hoc discrimine Heinsius ad Claudian. in Ruf. 1, 206. Markl. ad Stat. silv. 3, 2, 139. Codicum istorum, quos tanti non fuit deserere, ea est in dolens, ut et scripti accurate et interpolati audacter sint: postremum ubi quando coargui nequit, ferendum est.

6. LUCTIBUS ILLE COLOR. *iste* fragm. Rev. exc. Voss. Jun. et quatuor Heinsii, qui ita in exemplari suo emendaverat. Nintum ita solet poeta in his libris 1, 7, 3. 3, 7, 33. 5, 1, 19.

9. FELICES ORNENT. *ornant* Busl. Leid. uterque et quinque Heinsii cum eius prima editione; non spernenda scriptura in continua coniectivorum modorum serie. Vide Lachmannum v. cl. ad Prop. 1, 2, 9.

12. HIRSUTUS SPARSIS. *passis* e Palat. sec. Francof. Serv. novem aliis et vet. edd. cupidius arripuit Heinsius sequentibus e vestigio omnibus, qui hos libros ediderunt. Originem eius scripturae Regius commonstrat, qui: *spassis*. Reliquorum auctoritas tuenda erat. Libros suos poetae ubique pro melioris sexus sobole habent; quod abunde ex hoc et primo atque ultimo libri tertii carmine patet. *Passi* autem *crines* certe apud Ovidium sunt feminarum, *sparsi* utrorumque: quod quoties de masculis occurrit, de Orpheo Met.

Neve liturarum pudeat: qui viderit illas

De lacrimis factas sentiet esse meis.

Vade, liber, verbisque meis loca grata saluta:

15

Contingam certe, quo licet, illa pede.

Si quis, ut in populo, nostri non immemor illi,

Si quis, qui, quid agam, forte requirat, erit;

Vivere me dices: saluum tamen esse negabis;

Id quoque, quod vivam, munus habere dei.

20

## 17. illic.

11, 57; Baccho, Art. 1, 541: Amore, Am. 3, 9, 11 absque libro-  
rum discrepantia extat. Consentit Gellius, N. A. 15, 15: *capillo  
quoque esse mulier passo dicitur, quasi porrecto et expanso.*

14. SENTIET ESSE MEIS. Ita Jacobus Roverus coniecerat,  
Heinsius e fragm. Rev. et septem aliis correxit; adstipulatus est  
Burmans, qui de Bernensi fallitur. Nostrorum accedunt Berol.  
et Rel. *sentiat* reliqui, quod improbamus ob causam ad v. 9.  
dictam.

16. QUO LICET ILLA FEDE. Emendavit e codd. Heinsius,  
quod et nostri omnes confirmant. *quolibet* tamen e vetustioribus  
libris Putean. fragm. Rev. Palat. sec. cum duobus, exc. Voss. et  
Busl., nisi fallor, et edd. veteres praeter Bonon. et Ald.

17. NOSTRI NON IMMEMOR ILLI. Ita certe Serv. et qui-  
dam Heinsii cum eius prima editione et veteribus nostris octo. At-  
que haec forma admittenda erat eodem iure, quo lib. 2, 373;  
Fast. 6, 424. *illo* Francof. Putean. Gall. Bern. Berol. Rel. Crev.;  
Reg. cum Moret. pro var. scr., alii nonnulli. *illic* coniectura est  
Zinzerlingii, Prom. Crit. Jun. p. 167. *immemor extat* Palat. prim.  
Guelf. Reg. Mor. Busl. Leid. uterq. Pirckh. sex alii et ed. Bo-  
non.; e glossa, si quid video, non e correctione. Versu proximo  
pro vulgato olim: *requirit* Heinsius recte: *requirat* dedit e codd.  
Gall. Moret. Serv. fr. Rev., Leid. utr. Jun. octavo alio, quibus  
adde Crev. et ed. Bonon. *requirit* Berol. Hactenus possis assentiri  
magno critico. Sed cum v. 18. offendisset in vocibus *Si quis* ite-  
ratis, neque codd. quicquam praeter ineptias suppeditarent: *Si quis  
quicquid agam* Busl. Pirckh. fr. Rev., sed hoc ab altera manu: *Et  
si quis quid ag.*; *Et si quicquid agam* Palat. prim.; *Si quisquam  
quid agam* Serv. *Si quis quicquid agat* Crev.; coniecturam propo-  
suit Heinsius: *Civis, qui quid etc.* Nec improbat Jo. Schraderus  
vel propter monosyllaba auribus in vulgata scriptura ingrata. Ve-  
rum monosyllaba quatuor, quinque, et plura saepe continuavit Ovi-  
dus; Her. 12, 193: *pro quo tot res*; ib. 16, 337.: *Hei mihi pars  
a me vis*; Pont. 2, 1, 61.: *Iam nunc haec a me*; Her. 17, 11.:  
*quis haec cum sit tam*; ib. 16, 309.: *Ut te nec mea vox nec te  
mor.* Eius rei molestia, si qua est, elevatur accentu interveniente  
tum illic tum vero hoc in loco, utpote in anaphora: quam in iis-  
dem voculis habes Met. 9, 256; Virg. ecl. 6, 10; Aen. 9, 210.

Atque ita te tacitus quaerenti plura legendum,  
 Ne, quod non opus est, forte loquare, dabis.  
 Protinus admonitus repetet mea crimina lector,  
 Et peragar populi publicus ore reus.  
 25 Tu cave, defendas, quamvis mordebere dictis;  
 Cauſſa patrociniſio non bona peior erit.

## 25. Neu.

21. ATQUE ITA TE TACITUS. Ita Putean. a m. pr. Jun. et quatuor alii. *Atque ita tu tacitus* libri longe plurimi. *Teque ita tu tacitus* Moret. et Palat. sec. *Atque ita tu cautus* Barberin. Vulgatum *tacitus* recte defendit Burmannus. Versu ſequenti pro vulgato, quod ex noſtris Crev. habet: *Ne quae non opus est*, plures, h. e. Palat. prim. Bern. Reg. Gall. Serv. Buſl. Leid. uterq. Rel. Seguer. et duodecim cum pr. ed. Heins. habent: *Ne quod non opus est. Ne quod opus non est* Berol. cum vett. edd. noſtris. *Et quod non opus est* Guelf. Pirckh. *Et quae non opus est* Palat. sec. In fine verſus omnes codd. praeter unum, editi veteres omnes: *loquare cave*. Nic. Heinsius emendabat: *loquare dato*, in reliquis libros ſecuturus. Jo: Schraderus totum diſtichon ita reſin-gebat:

*Daque ita te tacitus quaerenti plura legendum,  
 Ne, quod non opus est, forte loquare, cavens.*

Quod ad primam emendationis partem attinet, ingenioſa eſt neque violenta. Ita huius carminis v. 115. *Deque* et *Atque*, lib. 5, 3, 30; 32; 50 ſimilia confunduntur. Alteram quoque partem: *cavens* Santenius magis atque ipſe Schraderus probabat. Sed poterat et elegantius et facilius legi: *Neu quae non opus eſt forte loquare, cave*. Qua in emendatione utique acquieſcendum fuiſſet, niſi eam ſcripturam, quam tanquam ſuam correctionem Burmannus profert, quo nomine immerito a Schradero laudatur, quaeque in Berſmanni noſtis item ambigue extat, ut pro coniectura Gruterus, pro antiqua lectione D. Heinsius habuerint, in codice Palatino primo, omnium optimo, inventam fuiſſe e collatione Jani Gebhardi cognoviſſemus.

23. MEA CRIMINA LECTOR. Ita Francof. Putean. Bern. et vett. edd. praeter Bonon. Reliqui Heinsii et noſtri libri mira pertinacia: *carmina*.

25. TU CAVE DEFENDAS. Ita libri plurimi. Heinsius malebat: *Tum cave. Nec defendas te* Leid. prim. *Nec te defendas* Leid. sec. Hoc quoque non improbat Heinsius. *Ne cave defendas* fr. Rev. a sec. m. Inde quod eliciebat Heinsius: *Neu cave* in Burmanniana et poſterioribus editionibus proditum eſt. Alii libri dicuntur habuiſſe: *Me cave* et *Te cave*. Noſ praeter neceſſitatem plurimorum auctoritatem non contemnimus.

26. NON BONA PEIOR ERIT. Ita Gall. Buſl. a prima, Reg. a sec. m. et quatuor Heinsii cum florilegio Berol. *maior oris* reliqui libri. Heinsius eandem ſcripturae diverſitatem in Ibide v. 416 deprehendi et vulgatam e verſu ultimo carm. 2. lib. 4. huc repetitam videri notavit.

Invenies aliquem, qui me suspiret ademptum,  
Carmina nec siccis perlegat ista genis,  
Et tacitus secum, ne quis malus audiat, optet,

Sit mea lenito Caesare poena minor:

30

Nos quoque, quisquis erit, ne sit miser ille, precamur,  
Placatos misero qui volet esse deos.

Quaeque volet rata sint, ablataque principis ira  
Sedibus in patriis det mihi posse mori.

Vt peragas mandata, liber, culpabere forsau

35

Ingeniique minor laude ferere mei:

Iudicis officium est ut res, ita tempora rerum

Quaerere; quaesito tempore tutus eris.

Carmina proveniunt animo deducta sereno:

27. INVENIES ALIQUEM ETC. *Invenies illic qui Moret. a pr. m. suspendet* fr. Rev. *qui me lugebit* Reg., qui et mox: *perleges* pro v. scr., quod a correctore Guelf., tum Palat. sec. Leid. uterq. Gall. Moret. Bern. Rel. et vett. edd. nostrae habent. *non perleges* Pirckh. *perleges ipse* Berol. *ille* Gall. In his non semel errat Burmannus, de Politianis et Bononiensi libro vix quicquam nosse poterat.

30. POENA MINOR. Ita quinque Heinsiani, quos inter Leidenses, pro vulgato: *poena levis*. Accedit illis Berol. et librarius Busidiani, qui carm. 2, v. 64. pro: *morte minor* ex hoc loco: *poena minor* repetuisse videtur. Nec puto per vulgatam scripturam acumen captasse poetam, ut idem diceret, quod alibi: *Maxima poena mihi est Ipsum offendisse*. Vers. sequ. *ille* Heinsius secundum Mor. Francof. Bern. fr. Rev. Jun. Rel. Leidd. Polit. utr. Vat. pr. Pal. sec. Guelf. Crev. tredecim alios, Reg. v. scr. prim. ed. *ipse* reliqui.

32. PLACATOS MISERO. Sic Palat. uterque, Reg. Mor. Busl. exc. Voss. fr. Rev. Pirckh. Seguer. Rel. Crev. Berol. et decem Heinsii cum eiusdem prima et nostra Bonon. edit. *miseri* Gall. *miseris* reliqui: vide Heinsium in Syll. epp. Burm. t. 4, p. 291, 309. Coniecerat Heinsius hoc in versu: *qui vovet esse* et in sequenti: *Quae vovet, o rata sint*, coll. Am. 2, 15, 27.

33. ABLATAQUE PRINCIPIS IRA. *placataque* unus Vaticanus et alius Heinsii, qui suadebat: *pacataque*, idque in libris scriptis inventi D. Heinsius tradidit; vel, *sedataque*. Idem e scriptura fr. Rev.: *iudicis, vindicis* malebat et v. 55: *Ut peragas*. Nihil tamen libri mutant praeterquod Pirckh.: *Cum peragas*.

39. ANIMO DEDUCTA SERENO. *diducta* fr. Rev. Seguer. *diducta* Guelf. a. pr. m. Palat. sec. Glossa in Leid. prim.: *tractum est a filo, quod subtiliter deducatur a caelo* (l. *tela*, Heinsius; imo, *colo*) *et ita carmen a mente compositoris; ut alibi in Honorato* (l. *Horatio*): *subtili deducta poemata filo*. Excripsit hunc versum Vincent. Bellov. spec. histor. 7, 119.

- 40 Nubila sunt subitis tempora nostra malis.  
 Carmina secessum scribentis et otia quaerunt:  
 Me mare, me venti, me fera iactat hiems.  
 Carminibus metus omnis abest: ego perditus ensem  
 Haesurum iugulo iam puto iamque meo.
- 45 Haec quoque quod facio, iudex mirabitur aequus  
 Scriptaque cum venia qualiacunque leget.  
 Da mihi Maeoniden, et tot circumspice casus:

40. TEMPORA NOSTRA MALIS. Nic. Heinsius emendatum volebat: *pectora*, memor fortasse Statii in silv. 1, 3, 109: *omni deterius pectora nube*. Librorum tamen tantum fr. Rev. et Leid. uterq.: *carmina nostra*. Schraderus *tempora* capitis intelligenda esse contendebat. Tu confer infra carm. 9, v. 6., lib. 3, 1, v. 10. et aut de fortuna ac statu explica, ut apud Propert. 1, 12, 24., aut ita, uti infra 3, 14, 29 — 32. eodem atque hic ordine de tempore, loco, statu conqueretur poeta. *Nubila sunt nostris* Vincen- tius loco indicato.

43. METUS OMNIS ABEST. Petrus Francius in ora exem- plaris, quo usus est: *obest* coniecerat; assensum nactus Schraderi in schedis, qui dubitare se fatetur, num *abesse* pro *abesse debere* tolerari possit. In hunc sensum versum interpolavit Vincentius Bellvoacensis: *Carminibus debet omnis abesse metus*.

Caeterum cum illius loquendi moris nec nobis exempla innotuerint, praeter illud genus enunciatorum a verbo voluntatis, vel praeci- piendi suspensorum, de quo disseruit Sarpus Quaest. phil. p. 52, 53., lubentes in Francii iremus sententiam. Burmannus oppositionis acumen imminui putabat, quod negamus: positum enim est id in metu omni et gladio haesuro. Accedit, quod cum in prioribus se ipsum imitatus sit poeta in ep. Sapphus v. 13, 14:

*Nec mihi dispositis quae iungam carmina nervis*

*Proveniunt: vacuae carmina mentis opus;*

hoc, quo de agimus versu, eiusdem epistolae v. 195. expressisse videri queat:

*Nunc vellem facunda forent: dolor artibus obstat.*

45. HAEC QUOQUE QUOD FACIO. Reg. Serv. Segner. uter- que Polit. et octo Heinsiani: *Hoc quoque quod. Hoc quoque quae fac.* Palat. sec. *Haec ego quae fac.* Jun. fr. Rev. et Moret. *Haec quoque quae fac.* reliqui et vet. edd., quod Francius proba- bat. Heinsii emendationem, quae a pr. in. in Guelf. extat, se- quimur.

47. ET TOT CIRCUMSPICE CASUS. Non facile hoc explicatu. Non lectorem, vel quemcunque, quocum poeta loquitur, circumspi- cere infortunia oportebat, sed Homerum ipsum; velut apud Arno- bium legis 2, 2: *Da puerum iudicem* et haec omnia circumspiciens *magis an sint dii ceteri dubitabit, quam in deo cunctabitur*. Hein- sius igitur, quamvis libris consentientibus: *circumspice* tentabat,

Ingenium tantis excidet omne malis.  
Denique securus famae, liber, ire memento,  
Nec tibi sit lecto displicuisse pudor.  
Non ita se praebet nobis Fortuna secundam,  
Vt tibi sit ratio laudis habenda tuae.  
Donec eram sospes, tituli tangebar amore  
Quaerendique mihi nominis ardor erat.

51. nobis praebet.

probantibus Francio et Schradero; in schedis: *circumadiice* extabat. Burmannus ex adversariis suis: *circuminspice* arripuit, ut quod librarii saepe in alterum corruerint: ridicule, Schradero iudice, qui bene hominem intelligebat. Si quid mutandum esset, nihil praestare dixerim Schraderi coniectura: *et tot circumnobiice casus*. Id enim constanti et vetusto librariorum more scriptum: *circumnobiice*, negligentius exarata littera o ultro abibat in *circumspice*. Nescio tamen an nihil sit mutandum praeter quidem interpunctionem in hac modum:

Da mihi Maeoniden — et tot circumspice casus —

Ingenium tantis excidet omne malis.

Verba et — casus si ad protasin retrahas, omnia conturbant. Si seorsim pronuncies, loquendi genus habebis illud, quo per *et*, efficacius illud vulgari copula, talia interponuntur, cfr. Her. 4, 91; 12, 89; Art. an. 3, 673; Pont. 1, 4, 11. Deinde acumen, video Nasonianum: Homerus haec non tulisset: at Homerus ne satis quidem sensisset, non circumspexisset, utpote caecus, vid. Leon. Allat. de patria Homeri c. 8. Similem lusum leges Fast. 5, 610., ubi Jupiter in tauro *aspicere* Europae, quam sustinet, venustatem nequit. Ita enim utique scribendum est. *Da mihi* pro formula est, ut Rem. an. 63, 64., quemadmodum *redde* Rem. an. 65., *finge* Met. 9, 506., similia multa, et personae notionem excludit. Posthac ad personam oratio deflectit per: *circumspice*, de quo imperativo vid. infr. ad 3, 6, 38.; ea persona indefinita est, ut Met. 10, 518: *Aut his adde leves, aut illis deme pharetras*; Fast. 6, 268: *Significavit sedem terra focusque tuam* (ita lege sis). Formulas *redde*, *finge* posita deinceps persona habes Met. 13, 79, 80; Pont. 1, 6, 77.

51. NON ITA SE PRAEBET NOBIS. Ita scribi iubent codices: Palat. prim. Guelf. Reg. Put. Mor. Serv. Francof. Bern. Rel. Jun. Rev. et quindecim Heinsii cum eius prima editione. Eodem ordine: *praeostat nobis* Busl. Seguer. tertius Heinsii. Idem sententia postulat; nam et maior in vocem: *nobis* cadit accentus, isti sedi proprius, vid. Lachm. ad Prop. 1, 6, 25., et, quae maioris accentus causa est, antithesis vocum: *tibi et: tuae*, facit, ut quam possint proxime ponantur, quae sibi opponuntur. *nobis gestat* uterque Leidensis. *nobis praebet Fortuna secunda* Palat. sec. *Fortuna ferum princeps* editio Heinsii, uti Fast. 4, 913. codex Berol.: *nurtita seris*.

55 **Carmina nunc si non studiumque, quod obfuit, odi,  
 Sit satis; ingenio sic fuga parta meo.  
 I tamen et pro me tu, cui licet, aspice Romam;  
 Di facerent, possem nunc meus esse liber.  
 Nec te, quod venias magnam peregrinus in Urbem,**  
 60 **Ignotum populo posse venire puta.  
 Vt titulo careas, ipso noscere colore:  
 Dissimulare velis, te liquet esse meum.**

57. tamen i, pro. •

55. CARMINA NUNC SI NON. Vulgatam in veteribus edd. octo: *Carmina nunc simulo* codd. nostri Guelf. in marg. et Berol. tantum habebant, Heinsii plurimos habuisse credibile est.

56. SIT SATIS; INGENIO SIC FUGA PARTA MEO. *si fuga* Gall. exc. Voss. a pr. m. Moret. cum Francof. pro v. scr. *sit fuga* Crev. prim. ed. Heinsii. *quod fuga* Pirckh. unus Vatic. Ciofani, tres, Serv. Busl. et Francof. pro v. scr. *quas fuga* exc. Voss. pro v. scr. *parta meo est* Jun. Rev. Leid. prim. Reg. Put. Gall. Moret. Serv. Pirckh. unus Vaticanus Ciofani. Heumannum correxisse refert Burmannus: *Sit satis, ingenio nec fuga parta meo.* Withofius in orat. funebr. Chr. Raab. p. 33, 34. alienam ab hoc loco exillii mentionem ratus, neque comparationi, cui *sic* inserviat, locum esse exstimans coniecturam proposuit: *Sit satis; ingenio frigora facta meo*, quam neque explicare, neque refellere animus est: ac silentio praetermissemus, nisi Schraderus satis facere quodammodo illam iudicavisset. Particulae *sic* eundem, atque hoc loco usum habes lib. 4. c. 6, v. 48:

*Sic male quae video non videoque nocent;*  
 cfr. 4, 3, 59: *Nec quem praesferres (ita res tibi magna videbar);*  
 Germ. Caes. Phaen. v. 329, 330.

57. I TAMEN ET PRO ME. Sic codd. plerique et vett. edd. Sec. Polit.: *I nunc et pro me.* Prim. Polit. Serv. Pal. sec. Guelf. et quinque alii: *Tu tamen i pro me.* Codex Francii nescio quis: *Tu tamen et pro me.* Ex utraque illa scriptura tertiam confluxit Heinsius, quam Francof. habuisse non credo. Eandem structuram habes Met. 3, 562. 6, 201.

58. POSSEM NUNC. Non exiguus librorum numerus hoc confirmat, quod sensus exigit: Reg. uterque Polit. Pirckh. Guelferb. a sec. m. Berol. quatuordecim alii; Puteaneus, Moreti, fr. Rev. idem a secunda manu. Relandi cum Regio pro v. scr.: *possem non.* Reliqui: *posses non.* Duo Vaticani: *Di faciant possis non.*

62. TE LIQUET. Deteriorem scripturam: *licet*, quae vett. edd. occupavit, codices Puteaneum, Busl. Moret. a sec. man. et decem alios habere notaverat Heinsius. Accedit Berolinensis et Guelf. Reliqui igitur longe plures: *liquet* videntur servare, quod de Palatino prim., Moreti, Francofurtano, libro nescio què Francii, nostris Bernensi, Rel. Crev. Seguer. constat.

Clam tamen intrato, ne te mea carmina laedant;  
 Non sunt, ut quondam plena favoris erant.  
 Si quis erit, qui te, quia sis meus, esse legendum 65  
 Non putet e gremio reiiciatque suo:  
 Inspice, dic, titulum, non sum praeceptor amoris;  
 Quas meruit, poenas iam dedit illud opus.  
 Forsitan expectes, an in alta Palatia missum  
 Scaudere te iubeam Caesareamque domum: 70  
 Ignoscant augusta mihi loca, dique locorum;  
 Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.  
 Esse quidem memini mitissima sedibus illis  
 Numina; sed timeo qui nocuere, deos.  
 Terretur minimo pennae stridore columba, 75  
 Unguibus, accipiter, saucia facta tuis.  
 Nec procul a stabulis audet discedere, si qua  
 Excussa est avidi dentibus agna lupi.  
 Vitaret coelum Phaëton, si viveret, et quos

69. ut in alta. 77. secedere.

64. NON SUNT UT QUONDAM. *Carmina quae quondam Servii. Nec sunt ut, a sec. m.: Nec sicut Busl. Non super ut Pirckh. Quae sunt ut Gall. Heinsius coniecerat: Non nunc ut quondam plena favoris erunt, quod Burmannus codicis scripturam putavit.*

65. QUIA SIS MEUS. Ita fr. Rev. uterque Polit. Palat. sec. Serv. Bern. Guelf. Seguer. Rel. Berol. Crev. quatuordecim praeterea Heinsiani cum eiusdem principe editione et nostra Bononiensi. *qua sis Palat. pr. quod sis meus reliqui libri.*

66. REIICIATQUE. Ita vett. edd. et codd. nostri omnes habent. *proiciatque Putean. et Gallicus. proiicietque Moret. eiiciatque fr. Rev. reiicietque Pirckh.*

69. EXPECTES, AN. *Expectas Reg. Serv. prima ed. Heinsii et Palatini. inquiras fr. Rev. pro div. scr. ut in alta Junian. Francof. et Bernens., quod probaverat Heinsius. an ad alta exc. Voss. et Crev. Reliqui Heinsii, nostri et vett. edd. id, quod revocavimus.*

76. FACTA TUIS. *Unguibus accipitris saucia facta semel Vincent. Bellov. sp. h. 7, 119.*

77. DISCEDERE. Pro hoc, quod vulgatum erat et extat in Francof. Bernensi, Guelf. Rel. et florileg. Berol. et Murrell., ex uno codice Gallico secedere admiserat Heinsius: quamquam accedunt Berolinensis et Crevennae cum vett. edd. *decedere duo melioris notae Puteaneus et Hamburgensis. si qua pro vulgato si quae exhibebant Reg. Put. Gall. Moret. Serv. Busl. Jun. Rev. Leid. Rel. Berol. Bern. Crev. utrumque florilegium, editio princeps Heinsii et nostrae omnes.*



80 **Optarat stulte, tangere nollet equos.**

**Me quoque quae sensi, fateor Iovis arma timere:**

**Me reor infesto cum tonat, igne peti.**

**Quicumque Argolica de classe Capharea fugit,**

**Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.**

85 **Et mea cymba, semel vasta percussa procella,**

**Illum, quo laesa est, horret adire locum.**

**Ergo cave, liber, et timida circumspice mente,**

87. Ergo, care liber, tim.

80. OPTARAT. *Optavit* legendum esse pridem affirmavit Ciofanus: Brukhusius in schedis autographis mirabatur interpretum silentium, quorum nullus aut probavit, aut improbavit. Heinsius etiam de codd. tacet, quorum tamen Pirckh. et Palat. secund.: *optavit* habuisse constat: accedunt nostri Relandi et Crevennae, floribeg. Murrnell. et vett. edd. omnes. Sed altera scriptura: *optarat*, quam cum reliquis Palatinus primus ille et Guelf. servant, multo videtur esse praestantior. Plusquamperfectum solitarii apud Ovidium contraria imperfecto notat: aut rem diu ante, pridem factam, quod perfecto vulgo fit, vid. infra ad 5, 5, 3., Madvig. op. acad. p. VI.; aut quod momento, certe celeriter actum est, ut infra 2, 90:

*Illo, quem dederas, praetoreuntis equo;*

Fast. 2, 323: *Fregerat armillas, non illa ad brachia factas;*

5, 317: *Lilia deciderant; violas arere videres;*

6, 19: *Horrueram, tacitoque animum pallore fatebar;*

5, 337: *Creverat immensum; comitem sibi Delia sumpsit;*

cf. Serv. ad Aen. 10, 546. Eandem huic loco optime convenire rationem argumento est locus Met. 2, 47. in eadem tabula:

*Vix bene desierat: currus rogat ille paternos.*

*iungere nollet* fragm. Boxhorn. non tetigisset Seguer. *tangere ridet* Pirckh., unde eleganter Gronovius coniecit: *tangere vitet*, vid. infr. ad el. 9, v. 56.

81. QUAE SENSI. *qui sensi* Pirckh. Rel. et quatuor Heinsii.

86. ILLUM, QUO. *Illum in quo* Pirckh. et Gall. Berolinensis vulgatam in rasura habebat. Schraderus improbat vocem: *locum* tentabatque: *salum*, vel *lacum*, coll. lib. 2, 330; et hoc quidem exemplo minus apto usus. Postea seipsum revocavit propter locum Phaedri fortassis hinc expressum 1, 18, 1: *Nemo libenter recolit, qui lassit, locum*. Adde Heroid. 7, 58. et 19, 127., ubi *locus* de mari dictum occurrit.

87. ERGO CAVE, LIBER, ET TIMIDA CIRCUMSPICE MENTE.

Heinsius in notis ad ed. Elzevir. 1661. negaverat usquam apud Ovidium vocem: *ergo* corripit; ideoque cupide arripuit scripturam cod. Combiani: *Ergo chare liber timida*, ex qua locutionem alias huic poetae consuetam: *Ergo age* etc. effluxit. Posthac quod ad interpolandum locum impulerat falsum intellexit, puto, inspecto loco Her. 5, 58., ubi correptum o legitur absque variante libro. Nam Festi testimonium s. v. *Ergo correptum* parum valet. Burmannus

Vt satis a media sit tibi plebe legi.  
Dum petit infirmis nimium sublimia pennis

88. Et satis a m.

Bruckhusii auctoritate, qui ad Propert. 3, 5, 1. repetiverat Heinsii praeceptum, denuo permotus ipsam unius codicis scripturam exhibuit. Cuius originem clare ostendunt cod. Bernensis et alius Heinsii cum edit. Ven. Novariae, qui: *Ergo cave liber timida*. Nos reliquorum omnium librorum auctoritati obtemperandum duximus, quia haud paulum ad rectum loci intellectum interesse, ut quam plenissime et explicatissime loquatur poeta, ad versum sequentem quae dicemus, ostendent.

88. VT SATIS. Guelferb. liber et plerique cum vett. edd.: Ut. Palat. prim. exc. Voss. Bernmanni cod. Bern. Berol. Crev. Moreti pro div. scr. quinque, vel sex Heinsiani: *An satis*. Combianus et fragm. Boxhornii: *Non satis*. Segner. et nescio an alter Heinsii: *Quod satis*. Solus Moreti a prima manu: *Et satis*, quod tamen arripuit Heinsius, servavit Burmannus, reliqui omnes editores expresserunt. Librorum haec inconstantia una cum sententiae difficultate diiudicanda venit. De qua acute ita disseruit Schraderus in schedis mstis: „Nexus non admodum clarus; si timet Augusta palatia, et horret adire — et *satis a plebe legi*, — cur dicit: *Difficile est tamen dicere hic, remis* etc. et: *Si poteris vacuo tradi*, i. e. Augusto? Sed nihil de eo praecedit. An aliquid affectum? an vacuo ad alium referendum?” — Quod in postremis desiderat Augusti mentionem, ad quem vacuo referatur, errat; nam *Jupiter* qui v. 81. ponitur, Ovidio pro ipso Augusto est, uti saepissime. Sed recte monet versus 85, 86. non convenire cum v. 91. Illis enim formido et haesitatio exprimitur, hoc consilium adeundi Caesaris. Quae dissimilitudo cum facile per versus intermedios dirimi moderarive potuisset, in scriptura inde ab Heinsio vulgata etiam augetur. Nam: *sit satis tibi a plebe legi* non aliud significat, atque: *non aditum ad Caesarem quaerere*. Quare scriptura iuguletur illa, et sensu, et librorum auctoritate aequae destituta. Nam ne illud quidem constat, fueritne ab eadem manu fortassis ille codex correctus. Quodsi deinde quaeritur, quid sine dubitatione optime ad sensum faciat, coniectura est ostendenda, cuius fundus est scriptura codd. quorundum, *Non:*

*Ergo cave, liber, et timida circumspecte mente,*

*Ni satis a media sit tibi plebe legi.*

Ita si legas, omnia conveniunt, disconvenit nihil: mutatio enim mentis et consilii, quae requirebatur, diserte exprimitur: *Ergo, si tamen maiora affectus, quam vulgi contubernium, cave tibi et circumspecte. Difficile est tamen* etc. Nec tamen ad coniecturas confugiendum esse existimo, si modo minus vulgato illo inepta sint, quae restant a librorum auctoritate aequae commendata: *An satis* et *Ut satis. An* satis si probemus, sensus erit qualis in illis, Met. 11, 229. sq.:

*Quid — forti genitore et progenitore Tonanti (leg. comanti)*

*Esse satum prodest? An ubest quoque gloria multis?*

Trist. 5, 2, 5, sq.: *Sufficit atque ipso vexatum induruit usu;*

*An magis infirmo non licet esse mihi?*

## 90 Icarus, Icarias nomine fecit aquas.

Difficile est tamen hinc, remis utaris an aura,

90. Icarus nomina f. aquis. 91. tamen hic rem.

Pont. 1, 6, 26:

*Quicquid id est, ut non facinus, sic culpa vocandum:**Omnis an in magnos culpa deos scelus est?*

Fast. 3, 28. An somno clarius illud erat?

et multis aliis locis, ubi per huius generis interrogationem novum quid et a prioribus diversum inducitur. Quo fieret, ut nostro in loco versus prior intelligeretur non de circumspectione, ne id fiat, de quo agitur, sed de cautione in illo ipso agendo. Sed obstat, quod per interrogationem istiusmodi: *An* etc. solet gravius laud paulo aliquid et verius, quam quod praecessit, poni; ut hoc loco denuo monere enixe videatur poeta, ne liber adeat Principem, mox iterum de aditu quaerendo praecepturus. Quare unice probamus id, quod restat: *Ut satis a media sit tibi plebe legi*, quod explicandum: *ita ope et circumspecte, ut, si quid secus evenerit, sufficiat tibi a plebe legi*. Ita enim prior versus, ambigue dictus, adiuvaritur a sequenti, sed contrario sensu, atque in Heinsiana scriptura; atque ita primarium sententiae momentum in priorem cadit, quod in altera codd. scriptura desiderabatur. Eandem constructionem omisso: *ita*, si exemplis opus est, habes in his Tr. 4, 4, 3, 4:

*Cuius inest animo patrii candoris imago,**Non careat nervis candor ut iste suis.*Arte am. 1, 468: *consuetaque verba,**Blanda tamen, praesens ut videre loqui. —*

*e media* Pirckh. Pal. prim. vett. edd. *at media* Leid. pr. *ac media* Leid. sec.

90. ICARIAS NOMINE FECIT AQUAS. Ea vulgata est scriptura, quam etiam nostri et vett. edd., sed partim: *Icareas*, sistant. *Aequoreas aquas* prim. Vatic. uterque Polit. Reg. a pr. m. et tres Heinsii; idem Palatinus sec. Leid. sec. et Pirckh. pro diversa scriptura. *Icarus nomina fecit aquis* codex Is. Vossii et Moreti, uterque pro variante scriptura; et ita se coniecisse Politianus in schedis Florentinis testatum reliquerat: ut fortassis tantum correctio huius sit illa scriptura, per codices sec. XV, vel etiam vetustiores tradux. Heinsio arridebat quoque, quod in uno Vaticano, sed de grege, invenerat: *signat aquas*: idque etiam Schraderus doctius esse sensebat, quam pro captu librorum: minus recte. Aut enim repetitum est ex 3, 4, 22., ubi eadem postrema verba, vel ex Her. 16, 208., ubi similia leguntur, aut quantumvis docti Itali est commentum. De nostra scriptura confer Met. 7, 381:

*Delicuit stagnumque suo de nomine fecit,*unde intelliges locum simillimum Statii Silv. 1, 4, 59: — *deus —**Signat Apollineos sancto cognomine lucos*

non tentandum fuisse a Marklando.

91. DIFFICILE EST TAMEN HINC. Hic qua fiducia ediderint Heinsius et Burmannus, non exputo; certe nec multis e libris praeter vett. edd. octo, nec sensu satis commodo. Librorum enim

Dicere, consilium resque locusque dabunt.

Si poteris vacuo tradi, si cuncta videbis

Mitia, si vires fregerit ira suas;

Si quis erit, qui te dubitantem et adire timentem 89

Tradat, et ante tamen pauca loquatur, adi.

Luce bona, dominoque tuo felicior ipso

Pervenias illuc et mala nostra leves.

Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit

Solus Achilleo tollere more potest. 100

97. ipse.

ipso Heinsio iudice meliores: Vaticanus optimus, Palatinus secundus, uterque Politiani, exc. Vossii, Reg. Gottorph. a pr. m. Seguer., nescio an alii Heinsii et noster Guelferbytanus: hinc. Alii alia: *Nunc est difficile remis* fr. Rev. *Difficile est tamen ut remis* Francos. Jun. *tamen hoc remis* Bern. an *remis* Pirckh. Berol. et duodecim cum ed. Bonon. *Difficile tamen est remis* Bern. *Difficile tamen an remis* Mor. a pr. m. *Difficile hic tamen est remis* Gottorp. a m. sec. *Difficile tamen est remis* hinc Crev. *hic an remis utaris an unus* Vatic. Iam de sensu si videamus, aut nullus est aut obscurus, si interpreteris: *in re praesenti*, coll. Serv. ad Aen. 1, 261. 728. 2, 533., et quo prorsus abundet illa vox. *Hinc autem* interpreter: *ex hoc Tomitano exilio, tam remoto*, Pont. 1, 6, 71:

*Non reor hinc illuc nostris iter esse libellis.*

In eundem sensum Seneca ep. 22: *quando fieri debeat, aut quomodo, ex longinquo nemo suadebit: cum rebus ipsis deliberandum est.* Petrus Francius hariolabatur: *Sed tamen haud facile est.* — Codex Servii: *utaris an ala* quod Heinsius magni facere non debebat, ortum enim ex: *in aula* quod Mor. man. sec. habebat. cfr. varr. scr. 4, 17. *in aura* quinque Heinsii. *in auras, vel, et aura* Buslidian.

93. VACUO TRADI. *Si poteris tradi vacuo* omnes vett. edd. ad Aldinam usque primam, quod quamvis placere possit propter ea, quae ad v. 51 diximus, codex tamen nullus agnoscit; et mutatum iam invenio ab Aldo in editione secunda.

95. ADIRE TIMENTEM. *adire volentem* Jun. Leid. uterque, quinque alii Heinsii et nostri Guelferb. a pr. m. et Crevennae. Idem sub rasura in Berolinensi fuisse suspicor. *nolentem* Bernensis. Utrumque ex glossemate.

96. LOQUATUR ADI. *locutus* Regius pro div. scr. tres Heinsii, unus Burmanni et noster Berolinensis. *loquatur ibi* Busl. at — *locutus* volebat Dan. Heinsius; ut — *loquatur* Francius.

97. IPSEO. *felicior ipse* sese edidisse dicit Heinsius ex melioribus libris; quos tamen Serv. Moret. Gallic. Leid. sec. et duos alios esse video. Reliqui omnes et vett. edd. *ipso*, quod vel elegantius iudicabat Francius.

- Tantum ne noceas, dum vis prodesse, videto;  
 Nam spes est animi nostra timore minor.  
 Quaeque quiescebat, ne mota resaeuiat ira,  
 Et poenae tu sis altera caussa, cave.  
 105 Cum tamen in nostrum fueris penetrabile receptus,  
 Contigerisque tuam, scriinia curva, domum;  
 Aspicias illic positos ex ordine fratres,  
 Quos studium cunctos evigilavit idem.  
 Caetera turba palam titulos ostendet apertos  
 110 Et sua detecta nomina fronte geret:  
 Tres praecul obscura latitantes parte videbis;  
 → Hi quoque, quod nemo nescit, amare docent.

101. PRODESSE VIDETO. *prodesse memento* Reg. Gall. Mor. Busl. Jun. Pirckh. Bern. Seguer. decem alii Heinsii, eiusdem prima editio et nostra Bononiensis. *caveto* Crev. et duo Heinsii.

102. ANIMI. *animo* Put. Rev. Jun. Leid. uterque, Seguer. Francof. Bersmanni codex, Rel. Crev. sex Heinsii et eiusdem prima ed. *Namque animi* (vel, *animo*) *spes est* Mor. *Non spes* Berolinensis.

104. POENAE — CAVE, *poenae ne sis* Gallicus, fr. Rev. a sec. m. Bern. Berol. septem Heinsii et eiusd. pr. ed. In Guelferb. lacuna erat. *causa meae* exc. Voss. Pirckh. Crev.

106. SCRINIA CURVA. Notabilis codd. in scripturis aequae tolerabilibus dissensus. Palatinus primus, quem vel solum exhibere consuevimus cum Bern. Reg. Gall. Pirckh. Crev. et Vatic. Ciofani: *parva*. Reliqui omnes Heinsii et nostri magno numero, inter quos vetustiores fr. Rev. Put. Guelferb. prim. Vat. et edd. vett.: *curva* est Anthol. lat. l. 1. ep. 7.: *De Iove in phuteo*.

*Flexilis obliquo sinuatur circulus orbe:*

In ed. Novariae erat: *tua*, quod Bonus Accursius in ed. Capasae correxit: *nostra*. Sed de interpolatione potius, quam errore librarium vix videtur suspicandum esse.

112. HI — DOCENT. Nihil hic diversae scripturae, nisi quod in Serviano et Guelferbythano, sed ab eadem manu correctum: *Hi qui*, in Moretano a prima manu fuit: *Hi tres quod*. Omnes reliqui: *Hi quoque*, sive, ut solent, *Hii quoque*. Interpretando nihil prorsus proficitur; nam illud loquendi genus, quod saepe fraudi fuit criticis, quo per: *quoque* aliud substantivum, quod ormittitur, indicatur, velut Fast. 1. 520: *Hic quoque causa novi femina Martis est*; intellige ex v. 519: velut in Dardania: Fast. 2, 466: *spemque dabant salices hos quoque posse tegi*, nimirum ut reliquos deos, qui fugerant in Aegyptum; Fast. 2, 825, 3, 594. — Hoc inquam loquendi genus locum hic nullum habet. quare Tanaquillus Faber ad Lucretium p. 409 emendabat: *Hos, qui, quod* etc. quod probat Medenbach - Wakkerus Am. litt. p. 119. Burmannus:

Hos tu vel fugias, vel, si satis oris habebis,  
 Oedipodas facito Telegonosque voces.  
 Deque tribus, moneo, si qua est tibi cura parentis, <sup>115</sup>  
 Ne quemquam, quamvis ipse docebit, ames.  
 Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae,  
 Nuper ab exsequiis carmina rapta meis:  
 His mando dicas, inter mutata referri  
 Fortunae vultum corpora posse meae, <sup>120</sup>  
 Namque ea dissimilis subito est effecta priori:  
 Flendaque nunc, aliquo tempore laeta fuit.  
 Plura quidem mandare tibi, si quaeris, habebam,  
 Sed vereor tardae caussa fuisse morae;

115, si quae.

*Hic quoque, satis inepte. Jo. Schraderus in schedis Mstis: H, prope quod nemo nescit, amare docent; omnium optime et aptissime, nisi minus etiam violenta fortasse sit coniectura, quam olim proposuimus: Si quoque; quod nemo nescit, amare docent. H et S facillime confunduntur, vide vel varr. scr. ad 2, 448. Si quoque per ellipsin verbi dicta integri enunciati vim habent, cfr. Ramshorn. gramm. L. I. p. 870; de formula si forte Hand. ad Horat. Tursell. 2. p. 736. De: si quando Burm. ad Valer. Flacc. V, 480. Apposite ad hunc locum Terent. Andr. 2, 6, 8: Nihil hercle, aut, si adeo, bidui est aut tridui haec sollicitudo. Nam quoque idem saepissime, quod: adeo, vel: Trist. 2, 115. 4, 10, 99. Pont. 3, 9, 49. Veretur igitur poeta, ut in bibliothecis extent libri artis amatoriae, neve iussu Principis inde remoti sint. Eadem sententia dixit 3, 1, 65: Quarebam fratres, exceptis scilicet illis, Quos suus optaret non genuisse parens; et 3, 14, 5: Suscipis exceptis ecquid mea carmina solis Artibus, artificum quae nocuere suo?*

Ac de privata bibliotheca Pont. 1, 1, 12:

*Qua steterant artes, pars vacat illa tibi.*

Versu abhinc altero codd. mirum in modum conspirant in scriptura: *Telegonasque*. Alterum tamen, quod recepimus, primus Vatic. prim. Polit. et duo Heinsii. Accedit Guelferbytanus a prim. et Bernensis. Correxerant Aldus et Scaliger.

115. *SI QUA EST TIBI. si quae tibi* Heinsius edere coepit ex Putean. et duobus suis codd. Guelferbyt. et reliqui: *si quae est tibi*, quod servavimus, praeter unum Vatic., qui: *si qua tibi*, Bernensem, qui: *si sit tibi*, Serv., qui: *si qua est vel cura*. Hunc versum cum sequenti spurios promuntiat Wäkkerus Am. litt. p. 119.

123. *MANDARE TIBI. mandare liber* Palat. prim. et sec. Mor. unus Heinsii et eiusdem prim. ed. Ex glossa.

124. *TARDAE → MORAE. tardae viae* prim. Polit. prim. Vat. Serv. Rottendorph. Guelferbyt.

125 Et si quae subeunt tecum, liber, omnia ferres,  
 Sarcina laturo magna futurus eras.  
 Longa via est, propera. Nobis habitabitur orbis.  
 Vitimus, a terra terra remota mea.

## II.

**D**i maris et coeli, (quid enim nisi vota supersunt?)  
 Solvere quassatae parcite membra ratis:

## 125. Quod si.

125. ET SI QUAE SUBEANT. In his seculi sumus codd. Palatinum primum, Guelferbytanum et nostros tres codd. cum plurimis Heinsianis et ed. Bononiensi. Reliquae edd. veteres, crede etiam codd. multi: *Sed si. Quodsi* Heinsius ex uno Mediceo et Hafniensi receperat: quod Bernensis et Francof. quoque habebant. *Ut si* etiam unus, *subeant* quatuor Heinsii habebant.

126. LATURO. Opt. Vatic. prim. Polit. Palat. secundus Serv. Pirckh., duo alii: *latori* habebant, Itali correctionem. *lectori* unus.

128. REMOTA MEA. *remota tua est* unus Vaticanus et Serv. vii codex, unde Heinsius suspicabatur: *a terra — tua*, „quo tu properas”; immo, qua tu fruiturus es. Atque ita diserte codex Berolinensis. Sed postea idem malebat, Francio assentiente: *a patria terra remota mea*. Eodem modo Italus aliquis pridem hunc locum interpolaverat in codice, quem editio Bononiensis nostra exhibet. Denique Zinzerlingius in Criticorum Juven. Promuls. p. 166 probaverat scripturam: *a terra terra remota mea est*, quae quidem extat in codd. non paucis, exc. Voss. a sec. m. fr. Rev. Busl. Pirckh. Reg. Putean. Gall. et uno duobusve aliis. Quae quam inconcinna sit, immo, quam vix intelligi queat, patet; quid enim hoc est: *terra mea a terra remota est*? Utrumque, Zinzerlingium et Heinsium fugit ratio, dum in iis, quas probant, scripturis *terram suam* Pontum dici a poeta contendunt. Quod quamvis factum ab eo sit, sed dubitanter 4, 4, 80; non ideo efficitur, quin in scriptura plurimorum et optimorum codd. in quibus Palat. prim. Guelferb. Francof. Bern., *meam terram* Italiam intelligere iure nostro possumus cfr. Met. 8, 139.

## II.

Inscriptiones in codd.: *Invocatio ad deos. Francof. Supplicatio ad deos, ut ab imminente naufragio eum incolumem servent. Pal. sec.*, quae in vett. edd. omnes praeter Bononiensem, migravit. *Orat deos, ut sibi prosperum cursum praestent. Serv. Imploranti divos pro nave fugaci. Pirckh. et Berolin.* In Putean. carmen hoc coniunctum cum superiore.

I. MARIS ET COELI. *Dii maris et terrae* Pirckh., quod in Berolinens. a prima manu fuerat. Jo. Fr. Gronovius in margine

Neve, precor, magni subscribite Caesaris irae;  
 Saepe premente deo fert deus alter opem.  
 Mulciber in Troiam, pro Troia stabat Apollo: 5  
 Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit:  
 Merat Aenean propior Saturnia Turno;  
 Ille tamen Veneris numine tutus erat:  
 Saepe ferox cautum petiit Neptunus Vlixem,  
 Erupit patruo saepe Minerva suo. 10  
 Et nobis aliquod, quamvis distamus ab illis,  
 Quis vetat irato numen adesse deo?  
 Verba miser frustra non proficientia perdo:  
 Ipsa graves spargunt ora loquentis aquae:  
 Ferribilisque notus iactat mea dicta, precesque 15

## 12. Quid vetat.

exemplaris, quo usus, probare videtur et interpretatur de deis littoralibus, quia templa deorum marinorum in terris posita fuissent et venti ibidem habitavissent; meminerat, puto, Servii ad Aen. 1, 133. *superant* Busl., unde Heinsius: *superis* volebat.

3. MAGNI. *magnae* modico numero codd.: fragm. Revii, Reg. Gall. Serv. Busl. Berol., sex alii; edd. veteres autem nostrae omnes. Vers. 7. forsan *Aenean* servaverunt cod. Servian et edd. Rubei 1475 et Vincentina 1480. Reliqui consensu, ut videtur, *Aeneam. propior* Pal. prim. et multi, uti solent. *Saturnia Teucris* fr. Rev. a pr. m.

8. NUMINE. *Veneris munere* Moret. Leid. prim. Pirckh. Bern. et sex alii. Gronovius interpretabatur de armis a Vulcano fabricatis; poterat etiam simplicius ex locutione frequentissima, pro: beneficio Veneris, cfr. Met. 7, 93. Pont 4, 15, 19. *Ille quidem* fr. Rev. Vers. 10. *Erupit* Pal. prim.

12. QUIS VETAT. Ita vett. edd., codices nostri et aliorum omnes, nisi quod: *quid vetat* Gall. et Bersmanni cod. a pr. manu; atque a Scaligero probatum Heinsius et qui eum sequuntur ediderunt. Utrumque dici et codd. audiendos esse recte monuit Loers. ad Her. 10, 88. Nos monebimus ad Fast. 2, 423. *Quis vetat* Vatic. Berol. et alius. *quis negat* alius.

13. PROFICIENTIA. *perficienda* Pal. prim. *perficientia* Pirckh. *perdo-frustra* Rel. *credo* Berol. *prodo* Jun. Mor. et duo. Hos multos dicit Burmannus.

15. MEA DICTA. *mea verba* longe plurimi codd. Heinsii et Bern., etiam vett. edd. praeter Bonon., quae: *membra. mea dicta* ex prim. Polit. Moret. Berol. Serv. a sec. m. et quatuor suis probant Heinsius, quia: *verba* praecessisset: recte, nisi fallor; accedunt cod. Bersmanni et nostri Rel. et Berol. *vela*, quod Jun., alius Heins. et ex nostris Crevenn. habebant, non debebat probare Heinsius in schedis, ne moleste idem zeugma et huic et sequenti disticho



Ad quos mittuntur, non sinit ire deos.  
 Ergo idem venti, ne caussa laedar in una,  
 Velaque nescio quo, votaue nostra ferunt.  
 Me miserum, quanti montes volvuntur aquarum!  
 20 Iam iam tacturos sidera summa putes.  
 Quantae diducto subsidunt aequore valles!  
 Iam iam tacturas Tartara nigra putes.  
 Quocunque aspicio, nihil est nisi pontus et aër;  
 Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.

23. adspicias. 24. tumidis.

ingeratur: *vota* cod. Vossii habebat, quod non improbabat Burmannus, quia saepissime ita *vota* et *preces* iungantur. Atqui hanc ipsam ob causam damnanda erat ista scriptura, quia quae tanquam ex formula coniungi solent, (vide loca apud Markl. ad Stat. Silv. 1, 2, 195.) hoc loco ut disiungantur, sententia postulat.

18. VELAQUE — FERUNT. *Verbaque nescio* Jun. et Mor. pro var. scr. *verbaque nostra* Busl. Francof. et sex alii Heinsii; nullus ex nostris, nulla vetus editio. Burmannus tamen omnes ferunt scriptos ita habere asseverat. Quamquam negari non potest non semel Ovidium in illa paronomasia: *vela*, *verba* sibi placuisse: Her. 2, 25, 15, 209. Vers. seq. *volvuntur in aequor* Reg. pro var. scr.; correctio e scribendi compendio. Burmanni coniecturam scienter praeterimus.

21. DIDUCTO et sensus commendat et codd. multitudo, quorum numero tantum decedunt fr. Rev. Reg. Gall. Busl. Bern. Rel. Berol., qui: *deducto*, Guelferb. et Moret., qui: *diductae. deductae* duo Msti Ciofani. In Crevenn. deerat hoc distichon, in Guelferb. vv. 20, 21 in margine ab eadem manu extabant.

23. QUOCUNQUE ASPICIO. *Quocunque* fr. Rev. Palat. sec. Seguer. *Quacunque* Gall. *aspicias* Busl. et Comb., unde Heinsius *adspicias* edidit. Sed esto, saepe ita Ovidium locutum esse: prima persona certe usus est infra 11, 23. Quare non est, quod omnium reliquorum Heinsii et nostrorum codd. et edd. vett. consensum in scriptura: *aspicio* parvi faciamus. *aer* codd. maior numerus: Jun. Leid. uterque, fr. Rev., Bern. m. sec., (nam a prima cum Putean: *aequor*;) Reg. Gall. Mor. Serv. Busl. Francof. cum decem et septem aliis, codd. Ciofani et vett. edd. omnes. Reliqui Heinsii et nostri tres: *aether*. Vers. seq. *Flatibus* Gall. *tumidis* prim. Polit. Palat. sec. Hamburg. Reg. et Mor. a prim. man. Relandi Francof. et quatuor Heinsiani. De structura confer Rutil. Itinerar. 1, 635:

*Exiguam radiis, sed magnis fluctibus astrum.*

Reliqui omnes Heinsii et nostri cum vett. edd. octo: *tumidus* et ab eadem scriptura stant Pirckh. et Bern., qui: *timidus* et ed. Bonon., quae: *tumidos* habebant.

Inter utrumque fremunt immani turbine venti; 25  
 Nescit; cui domino pareat, unda maris.  
 Nam modo purpureo vires capit eurus ab ortu;  
 Nunc zephyrus sero vespere missus adest:  
 Nunc gelidus sicca boreas bacchatur ab arcto;  
 Nunc notus adversa proelia fronte gerit. 30  
 Rector in incerto est, nec quid fugiatve petatve,  
 Invenit: ambiguis ars stupet ipsa malis.  
 Scilicet occidimus, nec spes est ulla salutis,  
 Dumque loquor vultus obruit unda meos.  
 Opprimet hanc animam fluctus, frustra que precanti 35  
 Ore necaturas accipiemus aquas.  
 At pia nil aliud, quam me dolet exsule coniux:  
 Hoc unum nostri scitque gemitque mali.

33. nisi vana.

25. TURBINE VENTI. Sic Pal. prim. Gall. Mor. Busl. septem Heinsii, noster Relandi, prima illius editio. Reliqui Heinsiani, Bonon., nostri Guelferb. Berol. Crev. et vett. edd: *murmure*; ed. Bonon.: *mutuers*. Pro illa scriptura Heinsius in schedis afferebat epigr. de ventis, Burm. Anth. 2, 384. v. 8:

*Hinc saevus Boreas glaciali turbine mugit;*

Ammian. Marcell. lib. 24. p. 284: *ventorum turbo exortus*. Adde Met. 6, 310. Pro vulgata possis antestari Ausonium, Mosell. v. 33: *murmura venti*. Met. 15, 604. Serv. ad Aen. 1, 55. Librorum auctoritas, usus loquendi, asperae rei duriorum vocum concursu imitatio, omnia utrimque constant. Sed tamen in quam partem Heinsium scripturae inventae novitas abripuit, eodem codicis optimi Palatini auctoritas nos compellit. Vers. prox. *Nescio quo Rel. cui vento Mor. Nec scit tentabat Heinsius*. Vers. 27. *navim capit* Pirckh. *vires capit* unus Vat., significanter, Heinsii iudicio.

29. NUNC GELIDUS SICCA. *gelidus Scythica* prim. Polit. Gall. Hafn. *sicca gelidus* Guelferb. Serv. *ficta gelidus* Palat. prim. *gelida* Vatic., quod pro: *Getica* scriptum putabat Heinsius. Vers. seq. *aversa* Guelferb. a pr. m.

32. ARS STUPET IPSA. *mens stupet* Busl. Guelferb. a. m. sec. *ha stupet ille* Pirckh. *adstupet ille* ed. Bonon. *illa malis* Palat. sec. Rel. Gerardus Maurisius a Burmanno indicatus: *obstupet ipse*.

33. SPES EST ULLA SALUTIS. Solus Combianus: *nec spes nisi vana salutis*: multo numerosius, Heinsius ait. Immo, multo interpolatus. Olim Heinsius volebat: *nec spes super ulla salutis est*. Reliqui libri illius et nostri id, quod expressimus, servant, nisi quod Crev.: *spes est illa*. Vs. 35. *Obruat* Seguer. *Obruet* Crev. Vs. 37. *At mea* fr. Rev. Novum carmen hinc Crev. incipit. Vs. 38. *fatque gemitque* Reg. pro var. scr.]

- Nescit, in immenso lactari corpora ponto:  
 40 Nescit agi ventis: nescit adesse necem.  
 O bene, quod non sum mecum conscendere passus.  
 Ne mihi mors misero bis patienda foret.  
 At nunc ut peream, quoniam caret illa periclo,  
 Dimidia certe parte superstes ero.  
 45 Hei mihi, quam celeri micuerunt nubila flamma!  
 Quantus ab aethereo personat axe fragor!  
 Nec levius tabulae laterum feriuntur ab undis,  
 Quam grave balistae moenia pulsat onus.  
 Qui venit hic fluctus, fluctus supereminet omnes:  
 50 Posterior nono est, undecimoque prior.  
 Non letum timeo: genus est miserabile leti.

41. Di bene. 47. laterum tabulae. 51. Nec letum.

41. O BENE. *Di bene* Guelferbytanus, prim. Polit. prim. Vat. Palat. sec. Serv. Putean. a sec. man., quatuor praeterea Heinsiani. *Et bene* Francof. a m. pr. Reliqui et nostri cum vett. edd. omnibus. *O bene*, quod Art. am. 2, 605 ipse Heinsius ex libris admisit. — *passus - mecum* Leid. uterque. *navem consc.* Bern. *conscendere* Palat. prim. Crev.

42. NE MIHI. *Nunc mihi* ed. princ. Heins. *bis misero mors* Mor. Busl. Bern. *bis toleranda* unus Medic. Versu seq. *quamquam caret* Guelferb. a pr. m. *ipsa* Leid. uterque.

45. MICUERUNT NUBILA. *concurrunt nubila* ed. Bonon. *rubuerunt nub.* exc. Voss. Berol. Crev. *micuerunt sidera* fr. Rev. Seguer. Rel.; Franc. a sec. m. *lumina* Jun. *fulgura* Bernens. et Medonii.

47. TABULAE LATERUM. *laterum tabulae* vett. edd. et codd. Guelferb. Pal. sec. Mor. Leid. uterque, Francof. Rel. Reliqui libri eo ordine, quo exhibemus.

49. VENIT HIC. *venit hinc* vett. edd. praeter Bonon., tres Heinsii codd. et Berol. *huc* Servii codex, quod probare Francium video. Versu seq. *non est* Serv. *undecimusque* Pirckh. Emenda ex hoc loco versum Metam. 11, 529:

*Sic ubi pulsarunt novies latera ardua fluctus  
 Vastius insurgens decimae ruit impetus undae.*

Hoc enim latere dixerim in scriptura aliquot codd.: *navis latera*. Nimirum Ovidius non videtur *decimum fluctum* pro *decumano* absolute dixisse, quod post eum Seneca, Valer. Flaccus, Silius Italicus fecerunt, quos vide apud Politian. Miscellan. c. 86.

51. NON LETUM TIMEO. *Nec letum* maior codd. pars: fr. Rev. exc. Voss. Palat. sec. Jun. Leid. prim. Reg. Gall. Serv. Busl. septemdecim alii, Heinsii ed. princ. At Guelferb. Berol. Rel. Crev. Bern. cum reliquis: *Non letum*. Nos ex horum numero Palatinum primum potissimum sequimur. Bern. praeterea: *letum ve-*

**Demite naufragium; mors mihi mutus erit.**

**Est aliquid, fatove suo ferrove cadentem**

**In solida moriens ponere corpus humo:**

*reor. genus est Scaliger et Heinsius, at Burmannus secundus in margine exemplaris sui suadebant. Atque hoc posterius in editione Bonon. iam extat.*

53. FATOVE SUO FERROVE. Ita Heinsius legendum censuit, ut mors spontanea a violenta distinguatur: rectissime. Poterat adscribere locum Lucani 5, 283:

*Sit praeter gladios aliquod sub Caesare fatum.*

Neque illud sine codd., certe Crev. ita habet; sed rei ipsi satis fuis neglexit singulorum scripturas enotare. Ex nostris *fatoque* — *ferroque* Guelferb. Berol. Bern. *ferroque* — *fatoque* Rel. et Seguer. *ferroque* — *fatone cadenti* prim. Vatic. et fr. Boxhorn. *cadenti* etiam Moret. pro var. scr., fortassis pro: *cadentis*, putabat Heinsius. Reliqui Heinsii et nostri codd. omnes, quos nominatim non recenseamus: *cadendum*, quod recte pro: *cadentum* scriptum divinabat Heinsius: ita enim supra scripta littera: *t* correctum erat in Berolinensi. Igitur solus codex Regius pro var. scr. additum habebat: *cadentem*. Quod tamen in omnibus novem nostris vet. edd. deprehendimus, nec unquam aliter in impressis libris lectum fuisse videtur. Idque cur suspectum esse debeat, non video, cum si hoc a correctore profectum esse statuatur, idem cadere possit in scripturam: *cadentum*, utpote ex solo cod. Berolinensi notam, quamque nihil commendat, nisi multo difficilior, quem habet, explicatus, certe tam difficilis, ut sollertiore nobis opus sit interprete. Licebit igitur hac in re veteribus editionibus, non ex uno codice, neque omnino pessimis, neque ex compacto ab iis, qui curam gesserunt, adornatis fidem habere et hoc saltem loco operae pretium putare, quod omnes examussim a nobis adhibitae fuerint.

54. IN SOLIDA MORIENS. Similis in hoc versu de scripturis *solita* et *solida* res agitur: impar ratio est librorum. *In solita* hi: prim. Vat. prim. Polit. Palat. sec. fr. Rev. Putean. Bern. exc. Voss. Francof. Jun. Reg. Gall. Serv. Busl. Guelferb. Rel. Crev. viginti duo alii. Accedunt vet. edd. omnes et ita ex codice laudat Meurais ad Lycophron. p. 190, notante in schedis Heinsio. *Et solita* Leid. uterque. *Et solida* Pirckh. et septem. *In solida* Moret., nisi de hoc fallor, Palat. prim. et Berol. Sed in hoc postremo *In* in rasura erat: fecerat igitur antea, uti saepe, cum Pirckh. Vides scripturam: *In solida* paene unius tantum codicis auctoritate nit. Quam tamen quis non pro vera statim agnoscat et amplectatur? *Et* locum non habet sententia in priori versu minime absoluta, *Solita* ferri non potest, quod vel Burmannus vidit, quia non mors in patria et in mari sibi opponuntur, sed mare et terra *solida* appellatione distinguuntur, ut Met. 1, 31: *humor*

*Ultima possedit solidumque coercuit orbem.*

*ibid* 14, 49: *ingreditur ferventes aestibus undas,*

*In quibus ut solida ponit vestigia terra.*

55 **Et mandare suis, aliqua aut sperare sepulcra,  
Et non aequoreis piscibus esse cibum.  
Fingite me dignum tali nece; non ego solus  
Hic vehor: immeritos cur mea poena trahit?**

55. suis aliquid, sperare.

55. **ET MANDARE.** Cum prioribus versibus a codd. auctoritate discedendum fuerit, hoc contra in loco parum illi tribuerunt editores. Codd. plurimi: Reg. Gall. Mor. Busl. Leid. Pirckh. Palat. sec. Bern. Guelferb. Berol. et duodecim alii: *aliquid et sperare*. Cod. Putean. Serv. Rel. et vett. edd. omnes: *aliqua et sperare*. Palatinus primus et duo: *aliquod sper.*, duo: *aliquam et sper.*, exc. Voss. Francof. Crev. et princeps ed. Heinsii, de qua tamen dubius sum: *aliquid sperare*. Combian: *aliquo sper.*, unus Vaticanus: *aliqua sperare sepulcra*. Qui codd. *sepulcrum*, quive *sepulcra* habeant, de Heinsianis non satis constat; utrumque Francof. *sepulcrum* Guelferb. Bern. Berol. Crev. *sepulcra* Rel. et vett. edd. omnes. Ex ista farragine Heinsius effinxerat scripturam hanc: *Est mandata suis aliquid sperare sepulcra*. In qua secutus est longe paucissimorum codd. vestigia, addidit nimis multa. Burmannus in sec. editione iis detractis, quae Heinsius novaverat, tamen *aliquid sperare* retinuit. In quo facto desidero primum fidem criticam, deinde numeros Ovidianos, tum elegantiam, postremo aptam sententiam. Codices alia omnia suadent. Numeri languent, quia post *aliquid*, quod momentum minime habet, demum fit incisio. Ineleganter dicitur: *Est aliquid*, mandare suis *aliquid*. Denique testamentum in procinctu, sive potius militare inter solatia mortis non videtur commode referri. Quid enim militi concessum fuit, quam Ovidio patria excedenti idem licuisset? Ovidius accurate solet, si qua distinxit, singulatim persequi, neque quidquam omittere: vide locum in eadem sententia copiosissimum Ib. v. 147 — 154. Versus 56, quid hic requiratur, indicat: sepulcra poeta optat. Haec utrique illi morientium generi contingunt, sed diversa: alteri mandata et sedulo accurata, de quibus vide Heinsii notam: alteri subita et extemporalia, sed tamen sepulcra. Hoc poterat ita efferre poeta qualiacumque, vel aliqua sepulcra, cfr. Pont. 1, 1, 4: *dumque aliquo, quolibet abde loco*. Fast. 3, 598: *aliquam corpore pressum humum*. Iam vero hoc ipsum: *aliqua* non exiguus librorum numerus ostendit. Pro *et*, quod iidem habent, requiritur particula disiunctiva, ex qua reliquae discrepantes scripturae oriri potuerint. Lege igitur: *Et mandare suis, aliqua aut sperare sepulcra*. Siquis elisionem ante monosyllabum reprehendet, scito talia adfectasse poetam: Her. 7, 47: *pretiosa odia et constantia magni* ib. 8, 103: *reduce et victore parente* 13, 135: *Sed quid ego revocem haec*, et saepe. De vocalium *a*, aut mixtione vide Gellii iudicium 7, 20. Infr. v. 58. pro *Hic* omnes vett. editiones et codd. Guelferb. sec. m. Reg. Busl. cum septem aliis: *Huc*. Palatinus secundus Bernens.: *Hinc*. Possis suspicari, latere aliquid: et certe si legitur: *Nunc*, sensus non ineptus nasceretur: alio potius tempore

Pro superi, viridesque dei, quibus aequora curae,  
 Vtraque iam vestras sistite turba minas.  
 Quamque dedit vitam mitissima Caesaris ira,  
 Hanc sinite infelix in loca iussa feram.  
 Si quam commerui, poenam me pendere vultis;

## 63. Si quam promerui.

poenam luere posse, quando solus perdi queat. Solent miseri dilationem malorum exoptare. Idem tamen sensus vulgatae inesse potest, si recte explicetur, vid. Burm. ad Met. 1, 278., ad Phaedr. 1, 14.

59. PRO SUPERI. *Proh* scribunt Msti Reg. Gall. Serv. Jun. fr. Rev. Berolin. Versu seq. *Sistite* — *utraque* Jun. *nostras* Palat. prim. *manus* Bern. Vers 62. *ad loca iussa* Reg. Gall. Leid. uterq. et, uti videtur, sub rasura-Berolinensis. *iussa traham* Leid. uterque.

63. SI QUAM COMMERUI. Vulgata plurimorum Mstorum, notrorum Bern. et Berol. et edit. Bononiensis, haec est: *Si quoniam merui poenam, me perdere vultis*. Sed ingens aliorum discrepantia: Et quoniam Crev. *me poena perd.* fr. Rev. *poenas* Reg. — Palat. sec. cum tribus aliis et, si Heinsio potius, quam Gronovio fidem habere velis, alter Polit: *Si quoque quam merui*. Leidenses: *Si quoque quam m. poena*. Guelferb. et duo scripti: *Si quoque qua mer.* Gall. et quatuor alii: *Si qudmquam mer.* Putean: *Si quamquam mer. poena*. Francof., teste Heinsio: *Si qua quam merui poenam*. prim. Vat. et Rel.: *Si merui poenam quamquam*. Moret. et unus Vatic.: *Si quia quam mer.* Palat. prim.: *Si quia quam merui poena*. Heinsii prima editio: *Si quia commerui*. Ex altera codd. classe duo Heinsiani et vett. edd. octo: *Si quam promerui poenam*. uterque Politian., teste Gronovio: *Si quam promerui poena me.* Mus. Mediceus: *Si quam promerui me poena*. Seguer: *Si quia promerui vitam pena me p. v. — pendere* Guelferb. a pr. m. et Mus. Mediceus, uterque pro diversa lectione, postremus in vulgata versus scriptura: de quo turpiter errat Burmannus in fine annotationis. Rottendorphianus: *prendere*. Secundum hos *poenam pendere* recte emendavit Heinsius; reliqua ad priorem classem librorum sic constituit: *Si quam commerui*. Hoc quoque probamus his argumentis: ducit eo cod. Palatini primi scriptura: in magna diversitate in obscurioribus codicum scripturis verum solet delitescere: emendatio ipsa non difficilis videbitur, si conferas Fast. 3, 25, ubi pro vulgato: *Languida consurgit, nec scit cur languida surgat*, vett. edd. sec. XV, quas plerasque inspexi, habent, sive id verum sit sine minus: *Languida quom surgit, nescit cur* etc.; vel Stat. Silv. 2, 6, 76, ubi pro vulgato: *que amplexa* rectissime Marklandus reposuit: *complexa*. Heinsius olim tentabat quoque ex Moret. et Vaticano: *Si quianam merui*. Burmannus pauciores codd. secutus edidit: *Si quam promerui*, de reliquis non sollicitus. Verum hanc scripturam a correctore profectam esse vel solus codex Seguer ostendit, cuius librarius quidquid reperiret glossarum ascivisse vi-

- Calpa mea est ipso iudice morte minor.*  
 65 *Mittere me Stygias si iam voluisset ad undas*  
*Caesar in hoc vestra non eguisset ope.*  
*Est illi nostri non invidiosa cruoris*  
*Copia, quodque dedit, cum volet, ipse feret.*  
*Vos modo, quos certe nullo, puto, crimine laesi,*  
 70 *Contenti nostris, iam, precor, este malis.*  
*Nec tamen, ut cuncti miserum servare velitis,*  
*Quod periit, salvum iam caput esse potest.*  
*Vt mare considat ventisque ferentibus utar;*  
*Vt mihi parcatis: num minus exsul ero?*  
 75 *Non ego divitias avidus sine fine parandi*  
*Latum mutandis mercibus aequor aro:*

69. nullo certe — laesos. 70. Di precor.

detur. Possis fortasse etiam illud *pendere* ex Itali cuiusdem museo profectum suspicari propiusque ad codd. scripturas accedere scribendo:

*Si, qua commerui, poena me perdere vultis,*  
 quemadmodum *morte perdere* dixit poeta Met. 1, 224.

65. MITTERE — AD UNDas. *iam Styg. si me* unus Heinsii, unde coniciebat: *nam St. si me. me dubias* Seguer. a pr. m. ad *undas* maior pars codd., ex nostris Bern. et Crev. et vett. edd. omnes. *in undas* tamen Guelferb. fr. Rev. a sec. m. Palat. sec. Leid. sec. Reg. Put. Gall. Serv. Busl. Rel. Berol. et octo Heinsiani. cfr. Huschk. ad Tibull. p. 459, sq. Vers. sq. *in hac nostra* Palat. pr.

68. QUODQUE. *quamque* Palat. pr. Busl. Jun. Mor. et tres alii cum pr. ed. Guelferb. a sec. m.

69. CERTE NULLO. *nullo certe* ex Jun. et Servii codd. ediderat Burm. sine causa neque ullo ex nostris astipulante. *laesi* vett. edd. et omnes codd. praeter Reg. a pr. m. Francof. Leidensem utrumque, quinque alios, qui: *laesos*; et Bern. Busl. m. pr., Berol. m. pr. et Crev., qui: *laedi*. *laesos* concinnius putabat Heinsius: at nos vulgatum simplicius et libris optimis commendatum.

70. IAM PRECOR. Hic quoque antiquandum est. Pro vulgato hoc omnium codd. et edd. Combian. et Medon.: *vos precor*, Servii cod.: *di precor*, quod Heinsius recepit, reliqui servarunt. Minime verisimile est, iam librariorum interposuisse; di ex glossa originem ducere paene certum est.

73. CONSIDAT. *subsidat* pr. Palat. cum nonnullis et vett. edd. Versu seq. *Et mihi* vett. edd. omnes, cod. Bersm. unus Heinsii; sed plures Ciofani, ut videtur. *non minus* omnes libri Heinsii et nostri cum vett. edd. Servanda tamen, ut puto, Heinsii est correctio: *num*. Et certe Guelferb. ita habebat.

Nec peto, quas quondam petii studiosus, Athenas;

Oppida non Asiae: non mihi visa prius;

Non ut Alexandri claram delatus in urbem

Delicias videam, Nile iecose, tuas.

80

Quod faciles opto ventos, quis credere possit?

Sarmatis est tellus, quam mea vela petunt.

77. petii quondam.

78. non loca visa.

82. vota petunt.

77. **NEC PETO QUAS QUONDAM.** Non peto Busl. et tres. Verborum collocatio, quam Burmannus primus induxit: *petii quondam* pauculis nititur codd.: Jun. fr. Rev. Put. et sex aliis. Reliqui omnes et vett. edd. eo ordine, quem nos postliminii iure revocavimus. Opponentur sibi: *peto h. e. nunc peto et: quondam*; ideo quam proxime sibi videntur collocanda. Illa vero coniunctio, quam interpunctione adiuvavit Burmannus: *quondam studiosus* efficacia et paene sensu caret omni.

78. **NON MIHI VISA.** Non loca visa pr. Guelferb. Reg. Gall. Serv. Pirckh. Berol. pr. Vat. pr. Polit, sex alii et ed. sola Bonon. loca grata sec. Politian.: modo visa pr. Francof. sed ab antiqua manu corr.: *mihī vis.* a recentiore: *loca visa.* Nec multi codd., et qui interpolationes soleant exhibere, hoc tamen loco glossam traxisse videntur vulgatae scripturae: *non mihi visa prius.* Atque si gravius in fine versus interpungitur, quod inde a Nicolao Heinsio editores fecerunt, certe non adiuvatur sententia, quae subobscura et imperfecta est, a scriptura: *loca*, quam primus probavit Gronovius Obs. 2, 3. Quorsum enim haec tam nude dicuntur: *Non peto loca prius mihi visa?* Interpunctione autem sublata, (et certe *ὑποσύμφη* hic versus finitur in vett. edd. et fortasse in omnibus usque ad D. Heinsii Elzivirianam,) facile intelligitur opponi sibi: *visa prius et videam* in sequentibus: „neque quas olim vidi peto, neque quas videre velim, Alexandriam, celebre elegantiorum hominum deversorium.” Iam vero huius sententiae simplicitatem leviter impedire videtur scriptura non multorum codd. a Gronovio, Heinsio et Burmanno probata. Non dissimili atque hic modo pentametro adiungitur sequens hexameter Fast. 2, 698, 99, ubi post: *vident* levius interpungens.

81. **QUOD FACILES.** Elegans et certissima Heinsii coniectura est, quam expressimus. Libri illius et nostri omnes cum vett. edd.: *Quod facile est, opto. opto mihi iam quis ed.* Bonon. et cod. Pirckh. Francius sine causa malebat: *Cur faciles optem. posses* Guelferb. Palat. pr. et plurimi cum vett. edd.

82. **VELA PETUNT.** Sic idoneus codd. numerus: Palat. prim. Guelferb. fr. Rev. exc. Voss. Leid. prim. Jun. Reg. Gall. Serv. Busl. Pirckh. Bern. Rel. Berol. Seguer. Crev. quatuordecim alii et vett. edd. praeter Bonon. *vella* Palat. sec. Heinsius tamen olim adscripserat: *male.* Nos vero probamus, quia aptissime *venti* et *vela* iunguntur, quia *obligor* et *vota* statim sequuntur, denique, quia certe non exilium Tomitanum votis noster poeta expetebat, sed



**Obligor, ut tangam laevi fera littora Ponti;**  
 Quodque sit a patria tam fuga tarda, queror.  
 85 **Nescio quo videam positos ut in orbe Tomitas,**  
**Exilem facio per mea vota viam.**  
**Seu me diligitis, tantos compescite fluctus,**  
**Pronaque sint nostrae numina vestra rati:**  
**Seu magis odistis, iussae me advertite terrae:**  
 90 **Supplicii pars est in regione mei.**  
**Ferte, quid hic facio? rapidi mea carbasa venti:**  
**Ausonios fines cur mea vela vident?**  
**Noluit hoc Caesar: quid, quem fugat ille, tenetis?**

tranquillam tantum istuc navigationem. Versu seq. *velis fera littora ponti* in Guelferb. a diversa sed eiusdem aetatis manu scriptum erat. Vers 84. *tam fuga tarda* sine dubio recte Heinsius, quamquam tantum ex Pirckh. Reg. et quatuor aliis codd. edidit. Ex nostris libris accedit Guelferb. et editio Bonon. Reliqui omnes mendose: *iam fuga*. Vers 85. *Nesc. quos videam* Guelferb.

86. **EXILEM.** Ita omnes, quotquot innotuerunt libri scripti, praeter Servianum, qui: *Exilii*, quod in edd. veteres etiam praeter Bononiensem manavit, et Crevenn., qui: *Exulem*. Retinuerunt primum illud Heinsius et Burmannus, sed hic sibi placebat in correctione: *Exilio*; quam tueri poterat vulgata scriptura in Fast. 3, 576. Quidam in Suppl. Act. Lips. 6, 2, p. 78 tentabat: *Exigo iam facilem*; Francius: *Exiguam facio*; Schraderus: *Praecipitem facio*, vel simile quid. Genuinum esse illud in codd. vulgatum videtur et tantum scita interpretatione indigere. Nam: *brevem viam*, quae Heinsii erat opinio, quemadmodum glossae in codd. Seguer. et Rel. explicabant, significari negavit Burmannus, quamquam ita videtur usurpasse Varro initio libri quarti de l. L. Intellegas licet viam, quae oblectatione omni caret, ut opponatur prioribus v. 77 — 80., qualis *exilis domus Plutonia* Horatio od. 1, 4, 17, vid. Bentleium; vel viam, quam cum faceret inopia omnium rerum premebatur, ut *exiles res* dixit Nepos 18, 5, 1. *vias inopes* ipse lb. 24. Sen. ep. 53: *dum per aspera erepo, dum viam quaero, dum facio*. Vers. 87. *fructus Palat.* prim. Vers. 88. *nostra* Guelferb. et Vers. 89. *avertite* idem.

90. **IN REGIONE MEI.** *hac regione* Palat. prim. Busl. tres alii Heinsii cum eiusdem prima editione. *mei* elegans est et vera Heinsii coniectura, codd. et edd. omnibus: *mori* servantibus.

91. **CARBASA** non minus recte ex solo Gottorpiano Heinsius recepit: *cornua* Hamburgensis habebat. Reliqui omnes: *corpora*; id apud Virgilium de navium compage interpretatur Servius ad Aen. 1, 70. 5, 683. Vers. 92. ineptias librariorum Burmannus annotavit: *singulorum* sunt vel *binorum*, nisi quod: *volunt* Guelferb. Palat. sec. et septem; *volant* nullus habuit. Vers. 93. *cur* quem Guelf-

Aspiciat vultus Pontica terra meda.

Et iubet, et merui: nec, quae damnaverit ille,  
Crimina defendi fasve piuvve puto.

95

Si tamen acta deos nunquam mortalia fallunt,  
A culpa facinus scitis abesse mea.

Immo ita, si scitis; si me meus abstulit error,  
Stultaque mens nobis, non scelerata, fuit:

100

Quamlibet e minimis, domui si favimus illi:

Si satis Augusti publica iussa mihi;

96. iusve piuvve. 99. vos scitis.

erb. a sec. m. et plures, sed malae notae. Vers. 94. *Accipiat* Palat. prim. Reg. pro var. scr., duo alii cum prima editione.

96. CRIMINA DEFENDI FASVE PIUVVE PUTO. *Carmina* Palat. prim. cum tredecim aliis. — Burmannus scripturam sanissimam longe plurimorum codd.: *fasve piuvve* impugnat: dicit, idem esse *fas* et *piuv*. Si negare voluit, iungi haec posse, refellitur locis Met. 15, 867; Her. 4, 133, 134, ubi iuncta ponuntur. Si hoc voluit, non posse particula *ve* disparari ex regula Bentleiana ad Hor. Epod. 16, 6., poterat cum codd. Heinsianis: Gall. Serv. Jun. Pirckh. Rel. Francof. scribere: *fasque piuvque*, quod ex nostris Guelferb. Berol. Crev. et ed. Bonon. habent. Sed nimirum dissentire cupiebat, neque tantum ab Heinsio, sed etiam a se ipso. In notis enim probat cod. solius Regii scripturam: *iusque piuvque*, in carmine ipso edidit: *iusve piuvve* sine auctoritate librorum.

99. IMMO ITA SI SCITIS. Fugiebat Heinsium ratio in subducendo codd. numero, cum scriberet, plurimos pro vulgato hoc habere: *vos scitis*. Ii erant Reg. Gall. Mor. Serv. Busl. fr. Rev. a sec. m. exc. Voss. Leid. uterque et decem alii. Accedunt Bernensis et Crev. Dimidius codd. numerus est, sed deterior, desunt vetustiores, Putean. Palat. prim. Francof. Guelferb., prima manus Reviani, quos sequimur. Imo ita est, *scitis vos me meus* prim. Vat. et Guelferb. a sec. m. *sic me* prim. Polit. Busl. Bern. Guelferb. in margine a rec. man. et duo. *quod me* unus, *ut me* unus, *sed me* exc. Voss. et tres. *malus error* Medonii, Seguer. et Bern. Vers. seq. *non nobis mens* Guelferb. Reg. prim. Vatic. Palat. sec.

101. QUAMLIBET iure optimo nobis edidisse videtur Heinsius, licet ex Gall. tantum et duobus libris. Sed accedit noster Crev. nec longe inde distant codd. Leid. uterque, Berol. cum aliis duobus et Reg. pro var. scr., qui: *Quamlicet*, quin ne Palatinus quidem primus cum quatuor aliis, qui: *Qualioet* exhibent. Guelferb. et plurimi reliqui cum vett. edd.: *Quod licet*. Francof. m. pr.: *Quo licet*: a minimis Palat. pr. et minimis Guelf. ex minimis tres.

102. SI SATIS AUGUSTI PUBLICA IUSSA MIHI. Primo loco accipe scripturae in hoc versu differentiam, quae non magna est: *Sis satis* (sive *His satis*; neque enim dignoscebam,) Palat. sec.

Hoc duce si dixi felicia secula, proque  
Caesare tura pius Caesaribusque dedi;

Sint satis vett. edd. omnes praeter Bonon. et cod. Berol. a sec. m. pro var. scr. Et satis cod. Berol. iussa tidi Reg. Bern. et tres Heinsiani; iussa mihi. Bel. et Reg. pro var. scr. iussa mei Gottorpiæ. visa mihi prius, Polit. publica cura fuit fragm. Boxhorn. Iam sequentur doctorum virorum coniecturae, quae sunt plurimae: Heinsii: Si laris Augusti publica visa salus: Petri Francii: Si sacra Augusti publica iussa mihi, et altera: Si lex Augusti iussa fuere mihi: nescio cuius in Suppl. Act. Lips.: Sique rata Aug. publ. iussa mihi: Burmanni: Si patris Augusti publ. visa salus: Henmanni in Misc. Lips 5, p. 334: Si sancta Aug. publ. iussa mihi: Withofii ex schedis manu Schraderi descriptis: Si laris Augusti sunt loca culta mihi, alia: Si laris Augusti publica sacra mihi, tertia: Si laris Augusti publica causa mihi: Jo. Schraderi in schedis autographis: Si fata Augusti, vel, Si iussa Augusti publica visa mihi. Postremo, ut frustra hos criticos satagisse intelligatur, vera loci interpretatio ponatur, quae una est, eaque iam à Gronovio Syll. epp. 3, p. 468. sq. indicata: publica sunt quaecumque pro republica fiunt, Lucan. 7, 164: Usque ad Thessaliam. Romana et publica signa: nulla iam publica arma Tacit. initio Annal. Ovid. Pont. 1, 2, 101:

Utque diu sub eo sit publica sarcina rerum.

Iussa Augusti aut sunt edicta eius, atque ita Fast. 6, 690 iussa collegae dicitur edictum censorium; aut leges, quas tulit, quemadmodum legum contraria iussis legitur Trist. 2, 243. Iussa Augusti satis publica ei videntur, qui de legitima eius auctoritate non dubitat. Quod vero Burmannus Ovidii negat fuisse, leges Augusti ratas habere, quasi potuisset, si voluisset, eas oppugnare, errat. Poterat conqueri poeta de illo ipso edicto, quo sine iudicio relegabatur: quin adeo non obscure id facit lib. 2, 131: Nec mea deerebo damnasti facta senatus; nimirum quo modo olim Cornelius Gallus et paulo post Ovidium Cassius Severus condemnati fuerant; vid. Hoyn. vit. Virg. a. 728; Weichert. de Cassio Parm. p. 200 sq. et v. 134: Ultus es offensas, ut decet, ipse tuas. Poterat etiam Julius leges impugnare, quod pertinaciter satis ordinem equestrem eo ipso tempore, quo haec scribebantur, et vero antea fecisse patet ex Dione Cassio, lib. 56 initio.

103. DIXI — PROQUE. Quod maiorem veterum partem: dari habere dicit Heinsius, falsus esse videtur. Notaverat hoc nomine fr. Reg. Leid. utrumque, Reg. Moret. et octo alios. Accedit Guelferb. Totidem fere nec antiquissimi: felicia tempora. Ingens autem numerus codd.: pro quo, inter quos ex vetustioribus Palat. pr. Guelferb. Revianus, Puteaneus, Bernensis; accedunt vett. edd. omnes.

104. TURA PIUS. Sic fr. Rev. Putean. Francof. Busl. Reg. Mor. Serv. Palat. sec. Leid. sec. tura diis Caes. Berol. et unus vel alter Heinsii. prius tres. pia Pirckh. prim. ed. et duo Heinsiani. Palatinus primus et Guelferb. cum reliquis codd. et vett.

Si fuit hic animus nobis, ita parcite, divi: 205  
 Si minus, alta cadens obruat unda caput.  
 Fallor? an incipiunt gravidæ evanescere nubes,  
 Victaque mutati frangitur ira maris?  
 Non casus, sed vos sub conditione vocati,  
 Fallere quos non est, hanc mihi fertis opem. 110

## III.

Cum subit illius tristissima noctis imago,  
 Qua mihi supremum tempus in Vrbe fuit:

106. Sin minus. 107. vanescere. 2. Quae.

edd. omnibus: piis. Behotius Apophor. 2, 9 ita laudat: *dedit Cas.*  
 q: pius ex vetusto codice, indicante Heinsio in schedis.

106. SI MINUS. Ita, non: *Sin minus* codd. omnes, praeter  
 Palatinum secundum et Bernensem; etiam vett. edd. ante Aldinam.  
 Palatinus primus: *Si minimis alta caput obruat unda maris*; vi-  
 tiose nec, puto, pro Heinsiana illa scriptura, quam ubique pro *Si*  
*minus* ingerere solebat.

107. GRAVIDAE EVANESCERE. *vanescere* meliores habere  
 annotavit Heinsius, quorum in schedis nominat Reg. Serv. Busl.  
 Jun. Pirckh. Palat. sec., undecim alios reticet. Accedit codex Se-  
 gner. et edit. Bonon. Palatinus tamen primus et Guelferb. cum  
 reliquis omnibus: *evanescere*; quos sequimur. Vers. seq. Palatini  
 primi scripturam nec paucorum aliorum expressimus. Quidam ta-  
 men: *unda dei*; Bern.: *ira dei*; Guelferb. et vett. edd. praeter  
 Ald.: *unda maris*.

109. NON CASUS ex Put. Busl. Jun. duobus aliis Heinsianis,  
 et Bernensi. Reliqui et vett. edd.: *casu*. Ortum id vitium ex  
 emendatiore reliquorum verborum ordine, *sed vos sub cond.*, quem  
 Palatinus primus cum Guelferb. et plurimis servat. Non pauci ta-  
 men cum vett. edd., excepta Bonon.: *vos sed sub cond.* fr. Rev.:  
*Non casu sed o vos sub conditione*, unde Heinsius in schedis facie-  
 bat: *Non casus sed ea sub conditions vocati*. Quo pacto in se-  
 quenti versu codici Palatino suus honor haberi possit, qui cum Mo-  
 retano: *vos mihi fertis opem*; quod in prioris versus recepta scri-  
 ptura minus licet.

## III.

Inscriptiones: *De discessione* Francof. Narrat digressum gemi-  
 tus luctusque suorum Pirckh. et Berol. *Qualiter (Ut Ald.) ex urbe*  
*Roma discesserit, nec non coniugis et suorum lachrymas memorat*  
 vett. edd.

2. *Quae* cod. Gall. et ed. Bonon. *Quod* Serv. et alius Hein-  
 si. Reliqui libri omnes: *Qua*; quod non necesse videtur cum

- Cum repetō noctem, qua tōt mihi cara reliqui,  
 Labitur ex oculis tunc quoque gutta meis.  
 5 Iam prope lux aderat, qua me discedere Caesar  
 Finibus extremae iusserat Ausoniae.  
 Nec mens, nec spatium fuerat satis apta parandi:  
 Torpuerant longa pectora nostra mora.  
 Non mihi servorum, comitis non cura legendi:  
 10 Non aptae profugo vestis opisve fuit.

4. nunc quoque. 7. fuerant satis apta paranti.

Heinsio mutare. Tenerrimi adfectus est, quod conqueritur, ne totam quidem supremam noctem sibi Romae esse licuisse.

4. TUNC QUOQUE. *nunc quoque*, quod Ciof. in codd. repererat, quodque in Guelf. pro v. scr. prim. man. extat, Heinsius ex Rottendorphiano et prima editione recepit. Reliqui tamen omnes et Heinsii et nostri cum vett. edd. *tunc quoque*. Unus Mediceus: *humi* gutta. Esto, illud Heinsianum habere, quo se commendat, librorum tamen scripturam deserere religio fuit. Art. am. 3, 190:

*Cum rapta est, pulla tunc quoque veste fuit.*

5. LUX ADERAT. *nox aderat* Palat. sec. et duo alii Heinsiani. Reliqui eius et quos nos contulimus, aut collatos inspeximus cum vett. edd. ita, uti expressimus. Quae Burmannus ad hunc locum disputat, futilia sunt. Heinsius in autographo vulgatam egregie illustraverat verbis Ulpiani in Digest. l. 48. tit. 22, 7, 17: *His qui relegantur dies excedendi a praesidibus dari et potest et solet. Etenim moris est ita pronunciarī: Illum provincia illa insulisque eis relego, excedereque debet intra illum diem.* Schraderus addit, properandum fuisse Ovidio ideo, quia stato die *finibus extremae Italiae* cedere debuerit; cfr. Dio Cass. 41, 9. Monebat etiam molestam fore vocem illam in tribus alternis versibus positam. cum me Guelferb.

7. NEC MENS NEC SPATIUM hoc ordine pro vulgato: *Nec spatium nec mens* Heinsius edidit ex Barberin. Pirckh. Leid. sec. Reg. Gall. Mor. et quatuor aliis suis codd. Accedit, qui fortassis in illo numero fuit, Seguer., tum Guelferb. et ed. Bononiensis. *Nec spatium fuerat nec mens* Leid. prim. et alius. Verum *fuerant* nulli nisi Barber. et fr. Rev. ex Heinsianis et nostri Guelferb. et Reland. Neque opus est mutatione, nisi cum Heinsio, quod nolim factum, ex uno Servii cod. *paranti* asciscas. Omnes reliqui: *apta parandi*, praeterquam quod: *apta paratu* Richel., *apta piandi* Comb. pro var. scr., *cura parandi* Jun. Et rectissime monuerat Is. Verburgius, *apta* esse casum quartum; nisi durum in modum *parare* verbum neutrum quis esse iusserit.

9. COMITIS. Sic Barberin. et Gott. pro var. scr., quod Heinsius edidit pro vulgato librorum scriptorum et impressorum: *comites*. cfr. Serv. ad Aen. 2, 729, Non improbamus: ita enim sua-

Non aliter stupui, quam qui Iovis ignibus ictus  
 Vivit, et est vitae nescius ipse suae.  
 Vt tamen hanc animi nubem dolor ipse removit,  
 Et tandem sensus convaluere mei;  
 Alloquar extremum moestos abiturus amicos, 15  
 Qui modo de multis unus et alter erant.  
 Vxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat  
 Imbre per indignas usque cadente genas.  
 Nata procul Libycis aberat diversa sub oris:  
 Nec poterat fati certior esse mei. 20  
 Quocunque adspiceres, luctus gemitusque sonabant:  
 Forma que non taciti funeris intus erat.  
 Femina virque meo, pueri quoque, funere moerent:  
 Inque domo lacrimas angulus omnis habet.  
 Si licet exemplis in parvo grandibus uti, 25  
 Haec facies Troiae, cum caperetur, erat.  
 Iamque quiescebant voces hominumque canumque

13. animo. 21. Quocunque.

viter, in vulgata scriptura autem importune variatur oratio, quantumvis recte habeant illa: *servorum legendi*.

11. IGNIBUS ICTUS. *ignibus ustus* Palat. prim. Mor. pro var. scr. prim. ed. Heinsii et eiusdem quatuor libri. Fortassis ex glossa.

13. UT TAMEN HANC ANIMI NUBEM. *animo* ex solo Putean. Heinsius. Omnes reliqui cum vett. edd.: *animi*, nisi quod fr. Rev.: *animam*. Vix opus videtur mutatione. Vers. 16. *erat* Guelferb. et vett. edd.

17. FLENS ACRIUS IPSA. *flens arctius* gloss.: *strictius* Pirckh. *tenebat* Servii. *movebat* alius Heins. *dolebat* Gottorp., unde Heinsius coniecit: *fovebat*.

19. DIVERSA SUB ORIS. *divisa* Pirckh. Palat. sec. et tertius Heinsii. *divulsa* Berol. *libycas sub oras Jun. regione sub or.* unus.

21. QUOCUNQUE. *Quocunque* typheta Burmannianus, ut olim iidem homines in edd. Novariae et Caprasae. *Quocunque* Pirckh. et ed. Bononiensis. *adspicerem* Rel. *gemitus luctusque* Bern. Leid. uterque, Crev. *gemitus lacrimaeque* unus Heins. Vers. seq. non tanti Pirckh. ed Bonon., unde Gronovius pater faciebat: *non tantum. nec taciti* Gall. *instar erat* Crev. Vers. 25. *Scilicet* Reg. *exemplis in parvo* Reg. a pr. m. Guelferb. a sec. Gall. Mor. Serv. Busl. Pirckh. Rel. Crev. et plures Heinsii. *in parvos exempla* Putean. *in parvis exemplis* Leid. uterque, Bern. vett. edd. De „*multis*“ Heinsii in hac scriptura fallitur Burmannus. *exemplis in parvis* Reg. a sec. man. Guelferb. sub rasura, Berolin. prim. ed. et octodecim alii Heinsii. Vers. 27. novae elegiae initium in Guelferb.

Lunaque nocturnos alta regebat equos.  
 Hanc ego suspiciens, et ab hac Capitolia cernens,  
 80 Quae nostro frustra iuncta fuere lari:  
 Numina vicinis habitantia sedibus, inquam,  
 Iamque oculis nunquam templa videnda meis;

29. HANC EGO SUSPICIENS, ET AB HAC CAPITOLIA CERNENS. *Hanc tu* fr. Rev. *Hanc tum* Francof., teste Heinsio, Busl. *Hanc tunc* Putean. *et ad haec* prim. ed. Heinsii et nostrae veteres praeter Bonon.; posteriores, sed nescio a qua iude, certum ante Bersmannum: *et adhuc. sed et haec* Francof. m. pr. *haec et* Putean. Politian. sec. et duo Heinsii. *et ad hanc* Guelferb. Palat. sec. Polit. prim. Servii, tres Heinsii et noster Berolinensis. Reliqui libri omnes: *et ab hac.* Hunc longe maximum codd. numerum recte secutus est Heinsius: nos tamen quantumcunque deseruissimus, si in eximii viri interpretatione acquiescendum fuisset. *Ab hac* dicit esse: *post hanc, postquam hanc adspexi.* Nimirum cum praepositio illa rebus vel tempore vel spatio iunctis designandis inseruiat, ac saepissime quidem utramque illam rationem simul sequatur, velut in Fast. 3, 781:

*Et caperet fasces a curvo consul aratro*  
 iis exemplis, quibus temporis ordo et continuatio indicatur, abusi sunt Ovidii interpretes ad diversissima quaevis explicanda, velut illud in Consol. ad Liviam v. 416: *deus excusare priora*

*Dum volet, a Druso caetera laeta dabit;*  
 quod exemplum in docta Handii disputatione desidero. Quin ne illa quidem satis distinguuntur, ubi rerum aestimatio intelligitur, quod genus Handius p. 43 apud scriptores recentiores extare observat, quibus accenseri Ovidium posse fatendum est, qui non semel ita loquitur: Her. 18, 69. Met. 8, 450. Pont. 4, 6, 26. Quidquid sit, hoc in loco non intelligitur, cur oratione coniunxerit poeta, quae eodem conspectu videre nequiverit. Mirum, nisi deos adoraturus in gyrum sese dextrorsum circumegerit, vetusto more. Hoc nomine praestiterit codd. scriptura: *ad hanc*, qua probabilis causa affertur, cur a nitore lunae ad splendorem Capitolii oculos converterit. Verum loci potius propinquitatem notare voluit poeta: *prope lunam*, ideoque *paene simul cum illa* Capitolia se conspicuum esse. Hoc quoque per praepositionem *ab* fieri poterat; vid. Hand. Turs. tom I. p. 48, 49. Ovidius Met. 9, 33:

*tenuique a pectore varas*

*In statione manus.*

ibid. 14, 95: *Membraque contraxit naresque a fronte resimas Contudit.* Illud expressit, quod Rutilius in Itinerario v. 50, fortasse, ut multa ex his libris imitatus: *Non procul a coelo per tua templa sumus,* et qui ad eum locum laudantur ab interpretibus, Martial. 10, 51; Claudian. sec. cons. Stil. v. 133 sq. Nam *numina vicinis sedibus habitantia* cave, de Iove Capitolino deabusque *οὐρανός* potius intelligas, quam de his cum luna, et reliquis in coelo diis omnibus. Alioquin otiosa et supervacua essent illa: *Hanc ego suspiciens.*

Dique relinquendi, quos urbs habet alta Quirini,  
 Este salutati tempus in omne mihi;  
 Et quamquam sero clipeum post vulnere sumo,  
 Attamen hanc odiis exonerate fugam;  
 Coelestique viro, quis me deceperit error,  
 Dicite; pro culpa ne scelus esse putet.  
 Ut quod vos scitis poenae quoque sentiat auctor,  
 Placato possum non miser esse deo.  
 Hac prece adoravi superos ego: pluribus uxor,  
 Singultu medios impediendo sonos.  
 Illa etiam ante Lares passis prostrata capillis

## 42. praepediente.

35. POST VULNERA. *post funera* Palat. prim. Seguer. prim. ed. et quatuor Heinsiani. Vers. seq. *Et tamen hanc* Palat. prim. *Hanc tamen hanc* fr. Rev.

37. QVIS ME OMNES LIBRI, praeter Gottorpli., quem Heins. probabat, qui me exhibentem.

39. UT QUOD VOS SCITIS. *Ut quod sentitis* edd. vett. octo et quinque codd. Heinsii. *Et quod sentitis* unus eiusdem. *Et quod vos scitis* Pirckh. *Ut vos quod scitis* Seguer. *Ut quod vos scitis* Palat. prim. Guelferb. cod. Bersm. Francof. a s. m. Bern. Berol. Rel. tredecim Heinsii. Pro hac et pro sequenti scriptura Heinsius codd. Gall. Mor. Serv. et, quod mireris, primam editionem laudabat. Sed puto ad hanc pertinere. *Ut quae vos scitis* Palat. sec. Jun. Leid. uterque, Politiani uterque, Reg. Put. Busl. Crev. septem Heinsii et editio nostra Bononiensis. *Utque ea vos scitis* Francof. a m. pr. In re tantuli discriminis Palatinum primum sequimur, quod ab Heinsio quoque factum opinor propter codd. numerum et eorum, quos non nominavit, bonitatem. Versu seq. *possim* Mor. Bern. et vett. edd. praeter Bononiensem. *possem* Berol. *si miser* prim. Polit. prim. Vatic. Vers. 41. *superos sed pluribus* Rel.

42. IMPEDIENTE. *praepediente* solus Barberinius, admodum respecta auctoritas. Reliqui scripti et impressi omnes: *impediente*; ita certe locutus est poeta Met. 13, 745 et, ubi integr. hic versus extat, ad Liv. 130. *impediente preces* Rel.

43. ILLA ETIAM ANTE LARES PASSIS PROSTRATA CAPILLIS. *Ipsa* Palat. prim. *Illa sed ante* ed. Bonon. *Illa q; ante* Crev. *ante aras* Leid. uterque, Serv. Mor. pro v. scr. prim. Vatic. et tres Heinsii. *sparsis* Palat. prim. et sec. Guelferb., sed in litura alterius, Leid. uterque, exc. Voss. fragm. Rev. Jun. Reg. Gall. Mor. a pr. m. Busl. Bern. Rel. Berol. Crev. octo alii Heinsiani, cum eius prima et veteribus nostris editionibus. Nescio an recipiendam fuerit a nobis. *prostrata*, quod Heinsius servavit; vett. edd. nostrae agnoscunt et quidam codd.: Berol. Reg. a pr. m. Pirckh., etiam Palatinum primum, nisi oblitum putemus annotare Iacuum Gebhardum, et fortasse unus et alter Heinsianus liber. Reli-



- Contigit extinctos ore tremente focos:  
 45 Multaque in adversos effudit verba Penates,  
 46 Pro deplorato non valitura viro.

45. aversos.

qui in diversa omnia abeunt: *atrata* Hamburg. *abstracta* fr. Rev. Buslid. alius. *attracta* Palat. sec. Putean. Jun. dno alii. *astrata* Reg. ra. sec. man. Mor. duo alii. *ah strata* unus Vatic. *abstracta* Polit. sec. Guelferb. a sec. m. (prima dignosci non poterat) et duo praeterea, unde ipse Politianus: *atrata* faciebat. *abstracta* unus *atrata* alius. *abstracta* duo. *attracta* prim. Vatic. *intracta* prim. Polit. *extracta* exc. Voss. Crev. *constrata* Serv. alius. *contracta* unus. *pertracta* unus. *abiecta* unus. *ablata* Gall. alius. *accincta* unus. *proiecta* Barber. et Relandi. *affusa* Seguer. *diffusa* Bern. Ingens scripturae diversitas, sed diiudicatu haud aequae difficultatis Apparet enim quas scripturas ultimo loco recensuimus, meras aut glossas aut correctiones esse, antiquiorum autem et meliorum codd. Hamburgensis, Vatic., Rev., Putean., quantumvis per se ineptas a communi origine non ita multum abesse, quam in scriptura: *atrata* positam fuisse putaverim. Atque ita diserte Heinsius in schedis aptographis divinaverat, nisi a Burmanno id insuper habitum fuisset. Met. 2, 343:

Nocte dieque vocant adsternunturque sepulcro.

cfr. Met. 8, 539. Seneca apud Lactant. div. inst. 2, 2: *simulacrum per totum assident diem aut astant*. Sed vulgata tantisper sustineatur licebit auctoritate Palatini primi.

44. EXTINGTOS prim. Palat. uterque Polit. Francof. codd. Heinsii plurimi et nostri omnes. Contra editi veteres omnes et codd. Servii, Reg. pro v. scr. et tres: *extractos*, vel *extractos aeternos* pr. Vat. Palat. sec. Guelferb. et quinque alii. *externos* unus Vatic. et Seguerianus, unde Heinsius: *hesternos* eliciebat Vossianus codex: *antiquos ore tremente* Busl.

45. ADVEROS. Ita Heinsii codd. ne uno quidem excepto quantum sciam, certe nostri et vet. edd. omnes. Bernensis tantum e glossa: *offensos*. Heinsius primus induxit: *aversos*. Alterum, quod revocavimus, probat Huschkius ad Tibull. p. 500, sed argumento, ut mihi quidem videtur, parum idoneo: „*penates non erant aversi, quippe immobiles*;" at *versos* habes Aen. 11, 264. Ita enim hanc litem, quam moverunt Heinsius et Burmannus ad Her. 7, 4 diiudicandam ubique existimamus, ut librorum sola spectetur auctoritas, si modo sensus patiatur. Patitur autem ubique *aversos deos*, qui non corpore averso vel converso fingi videntur, velut olim Juno illa Argiva, sed *aversis auribus* et *aversa mentis* cfr. Serv. ad Aen. 4, 362. Tibull. 3, 3, 28. Ovid. Pont. 1, 2, 8. Leontius p. 171, 172 ed. Mai. Arnob. adv. gent. 6, 4: *obstruunt atque immobiles stabunt*. Non ubivis apte dicuntur *aversi dii*. potest enim quandoque nimium id esse. Hoc loco retinuit, qui Penates, quamvis mites alias dii, *placantur* apud Horatium Od. 3, 3. Nemo autem placatur, quin *adversus* fuerit, non tantum *aversus* cfr. Fast. 2, 541. Lusus inest loco Fast. 3, 789.

Iamque morae spatium nox praecipitata negabat

Versaque ab axe suo Parrhasis arctos erat.

Quid facerem? blando patriae retinebar amore:

Vltima sed iussae nox erat illa fugae.

50

Ah quoties aliquo dixi properante, quid urges?

Vel quo festines ire, vel unde, vide.

Ah quoties certam me sum mentitus habere

Horam, propositae quae foret apta viae.

Ter limen tetigi: ter sum revocatus et ipse

55

Indulgens animo pes mihi tardus erat.

Saepe vale dicto rursus sum multa locutus

Et quasi discedens oscula summa dedi.

Saepe eadem mandata dedi meque ipse fefelli,

Respiciens oculis pignora cara meis.

60

Denique, quid propero? Scythia est, quo mittimur,  
inquam:

Roma relinquenda est: utraque iusta mora est.

62. *deest est in fine.*

47. NOX PRAECIPITATA. *nox festinata* Mor. pro var. scr. *tenebat* Busl. Novam „epistolam” incipit Rel.

48. VERSAQUE AB AXE SUO. *Visaque* Jun. et alter. *Versa sub axe* Rel. *ab axe poli* Palat. sec. Relandini libri scriptura posset satis elegans videri, certe enim subter stellam polarem ursa maior movetur; si quid mutandum esset. Sed negat hoc Heinsius adducto loco Luc. 2, 237: *Parrhasis obliquos Helice cum verteret axes*, et Sen. Herc. fur. 131: *Arcades ursae*

*Lucem verso temone vocant.*

vid. igitur Hand. ad Tursell., p. 50, n. 2. Aliam interpretationem vide Scaligeri ad Manil. 5, 651. p. 467.

52. FESTINES Palat. prim. Putean. a m. pr. prim. ed. Heinsii et tres alii eiusdem, quos Hamburgensem et duos vetustos Italos esse oportet, si recte Heinsius: *meliores* ita habere dixit. Reliqui omnes cum vett. edd. indicativum habent. Sed accedendum est Heinsio; ita enim solet efferre Ovidius, nisi metrum impediatur, ut Met. 10, 393, 637. Her. 10, 86, ubi vide Loersium.

54. VIAE. *fugae* Palat. prim. Pirckh. Leid. uterque, Reg. Senec. cod. Bersm. princ. ed. Heins. decem alii; repetitum ex versu 50. *praepositae* vett. edd. Vers. 55. *ab ipso* Reg. pro v. scr. Vers. 57. *verba locutus* Leid. uterque. *plura loc.* Gall. Bern. Crev.

Vett. 58. *decedens* Pirckh. m. sec. gl.: *moriens. oscula multa* Pirckh. Gall. Mor. Jun. exc. Voss. quinque Heinsii et ed. Bononiani. *cara fr.* Rev. *firma* Berol. Vers. 60. *care* Guelferb. pr. m. Vers. 61. *quo propero et qua mittimur* Francof., teste Heinsio.

62. IUSTA MORA EST. *est* Heinsius omissum inveniebat in

Vxor in aeternum vivo mihi viva negatur

Et domus et fidae dulcia membra domus,  
65 Quosque ego dilexi fraterno more sodales;

O mihi Thesea pectora iuncta fide!

Dum licet, amplectar: nunquam fortasse licebit

Amplius; in lucro est, quae datur hora, mihi.

Nec mora; sermonis verba imperfecta relinquo,  
70 Complectens animo proxima quaeque meo.

Dum loquor et flemus coelo nitidissimus alto,

Stella gravis nobis, Lucifer ortus erat.

Dividor haud aliter, quam si mea membra relinquam

Et pars abrumpi corpore visa suo est.

65. fraterno dilexi. 68. mihi est.

codd. Leid. prim. et Gall., quibus accedit Crev. et Bern. Hinc in venustum in modum Burmannus primus abiicit. Reliqui libri omnes servant. *multa mora est* Busl. Heinsius volebat: *mora est* vel *iusta morae*, vel *causa morae*. Secunda coniectura elegans est tertia minime necessaria: *mora* enim pro causa morandi satis usitatum est. Rutil. Itiner. I. 186:

*Nec piget oppositis otia ferre moris;*

et vid. Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 1215. Versu seq. *negatur est* Francof.

65. QUOSQUE EGO DILEXI FRATERNO MORE. *Quos ego* Reg. Put. Busl. Leid. prim. Bern. Rel. et novem Heinsii. *fraterno dilexi* ex Leidensi utroque et alio receperat Heinsius. Reliqui ceteri nostri et vett. edd. omnes inverso ordine; quem contra libros mutari non puto consultum esse. Versu seq. *pignora* Pirckh. et ed. Bonon. Versu 67. *amplector* prim. Vat. Barb. Reg. Mor. Rel. Guelferb. a sec. m. Berol. et duo Heins.

68. IN LUCRO EST. Voculae *est* eam collocationem, quam expressimus, plerique codd. Heinsii, nostri et vett. edd. nostrae agnoscunt, nisi quod ex his Bononiensis, Aldina et Veneta priores prorsus illam delent, et cod. Putean.: *in lucros quae* etc. In fine illud verbum ponunt solus cod. Patavinus et editorum qui auctoritatem habent Aldus in secunda editione et Heinsius. Denuo repetitum in fine, sed deletum Guelf. habuit.

70. COMPLECTENS Guelf. Palat. sec. fr. Rev. Jun. Leidd., Reg. Put. Gall. Mor. Francof. Serv. Busl. viginti alii Heinsiani, cod. Bersm. Bern. Rel. Berol. Crev. et ed. prim. Heinsii. Palatinus primus tamen cum reliquis codd. et vett. edd.: *Amplectens*. Senec. ep. 1: *complecti horas*, ep. 4: *complecti vitam*.

74. VISA SUO EST. Non ita multi codd.: Leid. uterque Reg. Gall. Busl. undecim alii et ex nostris Rel., prim. ed. Heinsii et nostrae veteres omnes: *meo est*. Reliqui id, quod post Heinsii

**Sic doluit Mettus, tunc cum in contraria versos  
Ultiores habuit proditiōnis equos.** 75

75. Priamus doluit — versus. 76. equus.

ium recepimus, nisi quod Berol.: *mea est et meo, delete est Bononiensis quidam.*

75. 76. SIC DOLUIT METTUS, TUNC CUM IN CONTRARIA  
VERSOS ULTORES HABUIT PRODITIONIS EQUOS. Hoc distichon  
ea forma, qua in libris tantum non omnibus exstat:

*Sic doluit Priamus* (ita enim libri et edd. veteres, non quomodo Heinsius et Burmannus ediderunt: *Priamus doluit*)

*tunc cum in contraria versus*

*Ultiores habuit proditiōnis equos,*

putidum et nugatorium esse, ut quod maxime, nemo negabit; adeoque praestare, ut eiiciatur, quam sic servetur, cum Heinsio et Jo. Schradero in Emendatt. p. 204 et schedis antographis censeamus oportet. Nam neque comparatio ad rem facit et sensus in posteriori versu desideratur et locutio: *in contrarium verti sine exemplo est.* Quaeritur igitur, an levi opera emendari possit. Vir doctus nescio quis a Burmanno laudatus ita tentabat:

*Sic primus doluit tunc, qui in contraria versos*

*Ultiores habuit proditiōnis equos;*

Quod Burmannus non ex Ovidiano loquendi genere, Schraderus adeo ridiculum censebat. At vetustissima est huius loci scriptura, quam Naugerius tanquam ab aliis probatam commemorat:

*Sic doluit Mettius, tunc cum in contraria versos*

*Ultiores habuit proditiōnis equos,*

in qua quod culpetur, vix invenias. Violentior videtur? at *Mettus* codd. est scriptura, Heinsianorum Combii et unius Bononiensis, nostri Relandini et editionis Bononiensis; *equos* sex Heinsiani et Relandinus exhibent: *equus* Guelferb. a correct. *versos* correctio est facillima et *verso* Bononiensis habebat. Displicet in earmine exemplum ex historia petitum? ita solet Ovidius interdum in his libris, credo, doctiorum Graecarum fabularum penuria, vid. 3, 5, 43, 44 et eadem haec historia inter fabulas plurimas legitur in lb.

32. Dicendi genus reprehendis cum D. Heinsio, *actos equos potulas, non versos?* ita sane in eadem re Seneca ep. 14: *distractos diversa actis curribus membra.* Sed lege Gellii locum ab aliis prohibutum et Dionem Cassium l. 41, c. 7: *ἐς ἀμφίβολον καθ' ἑαμένοι τοῖς τε σώμασιν ἀνεσπώντο καὶ τὰς ψυχὰς δίχα διπροῦντο.* Cfr. Manil. 2, 165:

*Dissimile est illis iter in contraria versus;*

ubi ipsum poetam loco plane gemello in lb. 281:

*Vel tua, ne genus hoc poenae cognoverit unus,*

*Viscera diversis scissa ferantur equis:*

*Quasi equi* certe sunt in *contrarium versi.* Am. 3, 11, 33 libri nonnulli: *pectusque leve in contraria vertunt:* quod vix scripsissent librarii, nisi hic Mettium legissent. *Ultiores equos* itidem habes in lb. 341. Mettii nomen, quod produci prima syllaba, ideoque

Tum vero exoritur clamor gemitusque meorum

Et feriunt moestae pectora nuda manus:

Tum vero coniux humeris abeuntis inhaerens

80 Miscuit haec lacrimis tristitia dicta meis:

Non potes avelli: simul ah, simul ibimus, inquit:

80. dicta suis.

metro hic repugnare cavillatur Heinsius, (memor Statii Silv. 3, 2 7.) oblitus, puto, erat loci Virgiliani, Aen. 8, 642:

*Haud procul inde citae Mettium in diversa quadrigae,*  
ubi vid. interpretes, quem Sid. Ap. Paneg. Anth. v. 290 imitatus  
quanquam Salmasius ad Flor. I, 3 ubique *Mettum* legendum esse  
auctor est, accedente Weicherto v. dss. de Furio Bibaculo p. 335  
At nemo vir paulo doctior probavit istos versus. Auctoritatibus  
agamus? Probaverant olim Claud. Salmasius et Jo. Fr. Gronovius  
cuius epistolam ad illum scriptam habes Syll. 2, p. 540, ubi haec  
leguntur: „De Mettio verissime correctum vel invitis Msa. Nulli  
fidiculis inde extorqueatur sensus, qui ad aliam historiam alludat  
Subtilitas illa distinguentis inter: *in contraria versi* et: *in diversa*  
*acti* eum decet, qui quid *agere*, quid *diversum* sit, ignorat.” Ex iis  
quae haec sequuntur in epistola patet satis inique iudicasse de  
Heinsiorum annotationibus quibusdam istos viros, quod cum intel-  
lexerit Nicolaus Heinsius, inde putaverim factum, ut paulo pertina-  
cius suae sententiae inhaereret. Tale quid commisit sequ. el. v.  
21. et ad Met. 10, 225, ubi Is. Vossi coniecturam reticuit: *Lugubris sceletis.*

77. CLAMOR GEMITUSQUE. *clamor fletusque* Palat. prim. e  
prim. ed. Heins. *luctusque* exc. Voss.

80. TRISTITIA DICTA MEIS. *tristitia verba meis* Guelf. Pirckh  
Palat. sec. Reg. Gall. Bern. Francof. quatuor alii et ed. Bonon  
*verba suis* cod. Bersm. *dicta suis* Gall. pro v. scr. Mor. Berol. e  
tres Heinsiani, quod ille edidit tanquam eadem elegantia dictum, at-  
que Her. 14, 67:

*dumque queror, lacrimae sua verba sequuntur,*  
et quae collegit ad Her. 17, 152. Verum si *implentur lacrimae*  
*verba* Her. 6, 58, h. e. quasi perfunduntur, si *cadunt in singula*  
*verba lacrimae* Tr. 3, 5, 14, h. e. quasi incidunt et illa inficiuntur  
si *admittuntur fluctus in verba novissima*, Met. 11, 256, cur non  
in duorum complexu alterius dicta ab alterius lacrimis quasi tunc  
poeta fluxerit; cur non omnium reliquorum librorum retineamus  
scripturam: *dicta meis?*

81. NON POTES — INQUIT. *Ne potes* Pal. prim. *simul a*  
Heinsius edidit ex Palat. prim. Leid. sec. octo aliis et prima edi-  
tione. *simul ha* Jun. Rev. Leid. prim. Bern. Crev. *simul a* Putean  
Reliqui Heinsii et nostri cum vett. edd. et Bersm. cod.: *simul hinc*  
idem Guelf. a pr. m. habuerat, a sec.: *sine me* exhibebat. inquit  
idem Heinsius introduxit ex Jun. fr. Rev. Leid. prim. Palat. sec.  
exc. Voss. a pr. m. Reg. Put. Gall. Mor. Serv. Busl. Francof.

Te sequar et coniux exsulis exsul ero:  
 Et mihi facta via est: et me capit ultima tellus:  
 Accedam profugae sarcina parva rati.  
 Te iubet e patria discedere Cæsaris ira; 85  
 Me pietas: pietas haec mihi Caesar erit.  
 Talia tentabat, sicut tentaverat ante,  
 Vixque dedit victas utilitate manus.  
 Egredior, sive illud erat sine funere ferri,  
 Squalidus inmissis hirta per ora comis. 90  
 Illa dolore amens tenebris narratur abortis  
 Semianimis media procubuisse domo;  
 Atque resurrexit foedatis pulvere turpi  
 Crinibus et gelida membra levavit humo,  
 Ne modo, desertos modo complorasse Penates 95  
 Nomen et erepti saepe vocasse viri:

87. sic et. 91. dolore gravis.

cod. Bernm. undeviginti aliis melioribus; et ita Guelf. Palatinus  
 primus cum reliquis non multis: ambo.

85. A PATRIA. e patria credibile est multos Heinsii exhibuisse, quanquam Iunianum tantum notaverat, cum Francof. Bern. Guelf. et nostri omnes ita habeant. Edd. tamen veteres, uti exhibemus. Versu seq.: *Me cogit pietas haec mihi Bern. Me iubet et pietas haec mihi Rel. hic mihi Caesar Reg. pro v. scr.*

87. SICUT TENTAVERAT. Sic codd. haud vulgares et magno numero: Guelf. Palat. prim. et sec. fr. Rev. Put. cod. Bernm. exc. Voss. Leid. uterque, Jun. Reg. Gall. Mor. Serv. Bual. Seguer. Bern. Francof. Berol. Rel. Crev. et viginti alii, ed. prima Heinsii et nostrae consensu. Reliqui: *sic et*, quod Bersmannus primus edidisse videtur. *veluti* unus Heinsii.

89. SINE FUNERE. *sine vulnere* Rel. *cum funera* Serv. Berolinensis.

91. DOLORE AMENS. *dolore gemens* exc. Voss. Pirckh. Leid. uterque, Mor. pro var. scr. Berol., sed in rasura, Crev. quatuor Heinsii. *dolore canens* Bern. *dolore mei* Putean. Comb. duo alii, quod edidit Heinsius; *dolore gravis* unus Heinsii, quod Burmannus recepit. Reliqui et vett. edd. omnes id, quod exhibemus. *abortis* Palat. prim. et multi, ut frequens esse solet librorum in hac voce *opus*. Ex nostris Guelf. Bernensis, Rel. et ed. Bonon. melius *and* exhibent. *lacrimis narratur abortis* tres Heinsii. Vers. 92. *procubuisse via* Serv. et alius. Vers. 93. *Utque surrexit* Guelf. Vers. 94. *egelida* Guelf.

95. SE MODO, DESERTOS ETC. *Se tam* Reg. pro v. scr. *desertam* Leid. uterque, Rel. Seguer. *complorasse* ex Guelferb. sub *tura*, Palat. prim. et sec. Polit. utroque, Pirckh. Seguer. Reg.

Nec gemuisse minus, quam si nataeve meumve

Vidisset structos corpus habere rogos:

Et voluisse mori, moriendo ponere sensus,

100 Respectuque tamen non periisse mei.

Vivat: et absentem, quoniam sic fata tulerunt,

→ Vivat, et auxilio sublevet usque suo.

99. et moriendo. 100. posuisse.

Put. Mor. Serv. Busl. Francof. quindecim praeterea Heinsienis, tribus nostris, edd. prim. Heins. Bonon. et Ald. Reliqui libri scripti et impressi: *deplorassee*. Vers. 97. *nateque meumque* Guelf., sed postremam vocem à s. m.

99. MORI, MORIENDO. *mori et moriendo* ex Moreti et Iunii codd. recipere ausus est Burmannus. *moriendoque* Bern. Omnes reliqui libri id, quod exhibemus, quodque et verum est et elegans. *sensum* fr. Rev. pro var. scr.

100. TAMEN, NON PERISSE MEI. *mei — tamen* Reg. Busl. Deinde unus Gallicus: *posuisse*, idque Heinsius et qui eum sequuntur ediderunt. Verum non recte ita consequens pro antecedente ponitur. Hoc nomine praestat scriptura Guelf. et longe plurimorum codd. et vett. edd.: *periisse*; Quamquam si quidquam praeter necessitatem et librorum plurimorum aut optimorum auctoritatem nobis licere putaremus, facile praetulissemus, tanquam maxime ex usu Ovidiano, quod exc. Voss. Jun. Francof. Bern. et quintus Heinsii habebant: *non voluisse*. Non minus aptum, sed a libris nullis munitum est illud, quod Heinsius in schedis autographis divinaverat: *potuisse*. Quamquam nunc ipsum Francium annotasse video in ora libri sui: *al: potuisse*. Burmanno Secundo unice verum hoc videbatur ad Anthol. Lat. 4, 262:

*Ter conata sequi, ter spiritus haeserat ore:*

*Quod volui haud potui, te pereunte mori.*

102. VIVAT ET AUXILIO ETC. *usque meo* Bern. *ipsa suo* Gall. Busl. et quatuor Heinsii. Prior tamen versus gravi offensione nec iniuria doctis viris fuit. Ut enim anaphora verbi: *vivat* tolerari possit, certe nullo modo potest copula in eodem enunciato. Noli similem putare locum Her. 19, 151, 152. Hinc mirum non est, varias et sibi veroque dissimiles correctiones prolatas esse. Scalliger in margine ed. Gryphianae, quae in bibliotheca Regia Berolinensi servatur, perscripserat: *Tutet et*. Hinc iterum Dan. Heinsius eliciebat: *Jutet*, quod Nicolaus filius tantum non probabat. Idem tamen: *Di dent*, vel, *Dì facite*, vel, *Dì date*, ut tentabat. Deinde Francius: *Illa virum auxil.* Burmannus: *Servet ut*, vel aliud verbum, quod: *amet* notaret, sed in eius adversariis poeticis non reperiatur. Schraderus in schedis: *Curet et auxil.*, vel: *Tutata auxilio*. Medenbach-Wakkerus in Amoën. litt. p. 119: *Vivat et absenti, quoniam* etc., ut *et* prius sit pro *etiam*, vel. Sed ne illud

## IV.

**T**ingitur Oceano custos Erymanthidos ursae  
 Aequoreasque suo sidere turbat aquas:  
 Nos tamen Ionium, non nostra findimus aequor  
 Sponte, sed audaces cogimur esse metu.  
 Me miserum! quantis nigrescunt aequora ventis,

5

5. *increscunt.*

quidem mirandum est, in medela praesentissima pluribus convenisse. Facillima enim est. In epistola Gronoviana ad Salmasium supra laudata haec habes: „Hoc ego magis miror, quomodo *tutet* ausus fuerit repq̄nere, quod cum ineptissimum revera sit, speciem tamen habet rarioris verbi. Suavissima vero et frequens poetae haec repetitio est. Verissimum *to et in ut* mutari debere.” Haec sine indicio loci dicta Burman. Patrum fugiebant. Etiam Burmannus Secundus ista ignorasse videtur, qui ad Antholog. Latinae lib. 2, 125. ita hunc locum emendat:

*Vivit: et absentem, (quoniam sic fata tulerunt,)*

*Vivat, ut auxilio sublevet usque suo;*

quem altimum versum in libro eius ita interpunctum inveniebam: *Vivat ut, auxilio* etc. Schraderus Burmanni correctionem eatenus probabat, ut duram constructionem reprehenderet. Sed etiam prius illud: *Vivit* prorsus otiosum est. Nos antequam de illorum virorum sententiis quidquam cognovissemus, eodem modo, quae Salmasius, locum refingendum putavimus, mutato tantum posteriori *et in ut* et interpretamur ex omissione particulae demonstrativae *sic, ita*, de qua supra diximus ad el. 1, 88: *vivat, et ita quidem vivat, ut absentem* etc. Sic ab omni parte molestia quaevis removeatur. Si quis ordinem verborum inusitatum tamen existimet, potest consulto illum secutus poeta videri, ut illa, quae tamen perexigua est, obscuritate quasi occultaret, quidquid admonitio illa amantissimae uxoris iniucundi habere possit; haesitationem enim et verendum melius ita expressit, ac si verbis professus esset.

## IV.

Novam elegiam sed sine inscriptione facit primus Palatinus cum multis aliis. Inscriptionem addit Francof.: *describit tempus, in quo coepit navigare et continet mala, quae passus est.* Ex nostris tamen nullus, neque vet. edd. dirimunt a priori. Argumentum id exigere, primus notavit Tan. Faber epp. 1, 22.

5. NIGRESCUNT. *increscunt* Pal. sec. Gall. Rel. Franc. a s. m. et decem Heinsiani. *me crescunt* primus Politiani, qui inde illud alterum coniectura assecutus est. *crebrescunt* duo. *turgescunt* vel *horrescunt* alius. Reliqui libri omnes Palatino primo antesignano: *nigrescunt*, nisi quod Berolin.: *nigrescent*. Cfr. Met. 11, 500.



Erutaque ex imis fervet arena vadis;  
 Monte nec inferior prorae puppique recurvae  
 Insilit et pictos verberat unda deos.  
 Pinea texta sonant, pulsī stridore rudentes,  
 10 Adgemit et nostris ipsa carina malis.  
 Navita confessus gelidum pallore timorem  
 c. Iam sequitur victus, nec regit arte, ratem.

11. gelido. 12. victam non regit.

Rutilius Numant. Itin. 1, v. 100:

*Vidimus excitis pontum flavescere arenis;*  
 ex huius loci imitatione. Heinsius coniiciebat: *crudescunt.*

6. ARENA VADIS. *arena fretis* Regius a pr. m. Palat. sec. et quinque alii cum vet. edd. omnibus. Fortasse idem sub rasura in cod. Guelf. latet. Sed alterum legebat hic Rutilius, It. 1, 130:

*Exciliunt imis altius acta vadis.*

9. PULSI STRIDORE RUDENTES. Christiani Daumii Cygnensis coniectura commemoratur in Syll. epp. 4, p. 42 et 44, quam palmariam dicit Heinsius: *pulsi stridere rudentes.* Facilem esse concedo: interpretatione tamen magis quam vulgata indiget. Illi viri *stridere* infinitivum videntur credidisse, qualis apud Virgilium frequens, velut Aen. 8, 215:

*Discessu mugire boves atque omne querelis*

*Impleri nemus et colles clamore relinqui;*

Sed eum usum apud Ovidium non memini inveniri. Quodsi pro perfecto illud habeas, solet id quidem cum praesenti ab hoc poeta componi, sed significatu non alio atque aoristi graeci aut perfecti in utraque lingua proprio: e locis Art. am. 1, 184, 412; Fast. 4, 309, 917; Cons. ad Liv. 370, nihil eiusmodi extundes, quale apud Sen. Hippol. v. 87:

*Minoa tellus, cuius innumerae rates*

*Tenuere pontum;*

vel Statium Silv. 1, 4, 36: *vaga cingitur astris*

*Luna et in Oceanum riui cecidere minores;*

Quare *stridore* ita acceperim, uti Servius in loco Virgilii supra apposito: *clamore*, cfr. Macrob. Sat. 6, 8; aut per asyndeton, coll. Met. 11, 495.

10. ADGEMIT. *Ingemit* Guelf. Palat. sec. Serv. *Ingemit* in nostr. cod. Bersm. *Ingemuit* Gall. et tres Heinsii.

11. GELIDUM PALLORE TIMOREM. *gelido* Heinsius ex Moreti cod. et duobus aliis, cui numero interest aut accedit noster Reland., recepit sequente Burmanno et reliquis editoribus. *gelidum* tamen reliqui Heins. et nostri libri cum vet. edd. ita tument, ut revocandum esse facile pateat; et ita alibi Ovidius *gelidum metum, terrorem, tremorem, horrorem*, adeoque *gelidum frigus* Fast. 2, 754 dixit: *gelidum pallorem* non item.

12. IAM SEQUITUR VICTUS NEC REGIT. *Insequitur* Reland. a pr. m. *victam* Heinsius edidit, quod post eum omnes retinuerunt.

Vtque parum validus non proficiencia rector.

Cervicis rigidae frena remittit equo:

Sic quo non voluit, sed quo rapit impetus undae, 15

Aurigam video vela dedisse rati.

Quod nisi mutatas emiseric Aeolus auras,

In loca iam nobis non adeunda ferar.

Nam procul Illyriis laeva de parte relictis

15. Sic non quo.

Quamquam autem ita hunc locum laudat Mariangelus Accursius in notis ad Met. 2, notante Heinsio, et locutio usitata est poetis, cfr. Sen. Hippol. 183. et quae Burm. ad Her. 19, 183 affert, tamen libri agnoscunt nulli et ne Heinsii quidem auctoritate illa scriptura defenditur, qui in exemplari notas eius ab ipso emendatas habente, sed oscitanter a Burmanno inspecto non: *victam*, sed: *victa* se probare testatus erat, ut sit *victa ars*, quemadmodum Fast. 3, 593: *Vincitur ars vento*. Verum si has librariorum ineptias excipias: *vechus* Gall. *fluctus* duorum Heins. et Crev. *ventos* trium eiusdem; libri et editiones veteres consentiunt in scriptura: *victus*, quam cur loco moveamus, causae nihil est. El. hui. libri 11, v. 43: *Vincat hinc hominem*, et similia passim. *nec regit* recepimus ex Heinsianis Palat. prim. exc. Voss. Leid. prim. sec. Gall. et quinque aliis cum eius prim. ed., nostris Bern. Berol. Rel. Crev. Edd. vett. omnes: *non regit*.

13. PROFICIENTIA RECTOR. *proficienda* Palat. prim. *vector* Serv. Francof. a prim. m. et octo Heinsiani. Nec displicuisse videtur Heinsio, fortasse quia *regit* praecessisset. Burmannus perverse vulgatum defendit, quasi non aequè bene *vector* atque *rector* in utroque, navigio et equo, diceretur. Sed tuta est illa scriptura scriptorum librorum etiam nostrorum omnium et edd. vett. consensu. *victor* Putean. et duo. *miles* Regius.

15. SIC QUO NON VOLUIT. Hinc iterum intelligitur cod. Palatini primi bonitas, qui cum paucis, fr. Rev. Serv. Seguer. Francof. Rel. et duobus aliis id servavit, quod multo est altero, quod editores probarunt, elegantius. In vulgata: *Sic non quo voluit* vulgaria et protrita omnia, in illa scriptura elegans verborum: *non voluit* et: *rapit* per: *quo* copulatum oppositio et efficacia eadem, quae 5, 10, 16:

*Quae sibi non raptò vivere turpe putant;*

de qua locutione vide Markl. ad Stat. Silv. 1, 1, 82. Eundem ordinem in voculis corruptis servant Bern., qui: *Si quo non*, Morret.: *Sed qua non*, Busl.: *Sed quo non valuit*. *trahit impetus* exc. Voss. et duo Heinsii, fortasse Francof. et Rel.; accedit Crev. et cod. Dresd. *capit* Palat. sec.

16. AURIGAM. Relandi cod. glossam rarioris hoc significatu vocis habebat: *Rectorem*, sed addita a sec. m. meliore scriptura. Versu seq. *immiserit* duo Heinsii. *undas* Gall. *alas* cod. Voss.

19. ILLYRUS LAEVA DE PARTE RELICTIS. Codd. Heinsii

20 **Interdicta mihi cernitur Italia.**

Desinat in vetitas quaeso contendere terras,  
Et mecum magno pareat aura deo.

Dum loquor, et cupio pariter timeoque revelli,  
Increpuit quantis viribus unda latus!

25 **Parcite, caerulei, vos saltem, numina ponti,**  
Infestumque mihi sit satis esse Iovem.

Vos animam saevae fessam subducite morti;  
Si modo, qui periit, non periisse potest.

---

25. vos parcite.

praeter unum omnes, nostri Guelf. Seguer. Rel. Berol. Crev. et edd. vett. omnes: *Illyricis*, vel *Illiricis*, vel *Hylliricis* — *relictis*. *Illyrico* — *relicto* unus Heinsii, quod illi placebat. Coniiciebat praeterea: *Illyrioi* — *relicti*. Tanaqu. Fabri correctionem epp. 1, 23: *Illyriis* — *relictis* ut reciperet, non poterat a se impetrare, sed versu Propertiano 3, 7, 10 Lachm. astruxit:

*Dic alias iterum naviget Illyrias.*

Posterioribus editores iure illam probaverunt, et, si Stettlero fides est, ita extabat in Bernensi. Veterem editionem suam: *Icon* habere notaverat, quod non intelligo quid sit. *parte petitis* Jun.

22. **ET MECUM MAGNO PAREAT AURA DEO.** *Et mihi cum* Palat. prim. Gall. et prim. ed. Heins. *pareat illa* exc. Voss. a sec. m. et codd. non ita multi, sed post Aldinam secundam et Bersmannum, qui denuo id recepit, editiones occupavit. *ipsa* Putean. Francof. Jun. *unda* prim. Palat. Moret. Gall. Busl. Polit. sec. fragm. Rev. Leid. prim. viginti tres Heinsii, Bern. noster Reland. vett. edd. omnes. *unba* Leid. sec. *aura* Guelf. Palat. sec. prim. Politian. exc. Voss. a pr. m. prim. Vatic. octo alii, quos castigatiores dicit Heinsius, nostri Berol. et Crev. Parum refert.

23. **CUPIO PARITER TIMEOQUE REVELLI.** *timeo cupio pariterque* Palat. prim. Leid. uterque. *timeo pariter cupioque* Guelf. et tres. *revelli* exc. Voss. Barberin. unus Patavin. Crev. Reliqui omnes cum vett. edd.: *repelli*. In tam levi unius lineolae discrimine paucos libros cum Heinsio sequimur. Idem imitatione expressit Rutilius It. 1, 19:

*At mea dilectis fortuna revellitur oris.*

25. **VOS SALTEM, NUMINA PONTI.** *vos parcite numina* ex prim. Polit. prim. Vatic. Palat. sec. uno Bonon. et Rottendorph. recepit Heins. Accedit Guelf. Nos reliquos sequimur praeter Moret., qui: *saltem vos*, Berol., qui: *mihi saltem*, cod. Bersm., qui: *vos tantum*, quod in Merulae editione extat. *numina* in rasura Guelf. exhibebat a s. m.

---

## V.

**O** mihi post illos nunquam memorande sodales,

O cui praecipue sors mea visa sua est;

Attonitum qui me, memini, carissime, primus

Ausus es alloquio sustinuisse tuo;

Qui mihi consilium vivendi mite dedisti,

5

Cum foret in misero pectore mortis amor;

Scis bene, cui dicam, positis pro nomine signis,

Officium nec te fallit, amice, tuum.

Haec mihi semper erunt imis infixæ medullis.

Perpetuusque animæ debitor huius ero.

10

Spiritus et vacuas prius hic tenuandus in auras

## V.

Inscribunt Francof.: *Ad amicum, qui nominari fugit*; Pirckh. et Berol.: *Laudat consortem misero sibi Naso sodalem*; edd. vet. *Ad amicum, qui etiam in adversis fidus permanserat*.

1. **POST ULLOS NUNQUAM MEMORANDE.** *memorande* Palat. prim. fr. Rev. Put. Leid. uterq. Jun. Gall. Mor. Busl. viginti tres alii et prim. ed. Heinsii, Bern. et nostri cum vet. edd. *memorate* Palat. sec. *numerare* Serv. Reliqui: *numerande*, quod Heinsii tempore editiones occupaverat. *nullos unquam* Palatinus uterque, Leid. sec. et Aldinae. Priores editiones omnes et codd. longe plurimi id, quod exhibemus, quodque nulla idonea causa mutare voluit Heinsius in: *ullos nusquam*.

2. **O CUI.** *Et cui* Guelf. Palat. uterque, Leid. sec. quatuor Heinsii et vet. edd. nostrae omnes.

5. **MITE DEDISTI.** *mite fuisti* unus Mediceus, interpolatus ex 4, 2, 32.

8. **TUUM.** *meum* Leid. uterque et pro var. scr. fr. Rev. cum Regio; quos non appellasset multos Burmannus, nisi occasionem ineptae correctionis captasset. Vers. seq. *confixa* Guelf.

10. **ANIMAE.** Sic Palat. uterque, Jun. fr. Rev. Leid. pr. Reg. Gall. Busl. Francof. cod. Bersm., sedecim alii Heinsii cum prim. ed., nostris edd. vet. et codd. praeter Guelf. et Rel., qui cum reliquis: *animi*.

11. **SPIRITUS ET VACUAS PRIUS HIC TENUANDUS.** *hic tenuatus* Crev. *Spir. hic v. pr. extenuandus* Serv. Busl. Seguer. Jun. Leid. pr. sex Heinsiani et eius prima editio, item nostrae veteres praeter Bononiensem. In eadem scriptura *extenuatus* habent fr. Rev. Bern. *Spir. in vac. prius et tenuandus* Moreti et quinque Heinsii, nostri Berol. et Rel. Nimirum transpositis invicem per librariorum vocalis: *et et; hic*, alterum deinde abiit in: *in alterum* in: *ex*.

- Ibit et in tepido deseret ossa rogo,  
 Quam subeant animo meritorum oblivia nostro  
 Et longa pietas excidat ista die.  
 15 Di tibi sint faciles et opis nullius egentem  
 Fortunam praestent, dissimilemque meae.  
 Si tamen haec navis vento ferretur amico,  
 2 Ignoraretur forsitan ista fides:  
 Thesea Pirithous non tam sensisset amicum,  
 20 Si non infernas vivus adisset aquas:  
 Vt foret exemplum veri Phoeus amoris,  
 Fecerunt furiae, tristis Oresta, tuae:  
 3 Si non Euryalus Rutulos cecidisset in hostes,  
 Hyrtacidae Nisi gloria nulla foret.  
 25 Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,  
 Tempore sic duro est inspicienda fides.  
 Dum iuvat et vultu ridet Fortuna sereno,  
 Indelibatas cuncta sequuntur opes.

## 24. NISO.

16. PRAESTENT DISSIMILEMQUE. *praestant* Palat. uterq. Leid. uterq. Jun. fr. Rev. *assimilemque* Pal. prim. prim. ed. Heinsii.

19. NON TAM. *nunquam sensisset* Leid. pr. et tres Heias.

21. *veteris Phoeus* Jun. *Phocaeus* vett. edd. demum Vicentina, Veneta, Parmensis secunda et Aldinae, e quibus in seriores usque ad ipsam Heinsianam manavit.

22. ORESTA. Bersmanni et Josephi Scaligeri est emendatio. Plurimos, quamquam non omnes libros, quia pertaesum est, opinor, pro vitioso: *Oreste* Heins. nuncupabat, quod et nostri utriusque artificii habent.

24. NISI. Niso fr. Rev. et duo Heinsii, quod ille recepit. Accedunt nostri Rel. Crev. floril. Murmell. et vett. edd. Bonon. Vic. Ven. Nobis duriusculum, videtur dici: *mihî gloria nulla est, contra aptissime: gloria Nisi, quam ex fabulis habet, nulla foret;* cfr. Met. 11, 579, 684. Atque ita 6, 22: *Penelope esset fama secunda tuae.* Quare librorum longe plurimorum scripturam expressimus. Vers. seq. ut *fulmen* Palat. prin.

26. INSPICIENDA. *conspicienda* fr. Rev. Bern. et Vincentius Bellovacensis Spec. Histor. 7, 119. *aspicienda* Rel.

27. VULTU RIDET — SERENO. *ridet vultu* Pat. et floril. Berolinense. *secundo* Mor. Serv. Jun. et septem Heinsii, cod. Bersm. Bern. Rel. a pr. m. ed. Bononiens. et idem Vinc. Bellov. l. 1.

28. CUNCTA SEQUUNTUR. *sequuntur* Reg. Bern. Schraderus tentabat: *turba sequuntur*, coll. Fast. 3, 372; Tr. 1, 9, 13, 17.

At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur ulli,

Agminibus comitum qui modo cinctus erat.

30

Atque haec exemplis quondam collecta priorum

Nunc mihi sunt propriis cognita vera malis:

Vix duo tresve mihi de tot superestis amici,

Caetera Fortunae, non mea, turba fuit.

Quo magis, o pauci, lassus succurrite rebus

35

35. rebus — lapsis.

Sed seipsum revocabat propter 1, 9, 26 ubi si quid pro si quam legeretur. Adde Pont. 2, 3, 24;

*Quae simul intonuit, proxima quaeque fugat.*

Pont. 3, 6, 31: *fortissima quaeque*. Stat. Silv. 2, 1, 84; *non omnia sanguis proximus alligat.*

29. AT — ULLI. *An simul Palat. prim. fugitur Mor. nosc. ullus Bera. et Pirckh.*

30. CINCTUS. *cunctus* Crev. *vinctus*, vel, *iunctus* Pirckh. *iunctus* ed. Bonon. *notus* Bern. Vers. seq. *hoc exemplis* Palat. prim. *his exempl.* Pirckh. Crev. *collata* Pirckh. Berol. alius Heins. *inducta* Bern. a. pr. m.

32. NUNC MIHI ETC. *Nae mihi fr.* Rev. *cognita verba* Palat. sec. Put. a pr. m. *facta* Put. a sec. aut tertia manu. Franciscus volebat: *Haec hominum exemplis.*

33. VIX DUO. *Vos duo* Leid. prim. Franciscus malebat: *amicis*; nihil opus; cfr. Amor 2, 12, 10. Hoc distichon extat apud Vincent. Bellov. sp. h. 7, 119.

35. LASSUS SUCCURRITE REBUS. Codd. longe plurimi Heinsii, nostri Guelf. Rel. Berol. Crev. et edd. vett. a Rubeana ad Aldin. sec.: *rebus — laesis — laesis — rebus* Leid. uterque. *rebus — lapsis* Mor. Pirckh. Jun. tres. Heinsii, cod. Bersm. cod. Seguer., Rel. pro var. scr. et ed. Bononiensis: *lassis — rebus* Palat. prim. *rebus — fessis* unus Bonon. Heinsius in schedis magna exemplorum vi unumquodque horum dici probaverat, unde quaedam modesta immodestia sibi vindicavit Burmannus. Non minus recte cum verbo *succurrere* omnia ista iungi disces e locis Met. 15, 632:

*Utque saluifera miseris succurrere rebus*

*Sorte velit etc.*

Pont. 2, 9, 11.: *Regia, crede mihi, res est, succurrere lapsis.*

Am. 3, 11, 8.: *Saepe tulit lassus sucus amarus opem.*

Nos codicem Palatinum secuti sumus his potissimum de causis: primum, quia is liber vel solus quem sequamur, dignus est; deinde, quia, si Heinsio fides est, ne solus quidem ita habebat; annotaverat enim in notis editis, *alios* ita exhibere, quos tamen ignoramus: idem de ordine verborum existimari velim, quia eum, quo secundum Palatinum ex collatione Gebhardi versus concipiendum putamus, in hoc ipso libro Heinsius in schedis reticuit. Tum, quia codicis scriptura; *fessis* glossa eius videtur esse, quam probavimus. Po-

Et date naufragio littora tuta meo:  
 Neve metu falso nimium trepidate, timentes,  
 Hac offendatur ne pietate deus.  
 Saepe fidem adversis etiam laudavit in armis,  
 40 Inque suis amat hanc Caesar, in hoste probat.  
 Causa mea est melior, qui non contraria fovi  
 Arma, sed hanc merui simplicitate fugam.  
 Invigiles igitur nostris pro casibus, oro,  
 Diminui si qua numinis ira potest.  
 45 Soire meos casus si quis desiderat omnes,  
 Plus, quam quod fieri res sinit, ille petit.  
 Tot mala sum passus, quot in aethere sidera lucent

45. meos si quis casus desideret. 46. petat.

stremo, quia *lassae res* bene conveniunt naufragio proxime commemorato, cfr. Pont. 2, 6, 11, 12, 13. *lassae res* dixit Sen. Herc. fur. 646. Plaut. Stich. 4, 1, 16:

— ut cuique homini res parata est,

*Firmi amici sunt: ubi res lassa labat itidem collabascunt.*

Sidon. carm. 5, v. 5: *lassatas res*, ubi vid. Savaron. *res fessae* frequenter dicuntur Silio Ital., vid. Rupert. ad, 1, 566. Stat. Theb. 4, 767.

40. INQUE SUIS. In sociis amat hanc Francius tentabat.

41. QUI NON — FOVI. quia non Palat. sec. Gall. novem Heinsii, Seguer. Rel. et edd. vett. usque ad Aldinam secundam. qua non Putean. *contraria* movi exc. Voss. Busl. Reg. pro var. scr. quatuor alii Heinsii, cod. Bersm. Bern. Crev. Huic scripturae, si modo plures codd. accederent, plus acuminis inesse possit, quam quod Burmannus caperet: cfr. Pont. 1, 1, 26. Sed codd. plurimi faciendi. pavi Pirckh. Vers. 43. En vigiles Francof., teste Heinsio.

45. CASUS SIQUIS DESIDERAT. Hunc in modum Guelf. et edd. vett. nostrae omnes, etiam posteriores, ad quas codd. ab Heinsio et aliis sine discrepantia hoc loco collati sunt. Quod Heinsius ediderat: *meos si quis casus* tantum cod. Seguer. certo constat habuisse, cui nostri Berol. et Crev. accedunt. *desideret* etiam ex Serviano tantum et duobus aliis ab illo receptum contra plurimorum et optimorum fidem, quamvis nostro Reland. et Berol. assentientibus.

46. PLUS, QUAM QUOD FIERI RES SINIT, ILLE PETIT. quod sciri Pirckh. Num *petat* codd. habuerint, ex Heinsii nota in editione minime constat, aut si constare videatur, schedis eius, ubi nihil eiusmodi extabat, dubium redditur. Etiam Bern. et nostri cum vett. edd. omnibus: *petit*, nisi quod Berol. eo scribendi compendio utitur, quo plerumque: *potest* significatur.

47. IN AETHERE SIDERA LUCENT. *sidera fulgent* Bern.

Parvaque quot siccus corpora pulvis habet;  
 Multaque credibili tulimus maiora ratamque,  
 Quamvis acciderint, non habitura fidem. 50  
 Pars etiam quaedam mecum moriatur oportet,  
 Meque velim possit dissimulante tegi.  
 Si vox infragilis, pectus mihi firminus aere  
 Pluraque cum linguis pluribus ora forent;  
 Non tamen idcirco complecterer omnia verbis, 55  
 Materia vires exsuperante meas.  
 Pro duce Neritio docti mala nostra poëtae  
 Scribite; Neritio nam mala plura tuli.  
 Ille brevi spatio multis erravit in annis  
 Inter Dulichias Iliacasque domos: 60  
 Vos freta sideribus totis distantia mensos

51. mecum quaedam. 61. sideribus notis.

Gall. et duo Heins. *aethera* Vinc. Bellov. Sp. h. 7, 119. Vers.  
 48. Francius volebat: *Parvula quot* etc. et vers. 49. idem,  
 nescio qua libidine abreptus: „Quid, si *Multa tuli prope credi-*  
*bili maiora* etc.” *fidemque* et sequ. vers. *habitura ratam* Palat.  
 Grim. et prim. ed. Heins.

51. QUÆDAM MECUM. *mecum quaedam* placuit Bersmanno  
 ex suo cod. et Heinsio ex Pirckh. Gall. et quatuor aliis. Accedunt  
 Guelferb. Rel. Crev. Reliqui libri omnes eo ordine, quem revo-  
 crimus.

52. POSSIT. *possint* fr. Rev. Pirckh. et veteres edd., quam-  
 vis diversae originis, consensu omnes usque ad Aldin. secundam.

53. SI VOX — AERE. Scriptura Pal. primi et codd. pluri-  
 orum cum vett. edd.: *Si vox infragilis, pectus mihi firminus esset.*  
 In hac: *non fragilis* Put. Serv. tres Heins. Francof. (a m. s. Kleinio  
 stante,) *mihi pectus* Guelf. a sec. m. *firmior* Crev. *non fragilis*  
*mihi pectus firminus esset* Polit. sec. — Guelf. a pr. m. cum in-  
 interpolatorum secta, prim. Vatic. Palat. sec. Seguer. Jun. et quin-  
 te aliis: *Si vox in fragili mihi pectore firmior esset*; idem, sed:  
*fragili* Polit. prim. Hi tamen correctores assequi non potuerunt,  
 sed duo Heinsiani et cod. Bersmanni servaverunt: *pectus mihi*  
*firminus aere*, quod probaverat Gruterus, quodque dubitari vix po-  
 test, quin unice verum sit.

57. NERITIO. *Narratio* et vers. 58. *Naricio* Palat. prim. et  
 Guelferb. plurimi codd. et vett. edd. Correxerunt iam Bers-  
 mannus.

61. SIDERIBUS TOTIS DISTANTIA. *sideribus notis* Heinsius  
 addidit e Combiano et uno Bononiensi; qua de causa, nescio, et  
 quod in schedis adscripserat Virg. Aen. 6, 796: *iacet extra sidera*  
*lucis, Extra anni solisque vias*, huc vix pertinet. Melius adhibuis-



**Detulit in Geticos Caesaris ira sinus.**

**Ille habuit fidamque manum sociosque fideles:**

**Me profugum comites deseruere mei.**

65 **Ille suam laetus patriam victorque petebat:**

**A patria fugio victus et exsul ego.**

**Nec mihi Dulichium domus est, Ithaceve, Sameve,**

**Poena quibus non est grandis abesse locis:**

**Sed quae de septem totum circumspicit orbem**

70 **Montibus, imperii Roma deumque locus.**

**Illi corpus erat durum patiensque laborum:**

**Invalidae vires ingenuaeque mihi.**

62. Sors tulit in Get. Sarmaticosque sin.

set Sen. suasor. 1. p. 2. Gron.: *interceptus tenebris dies, ipsum grave et devium mare, aut nulla aut ignota sidera*; vel schol. Triclinii ad Soph. Oed. tyr. 792: *οἱ φεύγοντες ἀειφύλακτοῖς ἄστροις ἐσημειοῦντο τὴν ἐαυτῶν πατρίδα*, quaeque alia ad illustrandam vulgatam adhibet Meursius Exerc. crit. p. 2. l. 3. c. 31. Sed tu confer *totum polum* Fast. 1, 654., *totum coelum* Manil. 2, 397., *tota aequora* Met. 13, 955., *totum Helicon* infr. 4, 10, 23.

62. DETULIT IN GETICOS CAESARIS IRA SINUS. Sic Palat. prim. Gall. Busl. Mor. Pirckh. Jun. exc. Voss. Polit. sec. decem alii Heinsii, Bersm. Bern. Crev. Dresd. ed. Bonon. et pro var. scr. a sec. m. Francof. et Reland. In eadem scr. *Distulit* Leid. uterque et alius Heinsii. *Detulit in Geticos Sarmatis ora sinus* Guelf. prim. Vat. prim. Polit. *Detulit in Geticos Sarmaticosque sinus* Put. Palat. sec. fr. Rev. tres Heinsii. Reliqui libri in hac scriptura: *Sors tulit*, unus Vaticanus: *Fors tulit*.

63. FIDAMQUE MANUM SOCIOSQUE FIDELES. *fidamque domum* Pirckh. *fidusque sodales* Gall. alius Heins. et Rel. pro var. scr. *certosque sodales* coniciebat Heinsius, aliud nescio quid Barmannus.

66. FUGIO. *fugi* Put. Serv. Pirckh. Leid. uterque, Jun. fr. Rev. Francof. quinque Heinsii, Rel. pro var. scr. *A patria profugus victus* Buslidianus, *ero idem* et Gall. *victus humo* Rel. pro var. scr.

67. SAMEVE. *Samosve* Guelf. Palatin. uterque, Reg. Pal. Gall. Mor. Serv. Busl. Leid. uterque, Jun. fr. Rev. Bern. Seguer. Rel. Berol. ed. prim. Heins. nostrae Bonon. Rub. Corall. Reliqui libri scripti et impressi id, quod ut minus usitatum, ita elegantius fatemur, quodque prae altera forma probat Serv. ad Aen. 3, 271.

70. MONTIBUS. *Moribus imp.* fr. Rev., unde Heinsius volebat: *Molibus. deumque domus* Santenius in ora libri sui tentaverat. Vers. seq. *laboris* Bern. Francius: *malorum*.

72. INGENUAEQUE. Sic Guelf Palatinus uterque, Reg. Pal. Mor. Serv. Pirckh. Leid. uterque, Seguer. Jun. fr. Rev. Francof.

Ille erat assidue saevis agitatus in armis:  
 Assuetus studiis mollibus ipse fui.  
 Ille deus oppressit, nullo mala nostra levante: 75  
 Bellatrix illi diva ferebat opem.  
 Numque minor Iove sit, tumidis qui regnat in undis;  
 Illum Neptuni, me Iovis ira premit.  
 Adde, quod illius pars maxima ficta laborum, 80  
 Ponitur in nostris fabula nulla malis.  
 Denique quaesitos tetigit tamen ille penates,  
 Quaeque diu petiit, contigit arva tamen;  
 At mihi perpetuo patria tellure carendum est,  
 Ni fuerit laesi mollior ira dei.

---

79. laborum est.

viginti unus alii et prim. ed. Heinsii, nostri codd. Berol. et Re-  
 landi. *Ingenuae vires invalidaeque* Vossianus. *ingenuaeque* Gall.  
 Reliqui codd. et edd. nostrae: *ingeniumque*, nisi quod Busl. Bern.  
 duo Heins. et Moret. pro div. scr.: *exiquaeque*. In fine versus: *mibi*  
 ut Crev. manus Seguer.

74. ASSUETUS. fr. Rev. cum quatuor Heins. et Bern.: *As-*  
*uetus studiis*. Vers. 77. *cumque Iove sit tumidis minor* etc. Bern.  
 et accentuum metro composito, ut solent interdum librarii.

78. IOVIS IRA PREMITS. *premit ira Iovis* Leid. uterque, Be-  
 ol. Crev. prim. ed. Heinsii.

79. LABORUM. *est* in fine versus omittunt Palat. prim.  
 Joelf. a pr. m. Reg. Put. Gall. Mor. Serv. Busl. Pirckh. Crev.  
 prim. ed. Heinsii et vett. nostrae omnes.

81. TETIGIT TAMEN ILLE. *tandem ille* Crev., quod Francius  
 coniecit. Wassenbergium notaverat Laur. Santenius in exemplari  
 suo correxisse: *rediit tandem ille penates*. Burmannus patruus in  
 Observ. Miscell. anni 1733, vol. 2. t. 1. p. 46., ubi personatus se-  
 ret ipsum cum Heinsio magnae diligentiae, eruditionis et sagacitatis  
 summi nuncupat, harum virtutum insigne specimen edidit, quum  
 invenisset: *reperit tamen ille penates*, notatus hoc nomine a Schra-  
 bero Emendatt. praef. p. 41.

82. QVAEQUE DIU ETC. *Quodque diu — contigit ille ta-*  
 men Bern.

84. NI FUERIT. *Ni modo sit* unus Heinsii, quod probabat.

---

## VL

**N**eo tantum Clario Lyde dilecta poëtae,  
 Nec tantum Coo Battis amata suo est;  
 Pectoribus quantum tu nostris, uxor, inhaeres:  
 Digna minus misero, non meliore viro.  
 5 Te mea supposita veluti trabe fulta carina est:  
 Si quid adhuc ego sum, muneris omne tui est.  
 Tu facis, ut spoliū non sim nec nuder ab illis,  
 Naufragii tabulas qui petiere mei.

6. ruina est. 7. ne sim nec.

## VL

Inscriptt.; *Conius narratur quantum Nasonis amatur* Pirckl  
*Ad Uxorem. Conius narratur etc.* Berol. *Ad uxorem Franco*  
 et edd. vett.

2. COO BATTIS AMATA SUO EST. *Clario est Bathis amata*  
 suo Palat. prim. Alii alia; *Bittis nullus. est delent* Vatic. unus  
 Berol. Rel. a sec. m. prim. ed. Heins. et nostrae vett. omnes.

5. SUPPOSITA VELUTI TRABE FULTA CARINA EST. *suppo-*  
*sita est veluti*, transposito a fine verbo, Put. Gall. et vett. edd  
 Rub. Parm. Cor. Bonon. Vic. Ven. Novar. *supposita veluti es*  
 reliquae tres; *delent est* prorsus Leid. prim. et quatuor ignoti  
 Bern. Berol. prim. ed. Heinsii. Hic vir legendum esse contendit  
*Te mea supposita veluti trabe fulta carina est*, et interpretaadum  
 de trabibus substerni solitis navibus in terram subductis, cuius con-  
 suetudinis idoneos auctores laudat; obloquente Burmanno, qui pa-  
 rum considerate negat fulciri naves dici posse trabibus, quae  
 subiiciuntur, quasi non ubique ita poëtae soleant. Serv. ad Virg.  
 ecl. 6, 53: *apud veteres unusquisque eo, supra quod iacebat, fulta*  
*dicebatur.* Jacobus Gronovius ad illam notam Heinsii in libro olim  
 suo adscripserat: *Quae Venus in hac similitudine?* paulo acutius  
 Sed cum in sequentibus de naufragio a se facto verba faciat poëta,  
 si dicere voluit se illud quamvis lacera navi evasisse tamen qua-  
 tenus licuerit, vix aliter potuit. Verbo rem expediam. Non pro  
 coniectura sua pugnavit Heinsius, sed pro codicis omnium optimi  
 Palatini primi scriptura; quod ipse addere oblitus est, Burmanno  
 non potuit, quia ipso Gebhardi exemplari inspecto opus erat. Lan-  
 quis non videt, quanto vulgata scriptura: *ruina* elegantior videtur  
 possit, tanto manifestiorem huius ab Italis profectam esse cor-  
 rectionem?

7. NON SIM NEC NUDER. *ne sim* trium codd. auctoritate  
 recepiſſe dicit Heinsius in notis editis, *ne* in uno inveniri in sche-  
 dis notaverat. Non necesse videtur a Guelf. et reliquis paene omni-  
 bus discedere, qui: *non sim nec.* cfr. Met. 13, 447. Nam tan-  
 tum Palat. prim. et ed. Novar. habent: *non sum nec.* Berol.  
*non sim ne.* ed. Bonon.: *non sim nae.*

- Atque rapax stimulantē fame cupidusque cruoris  
 Incustoditum captat ovile lupus; 10  
 Aut ut edax vultur corpus circumspicit ecquod  
 Sub nulla positum cernere possit humo:  
 Sic mea nescio quis, rebus male fidus acerbis,  
 In bona venturus, si paterere, fuit.  
 Hunc tua per fortes virtus submovit amicos, 15  
 Nulla quibus reddi gratia digna potest.  
 Ergo quam misero, tam vero teste probaris,  
 Hic aliquod pondus si modo testis habet.  
 Nec probitate tua prior est aut Hectoris uxor,  
 Ant comes extincto Laodamia viro. 20  
 Tu si Maonium vatem sortita fuisses,  
 Penelopes esset fama secunda tuae.  
 Sive tibi hoc debes, nulla pia facta magistra,  
 Cumque nova mores sunt tibi luce dati:  
 Femina seu princeps, omnes tibi culta per annos, 25  
 Te docet exemplum coniugis esse bonae,

9. CUPIDUSQUE. *sitiensque*; quod unus Mediceus habebat, in  
 notis ad Claudianum olim probaverat Heinsius.

11. EDAX VULTUR CORPUS. *edax corpus ultra circumsp.*  
 r. Rev., quem ordinem probare possis, si plures accederent. et  
 mod Palat. prim. Reg. Gall. Serv. Busl. Pirckh. Jun. Sed plures  
 edax putaverim ita habuisse, nam nostri omnes, si Bernensem ex-  
 cipias, et edd. vett. praeter Aldinam secundam eodem modo con-  
 spiciunt.

12. SUB NULLA. *sub nuda* editiones ante Bersmannum, ne-  
 que tamen vetustae nostrae. Josephum Scaligerum hoc probasse  
 prima est. *in nuda* tentabat Francius.

13. REBUS MALE FIDUS. Hoc ordine codd. Guelferb. Put.  
 Gall. Seguer. sex alii Heinsii et eiusdem prim. ed. Reliqui cum  
 edd. vett.: *male fidus rebus*; Burmannus extemporali correctione:  
*male fesus*. Vers. seq. *si patiare* Gall. Vers. 22. *Penelopes etiam*  
 prima Palat. prim. *secunda tibi* Bern. ed. Bonon.

23. SIVE TIBI HOC DEBES ETC. *haec debes* Putean. sex  
 Heinsii et Guelf., sed turbato ordine sub litura. *nulla magistra*  
 Reg. a pr. man. Serv. Leid. prim. decem Heinsii, Bern., qui ad-  
 dit in fine: *es*, Rel. et ed. Bonon. Reliqui codd. et vett. edd.:  
*nullo magistro*. Vers. seq. *sint* Reg. Put. Gall. Serv. fr. Rev.  
 Leid. prim. septem alii Heinsiani et Bernensis.

25. FEMINA SEU. *Marcia seu* Leid. sec. *cunctos tibi exc.*  
 oss. Crev. *omnis* Guelf.

Assimilemque sui longa assuetudine fecit,  
Grandia si parvis assimilare licet.

- Hei mihi, non magnas quod habent mea carmina vire  
30 Nostraque sunt meritis ora minora tuis;  
Si quid et in nobis vivi fuit ante vigoris,  
Exstinctum longis occidit omne malis:  
Prima locum sanctas heroidas inter haberes:  
Prima bonis animi conspicerere tui.  
35 Quantumcunque tamen praeconia nostra valebunt,  
Carminibus vives tempus in omne meis.

---

VII.

**S**i quis habes nostris similes in imagine vultus;  
Deme meis hederas, Bacchica sarta, comis.

1. nostri. 2. Bacchia.

27. sui. sibi Palat. prim. Guelf. a sec. m. Mor. Busl. Les uterque, quinque Heinsii, Francof. Bern. Rel. Vers. 30. minor tui Palat. prim. Vers. 31. Sicut et Reg. Pirckh. Si quod prim ed. Heins. Si quid ut in n. Francof. usus fuit fr. Rev. Schrader quatuor monosyllaba non admodum placebant; atque hanc ob causam Francius correxisse videtur: *Quicquid et.*

32. occidit; ex Reg. Put. Busl. prim. Vat. Politiani uterque, Francof. tribus Heinsianis, Guelf. sub litura, Bern. Rel. Cre edd. vett. Parmensi anni 1477 et Aldina prima. Reliqui libri edd.: *excidit.* Quamvis talium corrector aliquis curiosior fuisse potest, quam ipse poeta, qui certe vv. 27, 28 syllabam *ass* ter petivit. *ante malis* Seguer. Vers. 35. *praecordia* Francof. Vers. 36. *omne meum* Gall. Rel. a pr. m.

---

VII.

Inscr. : *Ad amicum* Francof. *Prohibet, ne eius statua honoratur.* *Admonet hic Naso sua ne celebretur imago* Berol. *Metri eadem* Pirckh. *Ad amicos; qui eius imaginem auro insculptam habent* edd. vett. praeter Bonon.

1. **NOSTRIS.** *nostri* ex prim. Vatic. Palat. sec. Busl. Francof. et tribus aliis receperat Heinsius. Accedunt Guelf. Bernens et Crev. Reliqui et vett. edd. omnes: *nostris.* Sed *nostros* Ba a sec. m. *vultus* — *nostris* Pirckh.

2. **BACCHICA.** *Bacchia* Put. prim. Polit. tres Heinsii, Berol.; idque edidit Burmannus. *Bacchea* Reg. & Gall. Francof.

Ista decent laetos felicia signa poetas ;

Temporibus non est apta corona meis.

Haec tibi dissimula, senti tamen, optime, dici, 5

In digito qui me fersque refersque tuo,

Effigiemque meam fulvo complexus in auro

Cara relegati quae potes, ora vides.

Quae quoties spectas, subeat tibi dicere forsau:

Quam procul a nobis Naso sodalis abest! 10

5. dissimulas sentis. 8. qua.

prim. man. *brachia* duo Heinsii. Reliqui et vett. edd. omnes: *Bacchica*. Vers. 4. *non haec apta* Franciüs. *acta corona* fr. Reavianum.

5. HAEC TIBI DISSIMULA, SENTI TAMEN. *Hoc* Palat. sec. Leid. sec. Moret. Serv. quatuor Heinsii, Guelf. *dissimula senti tamen optime* tres Vaticani Ciofani, cod. Bersm. Heinsianorum Reg. Pat. Gall. Mor. Seguer. Serv. Busl. Francof. Leid. uterque, Jun. fr. Rev. prim. editio et duodeviginti alii. Eodem modo ex Mstis laudat Meurs. Exerc. crit. 2, 1, 9. Idem Bern. et nostri codd. cum editionibus octo. Solus Crev. *omnia*, quod Ciofani quartus et Mor. pro var. sec. habebat. *dissimulas senti tamen optime* unus Vaticanus Heinsii habebat. *dissimula sentis tam. optime* Palat. uterque, Pirckh. ed. Bonon. Quae igitur inde a Bersmanno editiones inedit scriptura: *dissimula, sentis tamen omnia* longe minore librorum auctoritate nititur. Dan. Heinsius legebat: (*dissimula*) *sentis tamen omnia*; Nicolaus: *dissimulas, sentis tamen*. Jo. Schraderus in schedis his verbis annotaverat: „An non: *dissimulans; sentis tamen* -? scil. *scribo*; neque enim amicus ille adeo forte id dissimulare volebat. Cfr. 1, 5, 7: *positis pro nomine signis*, quod illic idem, quod hic *dissimulare* dicit.” At refragatur ingeniosae emendationi, quod *vocula tibi*, ad *dici* necessaria, sensu et interpunctione inde dispescitur. Hoc in Nicolai Heinsii correctione melius est observatum, si istaec verba: *dissimulas, sentis tamen* quasi uno spiritu continues, ut sit: *quamvis dissimules, sentis*; cfr. Her. 19, 57; quod si fiat, etiam Dan. Heinsii scriptura, sed omissa prava distinctione, tolerari potest. Sed *dissimulas* illud Nic. Heinsii recte Schraderus reprehendit: ista enim cautio et occultatio amico paulo amantiori minus, quam poetae pro amico metuenti convenit. Quare hoc quidem loco plurimorum scripturam revocandam censeo: *dissimula, senti tamen*, in qua nihil desideratur. Vers. 6. *fersque fersque* Heins. volebat.

8. CARA RELEGATI QUAE POTES. *Clara* Gall. Serv. fr. Rev. Berol. prim. ed. Heinsii. *qua potes* Mor. unus Vatic. Bern. Rel. prim. ed. Heius., quod ille cum Burmanno in ordinem recepit. Sed cfr. 1, 1, 16: *Contingam certe quo licet, illa pede*. Vers. seq. *Quam quoties* Palat. prim. prim. ed. Heins. *Haec*

- Grata tua est pietas; sed carmina maior imago  
 Sunt mea; quae mando qualiaecunque legas:  
 Carmina mutatas hominum dicentia formas,  
 Infelix domini quod fuga rupit opus.  
 15 Haec ego discedens, sicut bene multa meorum,  
 Ipse mea posui moestus in igne manu.  
 Utque cremasse suum fertur sub stipite natum  
 Thestias et melior matre fuisse soror:  
 Sic ego non meritos mecum peritura libellos  
 20 Imposui rapidis viscera nostra rogis;  
 Vel quod eram Musas, ut crimina nostra, perosus,  
 Vel quod adhuc crescens et rude carmen erat,  
 Quae quoniam non sunt penitus sublata, sed exstant:  
 Pluribus exemplis scripta fuisse reor.  
 25 Nunc precor, ut vivant et non ignava legentem  
 Otia delectent, admoneantque mei.  
 Nec tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,

25. legentum.

quoties Francius. Vers. 11. *est* delet Palat. prim. Vers. 13. *narrantia formas* Palatinus primus, alius Heins. et eius prim. ed.

15. *BENE MULTA* recte post Jacobum Pontanum dedit Heinsius ex prim. Vatic. Hamburg. fr. Rev. et duobus aliis. Accedit Guelf. et Berolinensis. *sicut tum multa* Palat. sec. Reliqui et vett. edd.: *sicut bona multa*.

25. *NUNC PRECOR — LEGENTEM*. *Nec precor* Jun. *ut vivant et non inana* Palat. prim. *legentes* Putean. et unus Vatic. Josephus Scaliger et Janus Dusa in exemplaribus suis, Graevius in epistolis ad Heinsium Syll. 4, p. 3, 24, 633, Burmannus secundus in margine libri sui pro eo, quod in omnibus praeter modo dictos libris, edd. vett. item omnibus est: *legentem*, maluerunt: *legentum*. Heinsius quoque probavit et annotaverat, *legentem* esse pro *lectorum* coll. 1. 2, 367. Posteriores editores, ut solent, secuti sunt. At causam non video, cur libri insuper habendi sint. Facilis est mutatio? at multo facilius refutatio ex lib. 2, 224:

*Excusasque oculis otia nostra tuis.*

*Otia* simpliciter dicit libros amatorios: *otia non ignava* doctum Metamorphoseon opus. Vers. 26. *admoneantque* Palat. prim.

27. *NEC TAMEN*. Sic Palat. uterque, Guelf. Reg. Put. Gall. Serv. Busl. Jun. fr. Rev. Bern. Berol. Rel. Crev. sedecim alii et prim. ed. Heinzii. Reliqui et edd. vett. nostrae: *Non tamen. ob illo* Palat. sec. fr. Rev. Put. Rel. et pr. ed. Heins. Placet, et magis etiam, si certi essemus, Palatinum primum ita habuisse. Notatum enim erat in exemplari illo Francofurtano: *duo Palatini*. Sed non a manu Gebhardi, uti videbatur.

**Nesciet his summam si quis abesse manum.**  
**Ablatum mediis opus est incudibus istud**  
**Defuit et scriptis ultima lima meis.** 30  
**Et veniam pro laude peto: laudatus abunde,**  
**Non fastiditus si tibi, lector, ero.**  
**Hos quoque sex versus, in prima fronte libelli**  
**Si praeponendos esse putabis, habe.**  
**Orba parente suo quicumque volumina tangis:** 35  
**His saltem vestra detur in urbe locus.**  
**Quoque magis faveas, non sunt haec edita ab ipso,**  
**Sed quasi de domini funere rapta sui.**  
**Quidquid in his igitur vitii rude carmen habebit,**  
**Emendaturus, si licuisset, eram.** 40

28. **NESCIENT** Palat. prim. Reg. Put. Gall. Serv. Jun. fr. Rev. Leid. prim. Francof. Guelf. Bern. Rel. a sec. m. sedecim Heinsii et eius prima editio. *Nesciat* duo Heinsiani. *Sentiet* Rel. a pr. m. Reliqui libri: *Nesciat. adesse* Jun. Pirckh. Seguer. Vers. 30. *certis* Gottorph. *ceris* corrigebat Heinsius, dubitante Schradero, *num ceris* lima conveniret. Vers. 31. *Nunc veniam*, vel, *Te veniam* Francius. Vers. 32. *si modo lector* Barberin.

35. **TANGIS** *tanges* Berol. *cernis* Palat. uterque, Gall. Pirckh. Jun. Rel. Seguer. Bern. novem Heinsiani, prim. ed. eiusdem et nostra Bononiensis. Accedit codex Metamorph. Berolin. bene antiquus, in quo hoc epigramma extabat. Idem in suo codice repertum Bersmannus quasi de aliqua hereditate adeunda explicabat; improbante hoc in schedis autographis Grutero. Vers. seq. *saltem in nostra* Serv. Gottorp. Pirckh. Rel. *in dextra* Palat. sec. in dicta Leid. prim.

37. **QUOQUE — AB IPSEO** *foveas* Palat. prim. Guelf. a pr. m. Leid. uterque, ed. prim. Heins. *non sunt haec* codd. Mor. Pirckh. sex alii Heins., edd. vett. Bononiensis, Parmensis prima et Aldina. Reliqui et reliquae: *non haec sunt. ab ipso* Put. fr. Rev. Gall. Busl. Seguer. Pirckh. Guelf. Rel. a m. sec. undecim Heinsii cum eiusdem prim. ed. et nostris Parmensi et Aldina. Reliqui codd. et edd.: *illo. edita prisco* cod. Berol. Metamorph. Vers. 39. *habebat* Francof.

40. **ERAM** Palat. uterque, Reg. Put. Mor. Serv. Busl. Leid. uterque, Jun. fr. Rev. exc. Voss. Seguer. undeviginti Heinsii, Bern. et nostri cum edd. vett. nostris novem. Reliqui codd. Aldina secunda et quaedam Bersmanniana seriores cum codice Berol. Metam.: *erat*.



## VII.

In caput alta suum labentur ab aequore retro  
 Flumina conversis Solque recurret equis;  
 Terra feret stellas, coelum findetur aratro,  
 Vnda dabit flammam et dabit ignis aquas;  
 5 Omnia naturae praepostera legibus ibunt  
 Parsque suum mundi nulla tenebit iter;  
 Omnia iam fient, fieri quae posse negabam,  
 Et nihil est, de quo non sit habenda fides.  
 Haec ego vaticinor, quia sum deceptus ab illo,  
 10 Laturum misero quem mihi rebar opem.  
 Tantane te, fallax, cepere obliviam nostri,  
 Afflictumque fuit tantus adire timor,  
 Vt neque respiceres, nec solarere iacentem,  
 Dure, nec exsequias prosequerere meas?

12. Afflictumne — pudor. 14. neque exequ.

## VIII.

In Seg. annectitur priori. Inscr. *Ad amicum tepidum Francof. Contra falsum amicum. Deceptum falso Naso se monstrat amico* Berol. Versum eundem Pirckh. *In amicum, qui illi pollicitam fidem fregerat* edd. vett. octo.

1. IN CAPUT ALTA SUUM LABENTUR. *In caput acta suum* Francius. *volventur ab aequ.* Francof.

3. FINDETUR. *scindetur* Serv. Busl. Pirckh. Leid. uterque, Bern. Berol. Crev. ed. Bonon.

11. CEPERE. *tenuere* alter Polit. et Rel. a pr. m.

12. AFFLICTUMQUE. Ita libri quotquot inspecti sunt cum vett. edd. omnibus: idque praeter necessitatem ab Heinsio correctum in *Afflictumne* revocandum videtur. Ita etiam quae diversa sunt non semel a poetis copulantur. Her. 2, 90. Fast. 1, 301 sq. Neque hoc loco ne de rebus incertis quaerit, sed de certissimis affirmat; quid intersit, discas a Catullo 64, 178 — 183. In fine versus Burmannus correctiunculae faciendae gratia pro *timor* plurimos scriptos libros exhibuisse *pudor* tradidit idque argumento parum idoneo in ordinem recepit. At vero constat ex omni codd. numero tantum Seguerianum id habuisse, tum Buslidianum cum Francofurtano pro var. scr. a secunda manu. Omnes reliqui Heinsii, Bern. et nostri: *timor*, nisi quod in fr. Rev. huius scripturae quae olim glossa fuerat exstabat: *metus*. Vers. seq. *respicias* Palat. prim. *cadentem* Francius.

14. NEC EXSEQUIAS. Duram frontem Burmanni modo vidimus; iam et duras aures, qui: *neque exsequias*, quod primum in Aldina secunda anni 1516, tum in nonnullis usque ad D. Heinsii

Illud amicitiae sanctum ac venerabile nomen 15

Re tibi pro vili sub pedibusque iacet?

Quid fuit, ingenti prostratum mole sodalem

Visere et alloqui parte levare tui,

Inque meos si non lacrimam dimittere casus,

Pauca tamen ficto verba dolore queri, 20

→ Idque, quod ignoti faciunt, vale dicere saltem

edit. conspicitur, mollius indicat eo, quod codd. plurimi Heinsii, nostri et vett. edd. habent:  *nec.*  Vide Lachm. ad Prop. 5, 5, 50.

15. SANCTUM AC VENERABILE. Sic quatuor Heinsii, Bern. Berol. Crev. ed. Bonon. et Vincent. Bellov. Sp. h. 7, 119. Reliqui codd. cum floril. Berol. et edd. vett. octo:  *et venerabile. quondam venerabile*  Mor. Leid. uterque, Reg. pro var. scr. et quatuor Heinsii; noster Reland.:  *quondam et venerabile. venerabile numen*  Moreti cod. Utrumque,  *quondam et numen*  expressa esse ex loco Pont. 2, 3, 19, recte notavit Heinsius. Alteram scripturam imitatus Sen. ep. 14.  *sacrum et venerabile nomen philosophiae*  dixisse videtur.

16. RE TIBI plurimi servant codd. Ita laudatur hic locus a Vincent. Bellovac. Spec. hist. 7, 119, et a librario cod. Pirckh. in margine Pont. 2, 14.  *Nas*  vel,  *Nunc tibi*  Leid. prim. Posterior edd. vett. praeter Bonon. habent.  *Quas tibi*  fr. Rev.  *Haec mihi*  florileg. Berolin.

17. QUID FUIT.  *Quid fugis*  fr. Rev. unus Vatic. Berolin. Francius adscripterat:  *posset, Quantum erat.*  Vers. 19.  *lacrimis*  Palat. prim.  *lacrimam*  Put. Gall. Serv. Busl. Jun. Palat. sec. fr. Rev. septem Heinsii, noster Guelf. et Crev. Reliqui et vett. edd.  *lacrimas. demittere*  malebat Francius et ita Serv. cod. habebat. conf. Met. 1, 261. 2, 310. Markl. ad Stat. Silv. 2, 2, 142. 3, 3, 77.

20. QUERI Heinsius edidit solius cod. Gottorph. auctoritate, cui accedere cod. Francof. si quis crederet, quia nihil enotavit, qui illum contulit, falleretur, sat scio. Sed vide Lachm. ad Prop. 1, 8, 22.  *sequi*  Busl. pro var. scr. et alius Heinsii. Reliqui libri omnes:  *loqui. sicco dolore*  Jun., quod placebat editori Elector. Etonena.

21. IDQUE, QUOD IGNOTI ETC. Nihil in hoc et sequenti versu diversae scripturae enotatur, nisi Busl. cod.:  *Quique quod,*  Jun.:  *ingrati*  et Pirckh.:  *valedicere*  coniunctim exhibere. Gravem tamen controversiam iis movit Job. Schraderus Emendat. p. 206. sq. Negat hic aut  *vale*  correpta ultima tolerandum esse, quod hoc uno loco occurrit, in aliis scriptoribus merito a criticis sit expunctum, aut  *valedicere*  boni cominatis verbum esse. Reprehendit verborum  *dicere*  v. 21, 25.,  *facere*  v. 21, 27.,  *vocis*  v. 22, 26., repetitionem. Denique turpem sententiae iterationem notat in disticho hoc et sequenti 25, 26. His argumentis, locutionis barbarie, sen-

Et vocem populi publicaque ora sequi?  
 Denique lugubres vultus nunquamque videndos  
 Cernere supremo dum licuitque die,  
 25 Dicendumque semel toto non amplius aevo  
 Accipere, et parili reddere voce, vale?  
 At fecere alii nullo mihi foedere iuncti,  
 Et lacrimas animi signa dedere sui.  
 Quid, nisi convictu caussisque valentibus essem  
 30 Temporis et longi vinctus amore tibi?

tentiae et verborum inconcinna repetitione, quae singula sufficiunt ad suspicionem de versus origine movendam, ab improba interpolatoris manu hoc distichon profectum esse concludit, eiciendum censet idque salvo sensu fieri demonstrat. Eandem sententiam argumentis non additis Medenbach-Wakkerus Am. litt. p. 120 tulerat. Contra Schraderi acumen omni parte feliciter nos disputuros esse desperamus: paulo minus inepta molituros, quam Petrum Francium, qui: *Quodque vel ign. fac., benedicere coniciebat, confidimus*. Triplicem igitur scrupulum a Schraderi monstratum eadem opera removeri putaverim, si ita legatur:

*Idque, quod ignoti faciunt, vel dicere saltem*

*Et vocem populi publicaque ora sequi,*

Tollitur offensio prosodica. Nulla sententiae est repetitio, praecedentibus apte istaec adiunguntur sententia versus 19. paulum dilatata, idque oppositis sibi *dicere* et *facere*, ut alibi centies. Hac autem re eorundem verborum infra redeuntium molestia mirum quantum minuitur. Molestie enim iterantur, quae eundem fere in modum ob oculos ponuntur. Igitur *vocem* intra quinque versus his posuisse poetam, quis indignabitur? Locutiones *vocem sequi* et *publica ora sequi* iniuria traducere videtur vir ingeniosus. Nam illi simillimum est *facta sequi* Her. 16, 326., ab altero proxime abest l. 2, 88:

— *quaque*

*Debuit est vultus turba secuta tuos.*

et Arte am. 2, 202: *Imponat leges vultibus illa tuis.*

*publica ora* sic dictum, ut *publica verba* Am. 3, 7, 12, *publici mores* Sen. ep. 5. *populi publicaque* copulata, ut el. 1, 24: *peragrar populi publicus ore reus*, quod diversi generis esse Schraderus demonstrare non potuisset. Pleonasino particularum *vel saltem* aliter subveniri poterat; sed cfr. iam nunc Her. 2, 83; *nec non et Met.* 8, 780; *mox deinde Met.* 9, 143; *cito properare et ante praesentare* ibid. 581, 589. *tacito clam pede* Art. am. 3, 712. Vers. 22. *non deinde videndos* ed. Bonon.

26. REDDERE VOCE. *dicere voce* ed. Bonon. Hoc distichon in exemplari, quo usus est, Jacobus Gronovius uncinis incluserat et delendum videri, quia res praecessisset, indicaverat.

30. VINCTUS Heinsius recepit ex uno tantum Mediceo et Palat. sec., qui ita: *vinctus amore sui*. Sed confirmatur ea scriptura

Quid, nisi tot lusus et tot mea seria naves,  
 Tot nossem lusus seriatque ipse tua?  
 Quid, si duntaxat Romae tibi cognitus essem,  
 Ascitus toties in genus omne loci?  
 Cunctane in aequoreos abierunt irrita ventos,  
 Cunctane Lethaeis mersa feruntur aquis?  
 Non ego te placida genitum reor urbe Quirini;

35

## 33. mihi cognitus esses.

a cod. Bernensi, si is modo diligenter est collatus, nostris Berolinensi et Reland., edd. vett. Bononiensi, Parmensi prima et Aldina. Reliqui utriusque generis libri: *iunctus*, quod praecessit. Vers. 32. *tuos* Palat. prim.

33. QUID SI — TIBI COGNITUS ESSEM. *Quid nisi* Guelf. a pr. m. Regius a sec. m. et duo Heinsii hunc versum ita concipiebant: *Ascitus toties studiis rebusque severis*. Guelferbytanus idem monstrum post vulgatam versus scripturam ita exhibebat: *Accitus totiens studio rebusque secundis*, punctis etiam subscriptis priori formae. Ita illi callide confinxerunt, qui sequenti versus loci aut legebant aut correxerant. In tanta fraude denuo vide, quanta sit Palatini primi praestantia, qui cum Mor. Gall. Seguer. et prima editione Heinsii pro vulgato: *mihi cognitus esses* suppeditat: *tibi cognitus essem*. Hoc ab ipsa Ovidii manu esse existimo. Nam si evolvas Pont. 2, 10, facile intelliges, hoc nostrum carmen et illud ad eundem hominem scripta esse: videbis illic certum, studiorum communionem, cognitionem cum uxore, quam hic v. 19. *causas valentes* dixisse videtur, commemorari, invenies etiam itinerum simul susceptorum enarrationem, sed his verbis: *Te duce magnificas Asiae perspeximus urbes* etc. Iam cum praeter illas et Atheniensem peregrinationes satis sciamus nullas fecisse Ovidium, sive ille Licinius Macer proconsul Asiae fuerit, quod Massono placuit, sive hoc lex Villia vetat, cfr. Jahn. de Ovid. epp. p. 9, certe non Ovidius illum, sed Macer poetam nostrum in societatem itinerum ascivisse videtur.

34. LOCI Palatinus uterque, Put. exc. Voss. Busl. Serv. Pirckh. Berol. Leid. uterque pro var. scr. Francof. quatuor alii Heinsii. Reliqui tamen et vett. edd. omnes: *ioci*. Schraderus dubitabat, num *genus loci* aequae bene diceretur, atque *genus scripti* l. 2, 381, et coniciebat: *nemus omne loci, h. e. suburbanum*. Sed licebit alterum servare, donec aptius quid ab alio excogitatum fuerit. Vers. 35. *Aeolios ventos* malebat Schraderus, in sequenti Francius: *mersa teguntur aquis*.

37. FLACIDA GENITUM Heinsius edidit ex Palatino primo, prima editione et tertio nescio quo codice. Ita in Berolinensi quoque, sed ab eadem manu correctum extabat. Reliqui libri omnes: *genitum placida. reor esse Quirini* Palat. prim. Leid. uterque, Seguer. Berol. et Mor. pro var. scr.

Urbe, meo quæ iam non adeunda pede est:  
 Sed scopulis, Ponti quos hæc habet ora sinistri  
 40 Inque feris Scythiæ Sarmaticisque iugis;  
 Et tua sunt silicis circum præcordia venæ,  
 Et rigidum ferri semina pectus habet;  
 Quæque tibi quondam tenero ducenda palato  
 Plena dedit nutrix ubera, tigris erat.  
 45 Aut mala nostra minus, quam non aliena putares,

42. habent. 45. At mala nostra — quam nunc.

38. URBE, MEO. *Esse meo* Gall. Busl. Bern. et tres Heinsii. In fine est omittunt Pirckh. Leid. prim. Bern. et tres Heinsii, quod ille probabat putabatque: *pedi* legendum esse. Vers. 40. *Sarmatiæque* corripbat Francius post Dousam filium.

41. SUNT SILICIS. Idem hic: *stant silicis. silicum* Gall. Pirckh. et Vaticanus unus, (Burmānus, quod in Heinsii schedis exstat: *V atic* legebat: *quinque alios*) cum Heinsii prima editione et nostra Bononiensi. *silices circum præcordia nati* interpolati codd. Guelf. prim. Polit. prim. Vatic. et Palat. sec.

42. ET RIGIDUM — HABET. *rigidi ferri* Guelf. *habent Moreti* (non Gall.), Rel. et ed. Bonon.

43. DUCENDA. *sugenda* Bern., quod placebat Stettlero, qui Invenal. 12, 9 allegabat, ubi eadem scripturæ diversitas.

44. PLENA DEDIT. *Præbuerat* Francius coniiciebat. Hoc certe commento elegantior est scriptura cod. Crevennæ: *Plena dabit nutrix.*

45. AUT MALA NOSTRA MINUS, QUAM NON ALIENA PUTARES. *Hanc mala* Palat. prim. *Haud mala* Reg. Put. Gall. Serv. Busl. Leid. sec. septem Heins. cum eiusdem prima editione, Seguer. Bern. *Haut* Guelf. a m. s. Francof. Jun. Rel. Berol. *Aut* Pirckh. Palat. sec. multi, ut puto, Heinsii et vett. edd. nostræ omnes. *At* Moret. et sex Heinsiani; tum hi tres, Reg. Put. Seguer. pro var. scr. *Aut si nostra* Palat. sec. *minus quam nunc* unus Vatic. *minus quia nunc* Comb. pro div. scr. Reliqui codd. et vett. edd.: *quam non. putasses* Put. Serv. Palat. sec. Jun. Rel. vett. edd. nostræ omnes. Reliqui codd.: *putares.* Igitur Heinsius post Tanaquilum Fabrum epp. 1, 23. ita edidit:

*At mala nostra minus, quam nunc, aliena putasses,*  
 et interpretatur: *At saltem mala nostra minus a te aliena putasses, quam nunc facis.* Desidero acumen et elegantiam. Nam istud: *si non fecisses, quod facis, non incusarem,* admodum ieiunum est, et *quam nunc* paene abundat. Idque vel Burmannus sensisse videtur, qui tentabat:

*At mala nostra prius, quam nunc, aliena putasses,*  
 quamvis immerito a Schraderō hoc nomine laudatus. Nos multorum et bonorum librorum scripturam sequimur et postliminii iure revocavimus. De *Aut* et *putares* non litigamus, immo aptius quo-

**Duritiæque mihi non agerere reus.**  
**Sed quoniam accedit fatalibus hoc quoque damnis,**  
**Vt careant numeris tempora prima suis;**  
**Effice, peccati ne sim memor huius et illo**  
**Officium laudem, quo queror, ore tuum.**

50

## IX.

**Detur inoffensae metam tibi tangere vitae,**  
**Qui legis hoc nobis non inimicus opus.**

dammodo *At et putasses fatemur.* Verum illud minus, quem non aliena interpretatione tantum indiguisset hactenus putamus. Poterat dixisse: non aliena, eodem sensu; sed artificiose simul loqui et moderatius optare maluit, vel minorem affectum, quam animum non alienum, h. e. propensum, exigit. De sententia cfr. Met. 8, 600: Si pater Hippodamas, aut si minus impius esset. Sen. ep. 49: punctum est quod vivimus, vel adeo puncto minus; de locutione artificiosa, Sueton. Tiber. 26: paulo minus, quam privatum egit. Sen. ep. 20: quanto minus, quam stramentis incubantem. Sen. rhet. contr. 1, 3: quanto minus, quam in templum resiliit. Apud grammaticos veteres minus quam finita pronomina et similia passim occurrunt. In contrario tamen adverbio longe usitatissima ea est locutio, Fast. 1, 170; 4, 299; Lucan. Phars. 1, 1.

46. DURITIAEQUE MIHI NON AGERERE REUS. *Duritiæ* mihi nunc non ag. excerpta Kloekhovii, et ita emendare olim volebat Graevius Syll. epp. 4, p. 175., scilicet non intellecta illa structura: *putares et agerere*, cuius en exempla satis obvia, sed ab Heinsio plerumque tentata: Fast. 2, 150, 447. 3, 809. 5, 534. Latebat etiam aliquid sub litura Guelf. Vers. 47. *accedunt* — haec Reg. cum Rel. pro var. scr. Bern. sex Heinsii et vett. edd. omnes. Vers. 49. *peccanti* Palat. prim. Vers. 50. *querar* edd. vett. omnes.

## IX.

Inscr. *Ad amicum Francof. Ad Seuerum amicum suum* cod. Serv. (gloss. cod. Pirckh. ad v. 57. *severe: nom. pr. aliter quis tu es tragoedus.*) *De bono amico* Berol. *Hortatur carmen, maneat quod fides amicus* Berol. Pirckh. *Ad amicum, quod vulgus fortunam sequitur* vett. edd. octo.

1. DETUR INOFFENSÆ METAM TIBI TANGERE VITAE. Plurimi codd. et edd. vett. omnes: *vitae tibi tangere metam; cernere metam* Gall. *metam tibi tangere vitae* unus Vatic. Leid. uterque, Palat. prim. et ed. prima. Quod cum Heinsio probare non dubitavimus prae vulgata, propter sonum commodiorem, donec id, quod Zinzerling. Prom. Crit. p. 166. in suis codd. reperisse se di-

Atque utinam pro te possent mea vota valere,  
Quae pro me duros non tetigere deos.

5 Donec eris felix, multos numerabis amicos;  
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Aspicias, ut veniant ad candida tecta columbae,  
Accipiat nullas sordida turris aves?

Horrea formicae tendunt ad inania nunquam:

10 Nullus ad amissas ibit amicus opes.

Vtque comes radios per Solis euntibus umbra est,

Cum latet hic pressus nubibus, illa fugit:

Mobile sic sequitur Fortunae lumina vulgus,  
Quae simul inducta nube teguntur, abit.

3. possint. 11. deest est. 14. nocte.

cit atque conspicitur in cod. Crev.: *inoffensam vitae t. t. metam* a libris pluribus firmatum erit. Nam ad sententiam aequae bonum est, cum de circo utique, non de stadio translationem fieri, contra atque Burmannus vult, *metae* pro *linea* usurpatio et similis locus 4, 8, 35 commonstret.

3. PRO TE POSSENT. *possent pro te* vett. edd. praeter Bononiens. et fortasse Palat. sec. Reliqui codd. Heinsii et nostri: *pro te possent. possint* e Francof. et tribus libris receperat Heinsius.

5. DONEC ERIS FELIX. *Dum fueris felix* Busl. pro var. scr. *Cum fueris felix* floril. Berol. *eris sospes* unus Heinsii. Hoc distichon excrispit Vinc. Bellov. sp. h. 7, 119. Vers. 7. *veniunt* Bern. Vers. 8. *Ut capiat* Francius.

10. IBIT AMICUS. *currit amicus* cod. Berol. *tendit amicus* Gall. Heinsius *viset* (non *visit*) coniiciebat. Hoc distichon habet Vinc. Bellov. l. 1.

11. UMBRA. Heinsii codices omnes, exceptis duobus, et eius prima editio, nostri codd. praeter Reland. edd. cum floril. Murmelli praeter Vic. et Ven. addunt in fine versus *est*. Ita etiam voluerat Francius, neque si bene perpendas locum, abesse potest, primum propter manifestam stribiginem: *umbra, illa* in eodem enunciato posita, deinde quia quod v. 13 est *sequitur*, in protasi verbum, comitari sive comitem esse, poscit, non adiectivum. De structura huius et sequentis versus cfr. Met. 10, 190 — 193.

13. LUMINA. *munera* Leid. sec. *numina* Leid. prim. Rel. pro v. scr. *limina* Vinc. Bell. l. c.

14. NUBZ. *nocte* Palat. sec. uterque Polit. Reg. Gall. Serv. novem Heinsii, noster Guelferb. et Berol., scilicet interpolati. Ac damnaverat Heinsius in schedis. Burmannus tamen recepit pro Ovidiana manu, quia *nubibus* praecessisset, quanquam nocte tegi lumina posse demonstrandum erat.

- Haec precor, ut semper possint tibi falsa videri:** 15  
**Sunt tamen eventu vera fatenda meo.**  
**Dum stetimus, turbæ quantum satis esset, habebat**  
**Nota quidem, sed non ambitiosa domus.**  
**At simul impulsæ est, omnes timere ruinam**  
**Cautaque communi terga dedere fugæ.** 20  
**Sæva neque admiror, metuunt si fulmina, quorum**  
**Ignibus afflari proxima quæque solent.**  
**Sed tamen in duris remanentem rebus amicum**  
**Quamlibet invisæ Caesar in hoste probat.**  
**Nec solet irasci, neque enim moderatior alter,** 25  
**Cum quis in adversis, si quid amavit, amat.**

21. nec. 22. vident.

15. **SEMPER POSSINT.** *possint semper* Reg. Pât. Serv. tredecim Heins. cum eius prim. ed., nostri Guelf. et Crev. *possint tibi semper* Leid. uterque. Vers. seq. *Sed tamen* prim. Vat. *fatenda mihi* Heinsius, *futura meo* Francius volebat.

17. **HABEBAT.** *habebam* Gall. Serv. Busl. Palat. sec. Leid. uterque, Jun. Seguer. Guelferb. Crev. novem alii Heinsii cum eius prim. edit.

19. **AT SIMUL.** *Sed sum impulsæ* Palat. prim. *Sed simul* ed. princ. Heinsii. *Quæ simul* Gall. *Ut simul* Reg. Palat. sec. Jun. Rel. duo Heinsiani. *Ut semel* Busl. Leid. uterque, sex Heinsii, Bern. Seguer. Berol. Crev.

20. **CAUTAQUE.** *Cunctaque* Gall. Busl. Leid. uterque pro ar. scr. tres Heinsii, Bern. Rel. *Captaque* Berol. *Versaque* corripiebat Francius.

21. **NEQUE ADMIROR.** *nec admiror* decem Heinsiani, Bern. nostri præter Guelf. et Berol., qui: *Sævaque non miror*, et edd. ett. Primum Palatinum sequimur et Lachmannum V. Dss. loco supra citato.

22. **QUÆQUE VIDENT.** *sæpe solent* Crev. *vident* arripuerat urmannus ex Leidensi utroque, inepto argumento, quia quæ videntur magis terreant. Num igitur tum videbant amici? Hoc dictionem post sequens collocat et vers. 23. *In duris autem remanentem* Vinc. Bell. Sp. h. 7, 119.

24. **QUAMLIBET** ex Reg. var. scr. Herculan. quinque Heinsianis et Vincentio Bellovacensi. *Quamlibet* Jun. Reliqui omnes et ett. edd.: *Quolibet*.

25. **NEC SOLET IRASCI NEQUE.** *Non solet* Reland. *neque* eg. Put. Gall. Serv. Busl. Francof. sex alii Heinsii, Guelf. a pr. Bern. Rel. Crev. cod. Bersm. Reliqui et vett. edd.: *nec*.

26. **CUM QUIS ETC.** *Cum quid* Palat. sec. Mor. pro var. t. cod. Bersm. et septem Heinsii. *Si quis* Jun. Leid. prim.



- De comite Argolici postquam cognovit Orestae,  
 Narratur Pyladen ipse probasse Thoas.  
 Quae fuit Actoridae cum magno semper Achille,  
 30 Laudari solita est Hectoris ore fides.  
 Quod pius ad manes Theseus comes isset amico,  
 Tartareum dicunt indoluisse deum.  
 Euriali Nisique fide tibi, Turne, relata  
 Credibile est lacrimis immaduisse genas.  
 35 → Est etiam miseris pietas, et in hoste probatur.  
 Hei mihi, quam paucos haec mea dicta movent!

Bern. si quis amavit Crev. si quid adamavit Palat. prim. omnes tres libri Heinsiani et edd. vett. nostrae omnes. Probatat hoc Heinsius.

27. ARGOLICI — ORESTAE. Palatinus primus et meliore codd. magno numero: *Oreste*. *Orestem* ex Heinsianis solus Gallus, Seguer. pro v. scr. Rel. edd. vett. omnes. *Oresten* Berol. *Orestes* quinque Heins. Seguer. Omnes libri veteres tam scripti quam impressi: *Argolico*, quod correctum debetur Heinsio. Vers. 29. *Auctoridae* Palat. prim. *Hactoride* Guelf.

31. ISSET ex Palat. prim. Leid. utroque, Rel. septem Heinsianis et eiusdem prim. ed. *iret* reliqui libri et vett. edd. *ivit* Palat. sec., unde Heinsius faciebat: *irit*; *comitavit* unus Mediceus Barberin. et Berolin. Heinsius inde eliciebat: *comitarit*. In vulgata improbabat sibilorum frequentiam.

32. INDOLUISSE. *non doluisse* Politiani uterque, tres ad Heinsii et noster Relandinus. Heinsius suadebat: *num doluisse* Francius: *obstupuisse*. Withofius in annot. or. fun. Summermann 1752. p. 48: *dicunt hunc soluisse*; non male, Schraderi iudicio at nostro, non bene. Offendebat enim in verbo *indoluisse*, quo eodem, quo hic significatu habes 2, 570. 5, 4, 38. Vers. 33. *Euriali nostrique* Guelf. a sec. m.

36. EST ETIAM ETC. Parum praesidii loco huic conclamat a scriptis libris est. *pietas miseris* uterque Politiani, duo Heinsii et Seguer. *etiam in miseris* Palat. sec. vett. edd. octo. *etiam miserisque fides* Richelian. Pirckh. ed. Bononiens. Reliqui omnes *etiam miseris pietas*. Vinc. Bellov. Sp. h. 7, 119 haec verba habet: *pietas et in hoste probatur*. Heinsius coniecit: *Ista etiam in miseris pietas vel ab hoste probatur*, vel: *Ista etiam misero etiam pietas*. At *pietas in miseris* non magis Ovidianum, si modo latinum, quam *candor in amicis*, quod Schraderus Emend. p. 208. reprehendit *pietas misero* multo etiam minus; neque audiendum puto Burmannum, in ex fine versu huc retrahentem. Accedit, quod non paucis tantum litteris a librorum fide emendatio Heinsiana recedit. Vide tur nobis scribendi compendium perperam intellectum causa con-

rumpendi versus fuisse. Constat saepenumero in libris Mstis literas initiales F et P confundi a librariis. Ita Trist. lib. 3, 9, 30. cod. Berol. pro: *Pallentesque* exaratum habet: *Fallentesque*. Porro littera P lineola transversa in calce notata, quae significare solet: Per, simillima est litterae E. Habes ita lib. 2, 124. pro vulgato: *Ematuruerit* in nonnullis libris: *Permaturuerit*, vix ex alia origine derivandum. Item lb. v. 233. *Perbibit* et *Ebibit* in libris, et ne de origine possis dubitare, alii: *Praebuit*. Fast. 6, 745. Heinsius in cod. Francofurtano invenit: *Ediderat*, quod correctum erat in: *Perdiderat*, cum vulgo legamus: *Reddiderat*. Atque ita lb. 622. ed. nostr. codd. Fast. 2, 737. cod. Schraderi, Met. 15, 34 cod. Berol. Notandum etiam, compendium illud vetustissimum esse testibus vel Magnone et Paulo Diacono apud Putschium p. 1567, 1623. et litteram E quadratam ex scriptura capitali etiam in unciali et minuscula occurrere. In codice Relandi Fastorum, quem contuli, et E quadratum et, si rotundum esset, P simillimum vidi. Deinde hoc in loco praeter ignoratum compendium scripturae peccatum videtur in vocum distinctione. Lege igitur nullo praeterea apice mutato:

Perstet iam miseris pietas: et in hoste probatur.

Prima vox, quam restituumus, satis familiaris in eadem sententia Ovidio est, cfr. Pont. 4, 10, 83:

*Haec tibi, qui perstas indeclinatus amico;*

Did. 4, 6, 7: Perstat enim *Fortuna tenax*, et alibi. Reliqua in hoc versu, iam in exhortatione ut Her. 2, 83: *doctas iam nunc est Athenas*, et pro *quomvis*, Met. 13, 498: *cecidisti et femina ferro asydeton* cum imperativo, ut Art. am. 1, 179:

*Parthe dabis poenas; Crassi gaudete sepulti!*

vel ibid. 2, 119: *Iam molire animum, qui duret et astrue formae:*

*Solus ad extremos permanet ille rogos;*

Fast. 2, 148. et centies alibi; haec, inquam, in vulgus nota sunt. Nexus sententiae est aptissimus, dicta enim in sequenti versu sunt ista ipsa adhortatio, uti alias *compellare dictis* Met. 8, 789, *exstimulare dictis* Fast. 6, 588. Apte etiam et efficacem in modum ita finiri carmen nemo, opinor, negabit.

Nam novae elegiae ut hic initium constituamus, primum libri efficiunt, quorum Leid. uterque et Pirckh. ab hoc ipso versu 37. novum carmen ordiuntur et posterior quidem cum hac inscriptione: *Pro magno famae consortis gaudet honore*, Relandinus a sequenti pentametro. Crev. versui 37. adscriptum habet glossema: *Epistola 10, quam quidam volunt esse de praecedente epistola. Alii tamen dicunt, quod est epistola per se, in qua congratulatur de sapientia amici, quae ei profuit, cum sibi sua nocuerit; sed rubrica tamen in eo codice facta versu demum 39, quemadmodum etiam in reliquis, Palatino utroque, exc. Voss. Francof. Regio, Moreti, Bernensi, Berolinensi, qui inscriptionem omittit, cod. Bersmanni, aliis non paucis Heinsii et eiusdem prim. ed. Horum codd. de versu initiali satis manifestus error ortus videtur ex glossa in margine veteris cod. ambigue posita. Deinde si de argumento utriusque carminis*

**Hic status, haec rerum nunc est fortuna mearum,  
Debeat ut lacrimis nullus adesse modus.**

**At mea sunt, proprio quamvis maestissima casu,  
40 Pectora processu facta serena tuo.**

**Hoc eventurum iam tum, carissime, vidi,**

partis, ut plurimi statuunt, dispicias, quarum altera multos accusat poeta, altera uni gratulatur, conciliari haec sane poterant, si amicum cum adhortatus esset, ne ille felix sibi miserrimo fidem denegaret. Quod tamen non facit, sed tantum verbis pessime auspicatis primum de Fortunae inconstantia, deinde de fortunae amici accessione agit. Denique ad eandem personam utrumque sermonem spectare minime constat. Nam si quis ad Carum postrema scripta putet, certe non de munere, quod Pont. 4, 13. ad illum delatum dicitur, Caligulae et Drusi educatione, cogitari potest; uterque enim huius carminis anno nondum nati erant: versui vero secundo: *Qui legis hoc nobis non inimicus opus* nominis *Cari* designatio, qualis Pont. 4, 13, 2. et alibi occurrit, commode inesse non potest. Quin certo alii: cui epistolae loco illud carmen non inscribi, sed ad quemcunque totius libri lectorem pertinere ut 3, 10. et alia, vox *opus* ostendit.

37. **HIC STATUS.** *Is status* Palat. prim. Reg. Put. Gall. Sery. Busl. Pirckh. Jun. Francof., quindecim alii Heinsii cum eius prim. ed., nostri Guelf. Berol. et Rel. cum ed. Bonon. Fortassis ex omissione litterae initialis in *Hic* postea in novae elegiae initio affabre pingendae. Vers. seq. *abesse* Palat. prim. Francius: *Debeat his lacrimis nullus ut esse modus.*

39. **AT MEA.** *Et mea* prim. ed. Heinsii. *At mihi* Bonon. Comb. *Mens mea sit* Put. *Mens mea sunt* Pirckh. *sunt*, quod olim Jac. Roverus conieciat, codd. fide nititur non multorum. Reg. Gall. Busl. prim. Vatic. alter. Polit., nostrorum Guelf. Berol. et edd. Bonon. Ald. Reliqui libri omnes: *sint*, quos tamen non sequimur. *metissima* Palat. prim.

40. **PROCESSU.** Codd. Heinsiani cum nostris et vett. edd.: *pro sensu*, nisi quod exc. Voss. notante Heinsio: *pro censu*, nam in ipsa codicis collatione a manu Isaaci Vossii, quam descripsit Heinsius, diserte vulgata exstat; Combii: *proventu*; Berolinensis: *pro casu*; idem Relandinus pro varia scriptura exhibet addita glossa: *successu*. *profectu*, quod editiones occupaverat, coniectura est Fabricii vel Naugerii, teste Bersmanno. *processu* coniectura assecutus est Burmannus ex illa, quam putabat, Vossiani codicis scriptura, quo Relandinus liber, si ab eo inspectus fuisset, certius eum ducere poterat. Non dubitamus pro vera et auspicata emendatione agnoscere, cuius notae vix alteram in his Tristium libris proposuit. Heinsius infeliciter: *pro sensu* retinere, vel: *post sensum*, vel denique. *per sensus* reponere tentabat.

41. **HOC EVENTURUM.** *Hoc ego venturum* Reg. Gall. Polit. sec. exc. Voss. decem Heinsii, Bern. Rel. *Hoc mihi vent.* Put. Jun. novem Heins. Berol. Heins. prim. ed. et nostrae vett. *Hoc*

Ferret adhuc istam cum minor aera ratem.

Sive aliquod morum, seu vitae labe carentis

Est pretium; nemo pluris emendus erat:

Sive per ingenuas aliquis caput extulit artes;

Quaelibet eloquio fit bona caussa tuo.

His ego commotus dixi tibi protinus ipsi:

Scena manet dotes grandis, amice, tuas.

Haec mihi non ovium fibrae, tonitrusve sinistri,

Linguave servatae, pennave, dixit avis.

Augurium ratio est et coniectura futuri:

44. habendus erit.

venturum prim. Polit. prim. Vatic. unus Mediceus, Palat. sec. Rottendorf. Guelf. a correctore, Rel. pro var. scr. *Hoc tunc venturum* Palat. prim. *Haec tibi venturum* Pirckh. *Hoc tibi vent.* Mor. Seguer. Crev. et qui restant. Ipsi non nimis confidimus receptae scripturae. iam nunc Busl. Palat. sec. Rel. iam tunc Guelf., alii non multi. tunc iam Put. et nonnulli. tunc cum Jun.

42. MINOR Palat. prim. exc. Voss. Leid. uterque, Serv. Boul. quinque Heins. et eius prim. ed. Franc. cum Guelf. a s. m. Bern. Rel. tres, Crev. Reg. et Mor. pro var. scr. *levis aera* unus Heinsii. Reliqui et vett. edd.: minus. Vers. seq. carentes Palat. prim.

44. EST — EMENDUS ERAT. *Et pretium* prim. Palat. habendus erat prim. Vatic. Palat. sec. Guelf. a<sup>pr.</sup> m. Rel. pro var. scr. habendus erit Polit. sec. Rottendorf. et duo; hoc Heinsius recepit. Reliqui tamen codd. omnes cum vett. edd.: *emendus erat*, nisi quod: *erit* Reg. et tres Heinsiani. Illud, revocavimus cum librorum reverentia, tum quia venustius interpolato illo. Cfr. Am. I, 8, 34: *Si te non emptam vellet, emendus erat.*

Prop. 4, 15, 22: *Talis mors pretio vel sit emenda mihi.*

Claud. tert. cons. Honor. 188: *emittitur sola virtute potestas.* Vers.

45. ingen. aures caput Busl., unde Heinsius: *alius coniciebat*, rel: *aliquid, caput exserere artes.*

47. COMMOTUS — PROTINUS. *convictus dixi* Pirckh. *sumonus* Rel. *providus* pro: *protinus* malebat Schraderus, sine causa, fr. Pont. 1, 9, 2: *Quae mihi de raptu tua venit epistola Celso*  
Protinus est lacrimis humida facta meis.

Sen. ep. 44: *geres autem, si hoc protinus tibi persuaseris* etc. ep.

40: *philosophia protinus delectat, dum sanat.*

49. HAEC Palat. prim. Put. Serv. novem alii Heinsii. *Nec mihi* Busl. *Non mihi* quatuor. *Hei mihi* Palat. sec. Reliqui et vett. edd.: *Hoc. sonitusve* Polit. prim. Palat. sec. Guelferb. Vers.

40. *Linguaeque* — pennave Gall. Rel. *Linguave* — *pennaque* edd. vett. omnes. *Linguaeque* — *pennaque* Jun. Berol. Vers. 51. *ac coniectura* prim. Vat. *ratio et tunc coniectura* vett. edd. nostrae omnes.

- Hac divinavi notitiamque tuli.  
 Quae quoniam rata sunt, tota mihi mente tibi que  
 Gratulor, ingenium non latuisse tuum.  
 55 At nostrum tenebris utinam latuisset in imis!  
 Expediit studio lumen abesse meo.  
 Utque tibi prosunt artes, facunde, severae;  
 Dissimiles illis sic nocuere mihi.  
 Vita tamen tibi nota mea est: scis artibus illis  
 60 Auctoris mores abstinuisset sui.

53. quoniam vera est. 56. Expediit in studio numen.

52. HAC DIVINAVI. *Haec divinavi* Reg. decem Heinsii Bern. Rel. a pr. m. edd. vett. omnes. *Hoc* Put. *Non* Pirckh. Gall. Leid. uterque a m. sec. Guelferb. *Nec* Francof. Mor. Jun. Berol. *Sic ego divinam not.* Crev.

53. QUAE QUONIAM RATA SUNT. *Et quoniam* vett. edd. omnes. *quoniam rata est* prim. Polit. Guelf. et Rottendorf. *quoniam rata tota* etc. prim. Vat. et Pal. sec., sed in Vatic. a manu recentiori addito: *sunt. quoniam rata sint* prim. Palat. Reliqui libri: *quoniam vera est*, omisso tamen *est* Berol. et Crev. Ex Palatini egregii scriptura Heinsius coniciebat *rata sit*, acute; sed malumus: *rata sunt*, quod commode referetur ad *Haec* v. 49. *tibi mente mihi que* Reg. Leid. prim. Palat. sec. Guelf. Bern. Berol. Crev. edd. vett. omnes.

56. EXPEDIT STUDIO LUMEN. *studio — meo* Put. Mor. Serv. Busl. Palat. sec. Leid. uterque, Jun. Seguer. Francof. viginti meliores Heinsii, nostri cum Bern. Reliqui et vett. edd.: *studio — meis*. Parum interest. Illud autem mirum est, Burmannum nescio quod somnium suum ne verbo quidem addito ausum fuisse interponere, plerosque deinde editores obsequentes habuisse. Nobilissimus liber id agnoscit, quod ab illo editum est: *Expediit in studio*; omnes, duobus exceptis, cum vett. edd.: *Expediit stud.*; atque ita edidit Heinsius, quod ultra captum Burmannorum videtur fuisse. Vid. Fast. 4, 406. Her. 10, 112. 17, 170. ibique Loersium; Charis. lib. 4. p. 239. Diomed. l. 2. p. 447. Putsch. Non diffidentum tamen est aequè emendatum et fortasse magis etiam ex usu loquendi Ovidiano esse, quod cod. Reland. exhibet: *Expediat et* apposite interpretatur: *utile fuisset*. Neque abludit cod. Berolinensis., qui: *Expediet*. Exempla ex multis pauca accipe: Fast. 599. 2, 107. 4, 122. 6, 371. Met. 2, 170, 647. Her. 9, 73. 168. 12, 119. Tr. 2, 69. Editio Rubei typhotetae errore: *Expediit studiis*. Etiam *numen* non admonito lectore dedit Burmannus, cum et codd. Heinsii, nostri et vett. edd.: *lumen* habeant, quae opponuntur, *tenebras* id exigant.

58. DISSIMILES — MIHI. *Diffinies* Palat. prim. *meas* G. Palat. sec. Bern.; idem sub rasura cod. Guelf. latere videbatur. Vers. 59. *est* omissum in Guelferb.

Scis vetus hoc iuveni lasum mihi carmen: et istos,  
 Vt non laudandos, sic tamen esse iocos.  
 Ergo ut defendi nullo mea posse colore,  
 Sic excusari crimina posse puto.  
 Qua potes, excusa, nec amici desere causam: 65  
 Quo bene coepisti, sic pede semper eas.

## X.

Est mihi, sitque precor, flavae tutela Minervae,  
 Navis; et a picta casside nomen habet.  
 Sive opus est velis, minimam bene currit ad auram:  
 Sive opus est remo, remige carpit iter.  
 Nec comites volucris contenta est vincere cursu; 5  
 Occupat egressas quamlibet ante rates.  
 Et pariter fluctus fertque assilientia longe

7. patitur fluctus.

65. QUA POTES. *Quo potest* Palat. prim. *Quam potes* Gall. Jun. Francof. Berol. quinque Heinsii et eius prim. ed. *desere causas* Jun. Berol. nomen Mor. tres Heinsii. *carmon* Leid. uterque.

66. QUO BENE — SIC PEDE Heinsius edidit ex Palat. prim. Francof. et sex aliis cum prim. ed. *Accedunt* Guelf. Bern. Berol. Crev. *Quo pede — sic bene* Mor. pro div. scr. Rel. et longe plura codd. cum vett. edd. *Quo bene — sic bene* Put. Gall. Mor. Serv. Leid. uterque, exc. Voss. *Ut bene — sic bene* Jun. et tres Heinsii. Possis conferre Art. am. 3, 65:

*Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.*

## X.

Inscr. *De navi* Francof. *De nave et eius itinere* Serv. *Loquitur de nave* Berol. *De rate latura facit hanc, quoque de rediera* Pirckh. Berol. *Navim laudat, quam in Corinthiaco sinu habuit* vett. edd.

3. VELIS. *velo nimiam bene* Guelf.

6. QUAMLIBET ANTE. *qualibet arte* Palat. uterque, Put. Gall. Serv. Busl. septemdecim Heinsii, Guelf. Crev. Rel. vett. edd. omnes. Minor codd. pars id, quod expressimus; sed illud alterum quomodo ortum sit, ostendit cod. Bern., qui: *quamlibet arte*. Leid. prim. Seguer. Berol. et prim. ed.: *quaslibet ante*.

7. PARITER FLUCTUS. Sic codd. fere ex dodrante: Palat.

Urbe, meo quae iam non adeunda pede est:  
 Sed scopulis, Ponti quos haec habet ora sinistri  
 40 Inque feris Scythiae Sarmaticisque iugis;  
 Et tua sunt silicis circum praecordia venae,  
 Et rigidum ferri semina pectus habet;  
 Quaeque tibi quondam tenero ducenda palato  
 Plena dedit nutrix ubera, tigris erat.  
 45 Aut mala nostra minus, quam non aliena putares,

42. habent. 45. At mala nostra — quam nunc.

38. URBE, MEO. *Esse meo* Gall. Busl. Bern. et tres Heinsii. In fine est omittunt Pirckh. Leid. prim. Bern. et tres Heinsii, quod ille probabat putabatque: *pedi* legendum esse. Vers. 40. *Sarmaticaeque* corrigebat Francius post Dousam filium.

41. SUNT SILICIS. Idem hic: *stant silicis. silicum* Gall. Pirckh. et Vaticanus unus, (Burmannus, quod in Heinsii schedis exstat: *Vatic* legebat: *quinque alios*) cum Heinsii prima editione et nostra Bononiensi. *silices circum praecordia nati* interpolati codd. Guelf. prim. Polit. prim. Vatic. et Palat. sec.

42. ET RIGIDUM — HABET. *rigidi ferri* Guelf. *habent* Moreti (non Gall.), Rel. et ed. Bonon.

43. DUCENDA. *sugenda* Bern., quod placebat Stettlero, qui Invenal. 12, 9 allegabat, ubi eadem scripturae diversitas.

44. PLENA DEDIT. *Praebuerat* Francius coniciebat. Hoc certe commento elegantior est scriptura cod. Crevennae: *Plena dabat nutrix.*

45. AUT MALA NOSTRA MINUS, QUAM NON ALIENA PUTARES. *Hanc mala* Palat. prim. *Haud mala* Reg. Put. Gall. Serv. Busl. Leid. sec. septem Heins. cum eiusdem prima editione, Seguer. Bern. *Haut* Guelf. a m. s. Francof. Jun. Rel. Berol. *Aut* Pirckh. Palat. sec. multi, ut puto, Heinsii et vett. edd. nostrae omnes. *At* Moret. et sex Heinsiani; tum hi tres, Reg. Put. Seguer. pro var. scr. *Aut si nostra* Palat. sec. *minus quam nunc* unus Vatic. *minus quia nunc* Comb. pro div. scr. Reliqui codd. et vett. edd.: *quam non. putasses* Put. Serv. Palat. sec. Jun. Rel. vett. edd. nostrae omnes. Reliqui codd.: *putares.* Igitur Heinsius post Tanaquilum Fabrum epp. 1, 23. ita edidit:

*At mala nostra minus, quam nunc, aliena putasses,*  
 et interpretatur: *At saltem mala nostra minus a te aliena putasses, quam nunc facis.* Desidero acumen et elegantiam. Nam istud: *si non fecisses, quod facis, non incusarem,* admodum ieiunum est, et *quam nunc* paene abundat. Idque vel Burmannus sensisse videtur, qui tentabat:

*At mala nostra prius, quam nunc, aliena putasses,*  
 quamvis immerito a Schraderò hoc nomine laudatus. Nos multorum et bonorum librorum scripturam sequimur et postliminii iure revocavimus. De *Aut* et *putares* non litigamus, immo aptius quo-

**Duritiaque mihi non agerere reus.**  
**Sed quoniam accedit fatalibus hoc quoque damnis,**  
**Vt careant numeris tempora prima suis;**  
**Effice, peccati ne sim memor huius et illo**  
**Officium laudem, quo queror, ore tuum.**

50

## IX.

**Detur inoffensae metam tibi tangere vitae,**  
**Qui legis hoc nobis non inimicus opus.**

dammodo *At et putasses fatemur. Verum illud minus, quam non aliena* interpretatione tantum indiguisset hactenus putamus. Poterat dixisse: *non aliena*, eodem sensu; sed artificiose simul loqui et moderatius optare maluit, vel minorem affectum, quam animum non alienum, h. e. propensum, exigit. De sententia cfr. Met. 8, 600: *Si pater Hippodamas, aut si minus impius esset.* Sen. ep. 49: *punctum est quod vivimus, vel adeo puncto minus;* de locutione artificiosa, Sueton. Tiber. 26: *paulo minus, quam privatum egit.* Sen. ep. 20: *quanto minus, quam stramentis incubantem.* Sen. rhet. controv. 1, 3: *quanto minus, quam in templum resiliit.* Apud grammaticos veteres *minus* quam finita pronomina et similia passim occurrunt. In contrario tamen adverbio longe usitatissima ea est locutio, Fast. 1, 170; 4, 299; Lucan. Phars. 1, 1.

46. DURITIAEQUE MIHI NON AGERERE REUS. *Duritias mihi nunc non ag.* excerpta Kloekhovii, et ita emendare olim volebat Graevius Syll. epp. 4, p. 175., scilicet non intellecta illa structura: *putares et agerere*, cuius en exempla satis obvia, sed ab Heinsio plerumque tentata: Fast. 2, 150, 447. 3, 809. 5, 534. Latebat etiam aliquid sub litura Guelf. Vers. 47. *accedunt* — haec Reg. cum Rel. pro var. scr. Bern. sex Heinsii et vett. edd. omnes. Vers. 49. *peccanti* Palat. prim. Vers. 50. *querar* edd. vett. omnes.

## IX.

Inscr. *Ad amicum Francof. Ad Seuerum amicum suum cod. Serv. (gloss. cod. Pirckh. ad v. 57. severe: nom. pr. aliter quis tu es tragoedus.) De bono amico Berol. Hortatur carmen, maneat quod fidus amicus Berol. Pirckh. Ad amicum, quod vulgus fortunam sequitur vett. edd. octo.*

1. DETUR INOFFENSÆ METAM TIBI TANGERE VITAE. Plurimi codd. et edd. vett. omnes: *vitae tibi tangere metam; ornare metam* Gall. *metam tibi tangere vitae* unus Vatic. Leid. uterque, Palat. prim. et ed. prima. Quod cum Heinsio probare non dubitavimus prae vulgata, propter sonum commodiorem, donec id, quod Zinzerling. Prom. Crit. p. 166. in suis codd. reperisse se di-



- Atque utinam pro te possent mea vota valere,  
 Quae pro me duros non tetigere deos.  
 5 Donec eris felix, multos numerabis amicos;  
 Tempora si fuerint nubila, solus eris.  
 Aspicias, ut veniant ad candida tecta columbae,  
 Accipiat nullas sordida turris aves?  
 Horrea formicae tendunt ad inania nunquam:  
 10 Nullus ad amissas ibit amicus opes.  
 Utque comes radios per Solis euntibus umbra est,  
 Cum latet hic pressus nubibus, illa fugit:  
 Mobile sic sequitur Fortunae lumina vulgus,  
 Quae simul inducta nube teguntur, abit.

3. possint. 11. doest est. 14. nocte.

cit atque conspicitur in cod. Crev.: *inoffensam vitae t. t. metam* a libris pluribus firmatum erit. Nam ad sententiam aequae bonum est, cum de circo utique, non de stadio translationem fieri, contra atque Burmannus vult, *metas* pro *linea* usurpatio et similis locus 4, 8, 35 commonstret.

3. PRO TE POSSENT. *possent pro te* vett. edd. praeter Bononiens. et fortasse Palat. sec. Reliqui codd. Heinsii et nostri: *pro te possent. possint* e Francof. et tribus libris receperat Heinsius.

5. DONEC ERIS FELIX. *Dum fueris felix* Busl. pro var. scr. *Cum fueris felix* floril. Berol. *eris sospes* unus Heinsii. Hoc distichon excerpit Vinc. Bellov. sp. h. 7, 119. Vers. 7. *veniunt* Bera. Vers. 8. *Ut capiat* Francius.

10. IBIT AMICUS. *currit amicus* cod. Bersm. *tendit amicus* Gall. Heinsius *viset* (non *visit*) coniecit. Hoc distichon habet Vinc. Bellov. l. 1.

11. UMBRA. Heinsii codices omnes, exceptis duobus, et eius prima editio, nostri codd. praeter Reland. edd. cum floril. Murmelli praeter Vic. et Ven. addunt in fine versus *est*. Ita etiam voluerat Francius, neque si bene perpendas locum, abesse potest, primum propter manifestam stribliginem: *umbra, illa* in eodem enunciato posita, deinde quia quod v. 13 est *sequitur*, in protasi verbum, comitari sive comitem esse, poscit, non adiectivum. De structura huius et sequentis versus cfr. Met. 10, 190 — 193.

13. LUMINA. *numera* Leid. sec. *numina* Leid. prim. Rel. pro v. scr. *limina* Vinc. Bell. l. c.

14. NUBE. *nocte* Palat. sec. uterque Polit. Reg. Gall. Serv. novem Heinsii, noster Guelferb. et Berol., scilicet interpolati. Ac damnaverat Heinsius in schedis. Burmannus tamen recepit pro Ovidiana manu, quia *nubibus* praecessisset, quanquam nocte tegi lumina posse demonstrandum erat.

- Haec precor, ut semper possint tibi falsa videri:** 15  
**Sunt tamen eventu vera fatenda meo.**  
**Dum stetimus, turbae quantum satis esset, habebat**  
**Nota quidem, sed non ambitiosa domus.**  
**At simul impulsata est, omnes timuere ruinam**  
**Cautaque communi terga dedere fugae.** 20  
**Saeua neque admiror, metuunt si fulmina, quorum**  
**Ignibus afflari proxima quaeque solent.**  
**Sed tamen in duris remanentem rebus amicum**  
**Quamlibet invisio Caesar in hoste probat.**  
**Nec solet irasci, neque enim moderatior alter,** 25  
**Cum quis in adversis, si quid amavit, amat.**

21, nec. 22. vident.

15. SEMPER POSSINT. *possint semper* Reg. Püt. Serv. tredecim Heins. cum eius prim. ed., nostri Guelf. et Crev. *possint tibi semper* Leid. uterque. Vers. seq. *Sed tamen* prim. Vat. *fatenda mihi* Heinsius, *futura meo* Francius volebat.

17. HABEBAT. *habebam* Gall. Serv. Busl. Palat. sec. Leid. uterque, Jun. Seguer. Guelferb. Crev. novem alii Heinsii cum eius prim. edit.

19. AT SIMUL. *Sed sum impulsata* Palat. prim. *Sed simul* ed. princ. Heinsii. *Quas simul* Gall. *Ut simul* Reg. Palat. sec. Jun. Rel. duo Heinsiani. *Ut semel* Busl. Leid. uterque, sex Heinsii, Bern. Seguer. Berol. Crev.

20. CAUTAQUE. *Cunctaque* Gall. Busl. Leid. uterque pro var. scr. tres Heinsii, Bern. Rel. *Captaque* Berol. *Versaque* corrigebat Francius.

21. NEQUE ADMIROR. *nec admiror* decem Heinsiani, Bern. nostri praeter Guelf. et Berol., qui: *Saeuaque non miror*, et edd. vett. Primum Palatinum sequimur et Lachmannum V. Dss. loco supra citato.

22. QUAETQUE VIDENT. *saepe solent* Crev. *vident* arripuerat Burmannus ex Leidensi utroque, inepto argumento, quia quae videbantur magis terreant. Num igitur tum videbant amici? Hoc dictionem post sequens collocat et vers. 23. *In duris autem remanentem* Vinc. Bell. Sp. h. 7, 119.

24. QUAMLIBET EX REG. var. scr. Herculan. quinque Heinsianis et Vincentio Bellovacensi. *Quamlibet* Jun. Reliqui omnes et vett. edd.: *Quolibet*.

25. NEC SOLET IRASCI NEQUE. *Non solet* Reland. *neque* leg. Put. Gall. Serv. Busl. Francof. sex alii Heinsii, Guelf. a pr. n. Bern. Rel. Crev. cod. Bersm. Reliqui et vett. edd.: *nec*.

26. CUM QUIS ETC. *Cum quid* Palat. sec. Mor. pro var. a. cod. Bersm. et septem Heinsii. *Si quis* Jun. Leid. prim.

- De comite Argolici postquam cognovit Orestae,  
 Narratur Pyladen ipse probasse Thoas.  
 Quae fuit Actoridae cum magno semper Achille,  
 30 Laudari solita est Hectoris ore fides.  
 Quod pius ad manes Theseus comes isset amico,  
 Tartareum dicunt indoluisse deum.  
 Euryali Nisique fide tibi, Turne, relata  
 Credibile est lacrimis immaduisse genas.  
 35 → Est etiam miseris pietas, et in hoste probatur.  
 Hei mihi, quam paucos haec mea dicta movent!

Bern. si quis amavit Crev. si quid adamavit Palat. prim. am  
 tres libri Heinsiani et edd. vett. nostrae omnes. Probatat ho  
 Heinsius.

27. ARGOLICI — ORESTAE. Palatinus primus et meliore  
 codd. magno numero: *Oreste*. *Orestem* ex Heinsianis solus Gall  
 cus, Seguer. pro v. scr. Rel. edd. vett. omnes. *Oresten* Berol  
*Orestes* quinque Heins. Seguer. Omnes libri veteres tam scripti  
 quam impressi: *Argolico*, quod correctum debetur Heinsio. Vers  
 29. *Auctoridae* Palat. prim. *Hactoride* Guelf.

31. ISSET ex Palat. prim. Leid. utroque, Rel. septem Heins  
 ianis et eiusdem prin. ed. *iret* reliqui libri et vett. edd. *ivit* Pa  
 lat. sec., unde Heinsius faciebat: *irit*; *comitavit* unus Medicus  
 Barberin. et Berolin. Heinsius inde eliciebat: *comitarit*. In vulgata  
 improbabat sibilorum frequentiam.

32. INDOLUISSE. *non doluisse* Politiani uterque, tres ad  
 Heinsii et noster Relandinus. Heinsius suadebat: *num doluisse*  
 Francius: *obstupuisse*. Withofius in annot. or. fun. Summermann  
 1752. p. 48: *dicunt hunc soluisse*; non male, Schraderi iudicio  
 at nostro, non bene. Offendebat enim in verbo *indoluisse*, quo  
 eodem, quo hic significatu habes 2, 570. 5, 4, 38. Vers. 33. *Eu  
 riali nostrique* Guelf. a sec. m.

36. EST ETIAM ETC. Parum praesidii loco huic conclamat  
 a scriptis libris est. *pietas miseris* uterque Politiani, duo Heins  
 et Seguer. *etiam in miseris* Palat. sec. vett. edd. octo. *etiam mi  
 serisque fides* Richelian. Pirckh. ed. Bononiens. Reliqui omnes  
*etiam miseris pietas*. Vinc. Bellov. Sp. h. 7, 119 haec verba ha  
 bet: *pietas et in hoste probatur*. Heinsius coniecit: *Ista etiam i  
 miseris pietas vel ab hoste probatur*, vel: *Ista etiam misero et  
 At pietas in miseris non magis Ovidianum, si modo latinum, qua  
 candor in amicis*, quod Schraderus Emend. p. 208. reprehendit  
*pietas misero* multo etiam minus; neque audiendum puto Burman  
 num, in ex fine versu huc retrahentem. Accedit, quod non pau  
 tantum litteris a librorum fide emendatio Heinsiana recedit. Vide  
 tur nobis scribendi compendium perperam intellectum causa cor

rumpendi versus fuisse. Constat saepe numero in libris Mstis litteras initiales F et P confundi a librariis. Ita Trist. lib. 3, 9, 30. cod. Berol. pro: *Pallentesque* exaratum habet: *Fallentesque*. Porro littera P lineola transversa in calce notata, quae significare solet: Per, simillima est litterae E. Habes ita lib. 2, 124. pro vulgato: *Ematuruerit* in nonnullis libris: *Permaturuerit*, vix ex alia origine derivandum. Item lb. v. 233. *Perbibit* et *Ebibit* in libris, et ne de origine possis dubitare, alii: *Praebuit*. Fast. 6, 745. Heinsius in cod. Francofurtano invenit: *Ediderat*, quod correctum erat in: *Perdiderat*, cum vulgo legamus: *Reddiderat*. Atque ita lb. 622. ed. nostr. codd. Fast. 2, 737. cod. Schraderi, Met. 15, 34 cod. Berol. Notandum etiam, compendium illud vetustissimum esse testibus vel Magnone et Paulo Diacono apud Putschium p. 1567, 1623. et litteram E quadratam ex scriptura capitali etiam in unciali et minuscula occurrere. In codice Relandi Fastorum, quem contuli, et E quadratum et, si rotundum esset, P simillimum vidi. Deinde hoc in loco praeter ignoratum compendium scripturae peccatum videtur in vocum distinctione. Lege igitur nullo praeterea apice mutato:

Perstet iam miseris pietas: et in hoste probatur.

Prima vox, quam restituumus, satis familiaris in eadem sententia Ovidio est, cfr. Pont. 4, 10, 83:

*Haec tibi, qui perstas indeclinatus amico;*

Ibid. 4, 6, 7: *Perstat enim Fortuna tenax*, et alibi. Reliqua in hoc versu, iam in exhortatione ut Her. 2, 83: *doctas iam nunc est Athenas*, et pro *quamvis*, Met. 13, 498: *cecidisti et femina ferro asydeton* cum imperativo, ut Art. am. 1, 179:

*Parthe dabis poenas; Crassi gaudete sepulti!*

vel ibid. 2, 119: *Iam molire animum, qui duret et astrue formae:*

*Solus ad extremos permanet ille rogos;*

Fast. 2, 148. et centies alibi; haec, inquam, in vulgus nota sunt. Nexus sententiae est aptissimus, dicta enim in sequenti versu sunt ista ipsa adhortatio, uti alias *compellare dictis* Met. 8, 789, *extimulare dictis* Fast. 6, 588. Apte etiam et efficacem in modum ita finire carmen nemo, opinor, negabit.

Nam novae elegiae ut hic initium constituamus, primum libri efficiunt, quorum Leid. uterque et Pirckh. ab hoc ipso versu 37. novum carmen ordiuntur et posterior quidem cum hac inscriptione: *Pro magno famae consortis gaudet honore*, Relandinus a sequenti pentametro. Crev. versui 37. adscriptum habet glossemata: *Epistola 10, quam quidam volunt esse de praecedente epistola. Alii tamen dicunt, quod est epistola per se, in qua congratulatur de sapientia amici, quae ei profuit, cum sibi sua nocuerit; sed rubrica tamen in eo codice facta versu demum 39, quemadmodum etiam in reliquis, Palatino utroque, exc. Voss. Francof. Regio, Moreti, Bernensi, Berlinensi, qui inscriptionem omittit, cod. Bersmanni, aliis non paucis Heinsii et eiusdem prim. ed. Horum codd. de versu initiali satis manifestus error ortus videtur ex glossa in margine veteris cod. ambigue posita. Deinde si de argumento utriusque carminis*

**Hic status, haec rerum nunc est fortuna mearum,  
Debeat ut lacrimis nullus adesse modus.**

**At mea sunt, proprio quamvis maestissima casu,  
40 Pectora processu facta serena tuo.**

**Hoc eventurum iam tum, carissime, vidi,**

partis, ut plurimi statuunt, dispicias, quarum altera multos accusat poeta, altera uni gratulatur, conciliari haec sane poterant, si amicum adhortatus esset, ne ille felix sibi miserrimo fidem denegaret. Quod tamen non facit, sed tantum verbis pessime auspicatis primum de Fortunae inconstantia, deinde de fortunae amici accessione agit. Denique ad eandem personam utrumque sermonem spectare minime constat. Nam si quis ad Carum postrema scripta putet, certe non de munere, quod Pont. 4, 13. ad illum delatum dicitur, Caligulae et Drusi educatione, cogitari potest; uterque enim huius carminis anno nondum nati erant: versui vero secundo: *Qui legis hos nobis non inimicus opus nominis Cari designatio*, qualis Pont. 4, 13, 2. et alibi occurrit, commode inesse non potest. Quin certo alicui epistolae loco illud carmen non inscribi, sed ad quemcunque totius libri lectorem pertinere ut 3, 10. et alia, vox *opus* ostendit.

37. **HIC STATUS.** *Is status* Palat. prim. Reg. Put. Gall. Serv. Busl. Pirckh. Jun. Francof., quindecim alii Heinsii cum eius prim. ed., nostri Guelf. Berol. et Rel. cum ed. Bonon. Fortassis ex omissione litterae initialis in *Hic* postea in novae elegiae initio affabre pingendae. Vers. seq. *abesse* Palat. prim. Francius: *Debeat his lacrimis nullus ut esse modus.*

39. **AT MEA.** *Et mea* prim. ed. Heinsii. *At mihi* Bonon. Comb. *Mens mea sit* Put. *Mens mea sunt* Pirckh. *sunt*, quod olim Jac. Roverus conieciabat, codd. fide nititur non multorum. Reg. Gall. Busl. prim. Vatic. alter. Polit., nostrorum Guelf. Berol. et edd. Bonon. Ald. Reliqui libri omnes: *sint*, quos tamen non sequimur. *metissima* Palat. prim.

40. **PROCESSU.** Codd. Heinsiani cum nostris et vett. edd.: *pro sensu*, nisi quod exc. Voss. notante Heinsio: *pro censu*, nam in ipsa codicis collatione a manu Isaaci Vossii, quam descripsit Heinsius, diserte vulgata exstat; Combii: *proventu*; Berolinensis: *pro casu*; idem Relandinus pro varia scriptura exhibet addita glossa: *successu. profectu*, quod editiones occupaverat, coniectura est Fabricii vel Naugerii, teste Bersmanno. *processu* coniectura assecutus est Burmannus ex illa, quam putabat, Vossiani codicis scriptura, quo Relandinus liber, si ab eo inspectus fuisset, certius eum ducere poterat. Non dubitamus pro vera et auspicata emendatione agnoscere, cuius notae vix alteram in his Tristium libris proposuit. Heinsius infeliciter: *pro sensu* retinere, vel: *post sensum*, vel denique. *per sensus* reponere tentabat.

41. **HOC EVENTURUM.** *Hoc ego venturum* Reg. Gall. Polit. sec. exc. Voss. decem Heinsii, Bern. Rel. *Hoc mihi vent.* Put. Jun. novem Heins. Berol. Heins. prim. ed. et nostrae vett. *Hoc*

Ferret adhuc istam cum minor aura ratem.

Sive aliquod morum, seu vitae labe carentis

Est pretium; nemo plaris emendus erat:

Sive per ingenuas aliquis caput extulit artes;

Quaelibet eloquio fit bona caussa tuo.

His ego commotus dixi tibi protinus ipsi:

Seena manet dotes grandis, amice, tuas.

Haec mihi non ovium fibrae, tonitrusve sinistri,

Linguave servatae, pennave, dixit avis.

Augurium ratio est et coniectura futuri:

44. habendus erit.

conturum prim. Polit. prim. Vatic. unus Mediceus, Palat. sec. Rottendorf. Guelf. a correctore, Rel. pro var. scr. *Hoc tunc venturum* Palat. prim. *Haec tibi venturum* Pirckh. *Hoc tibi vent.* Mor. Seguer. Crev. et qui restant. Ipsi non nimis confidimus receptae scripturae. iam nunc Busl. Palat. sec. Rel. iam tunc Guelf., alii non multi. tunc iam Put. et nonnulli. tunc cum Jun.

42. MINOR Palat. prim. exc. Voss. Leid. uterque, Serv. Berl. quinque Heins. et eius prim. ed. Franc. cum Guelf. a s. m. Bern. Rel. tres, Crev. Reg. et Mor. pro var. scr. *levis aura* unus Heinsii. Reliqui et vett. edd.: minus. Vers. seq. *carentes* Palat. prim.

44. EST — EMENDUS ERAT. *Et pretium* prim. Palat. *habendus erat* prim. Vatic. Palat. sec. Guelf. a<sup>pr.</sup> m. Rel. pro var. scr. *habendus erit* Polit. sec. Rottendorf. et duo; hoc Heinsius recepit. Reliqui tamen codd. omnes cum vett. edd.: *emendus erat*, nisi quod: *erit* Reg. et tres Heinsiani. Illud, revocavimus cum librorum reverentia, tum quia venustius interpolato illo. Cfr. Am. I, 8, 34: *Si te non emptam vellet, emendus erat.*

Prop. 4, 15, 22: *Talis mors pretio vel sit emenda mihi.*

Claud. tert. cons. Honor. 188: *emittitur sola virtute potestas.* Vers. 45. *ingen. aures caput* Busl., unde Heinsius: *alius* coniciebat, vel: *aliquid, caput exserere artes.*

47. COMMOTUS — PROTINUS. *convictus dixi* Pirckh. *sumotus* Rel. *providus* pro: *protinus* malebat Schraderus, sine causa, cfr. Pont. I, 9, 2: *Quae mihi de raptu tua venit epistola Celso*  
Protinus est lacrimis humida facta meis.

Ben. ep. 44: *geres autem, si hoc protinus tibi persuaseris* etc. ep. 50: *philosophia protinus delectat, dum sanat.*

49. HAEC Palat. prim. Put. Serv. novem alii Heinsii. *Nec mihi* Busl. *Non mihi* quatuor. *Hei mihi* Palat. sec. Reliqui et vett. edd.: *Hoc. sonitusve* Polit. prim. Palat. sec. Guelferb. Vers. 50. *Linguaque — pennave* Gall. Rel. *Linguave — pennaque* edd. vett. omnes. *Linguaque — pennaque* Jun. Berol. Vers. 51. *ac coniectura* prim. Vat. *ratio et tunc coniectura* vett. edd. nostras omnes.

Hac divinavi notitiamque tuli.

Quae quoniam rata sunt, tota mihi mente tibi  
 Gratulor, ingenium non latuisse tuum.

55 At nostrum tenebris utinam latuisset in imis!

Expedit studio lumen abesse meo.

Vtque tibi prosunt artes, facunde, severae;

Dissimiles illis sic nocuere mihi.

Vita tamen tibi nota mea est: scis artibus illis

60 Auctoris mores abstinuisse sui.

53. quoniam vera est. 56. Expedit in studio numen.

52. HAC DIVINAVI. *Haec divinavi* Reg. decem Heinsii Bern. Rel. a pr. m. edd. vett. omnes. *Hoc* Put. *Non* Pirckh Gall. Leid. uterque a m. sec. Guelferb. *Nec* Francof. Mor. Jun Berol. *Sic ego divinam not.* Crev.

53. QUAE QUONIAM RATA SUNT. *Et quoniam* vett. edd omnes. *quoniam rata est* prim. Polit. Guelf. et Rottendorf. *quoniam rata tota* etc. prim. Vat. et Pal. sec., sed in Vatic. a manu recentiori addito: *sunt. quoniam rata sint* prim. Palat. Reliqui libri: *quoniam vera est*, omissa tamen *est* Berol. et Crev. Ex Palatini egregii scriptura Heinsius coniiciebat *rata sit*, acute; sed malumus: *rata sunt*, quod commode referetur ad *Haec* v. 49. *tibi mente mihi* Reg. Leid. prim. Palat. sec. Guelf. Bern. Berol. Crev. edd. vett. omnes.

56. EXPEDIT STUDIO LUMEN. *studio — meo* Put. Mor. Serv. Busl. Palat. sec. Leid. uterque, Jun. Seguer. Francof. viginti meliores Heinsii, nostri cum Bern. Reliqui et vett. edd.: *studium — meis*. Parum interest. Illud autem mirum est, Burmannum nescio quod somnium suum ne verbo quidem addito ausum fuisse interponere, plerosque deinde editores obsequentes habuisse. Nullus liber id agnoscit, quod ab illo editum est: *Expedit in studio*, omnes, duobus exceptis, cum vett. edd.: *Expedit stud.*; atque ita edidit Heinsius, quod ultra captum Burmannorum videtur fuisse. Vid. Fast. 4, 406. Her. 10, 112. 17, 170. ibique Loersium; Charis. lib. 4. p. 239. Diomed. l. 2. p. 447. Putsch. Non diffidentum tamen est aequè emendatum et fortasse magis etiam ex usu loquendi Ovidiano esse, quod cod. Reland. exhibet: *Expedit* apposite interpretatur: *utile fuisset*. Neque abludit cod. Bernens., qui: *Expedit*. Exempla ex multis pauca accipe: Fast. 599. 2, 107. 4, 122. 6, 371. Met. 2, 170, 647. Her. 9, 168. 12, 119. Tr. 2, 69. Editio Rubei typhothetae errore: *Expedit studiis*. Etiam *numen* non admonito lectore dedit Burmannus, cum et codd. Heinsii, nostri et vett. edd.: *lumen* habeant, quae opponuntur, *tenebrae* id exigant.

58. DISSIMILES — MIHI. *Dissimiles* Palat. prim. *meae* Gall. Palat. sec. Bern.; idem sub rasura cod. Guelf. latere videbatur. Vers. 59. *est* omissum in Guelferb.

Scis vetus hoc iuveni lasum mihi carmen: et istos,  
 Ut non laudandos, sic tamen esse iocos.  
 Ergo ut defendi nullo mea posse colore,  
 Sic excusari crimina posse puto.  
 Qua potes, excusa, nec amici desere causam: 65  
 Quo bene coepisti, sic pede semper eas.

## X.

Est mihi, sitque precor, flavae tutela Minervae,  
 Navis; et a picta casside nomen habet.  
 Sive opus est velis, minimam bene currit ad auram:  
 Sive opus est remo, remige carpit iter.  
 Nec comites volucris contenta est vincere cursu; 5  
 Occupat egressas quamlibet ante rates.  
 Et pariter fluctus fertque assilientia longe

7. patitur fluctus.

65. QUA POTES. *Qua potest* Palat. prim. *Quam potes* Gall. Jun. Francof. Berol. quinque Heinsii et eius prim. ed. *desere causas* Jun. Berol. *nomen* Mor. tres Heinsii. *carmen* Leid. uterque.

66. QUO BENE — SIC PEDE Heinsius edidit ex Palat. prim. Francof. et sex aliis cum prim. ed. Accedunt Guelf. Bern. Berol. Crev. *Quo pede — sic bene* Mor. pro div. scr. Rel. et longe pluri codd. cum vett. edd. *Quo bene — sic bene* Put. Gall. Mor. Serv. Leid. uterque; exc. Voss. *Ut bene — sic bene* Jun. et tres Heinsii. Possis conferre Art. am. 3, 65:

*Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.*

## X.

Inscr. *De navi* Francof. *De nave et eius itinere* Serv. *Loquitur de nave* Berol. *De rate latura facit hanc, quoque de reditura* Pirckh. Berol. *Navim laudat, quam in Corinthiaco sinu abuit* vett. edd.

3. VELIS. *velo nimiam bene* Guelf.

6. QUAMLIBET ANTE. *qualibet arte* Palat. uterque, Put. Gall. Serv. Busl. septemdecim Heinsii, Guelf. Crev. Rel. vett. edd. omnes. Minor codd. pars id, quod expressimus; sed illud alterum quomodo ortum sit, ostendit cod. Bern., qui: *quamlibet arte*. Leid. prim. Seguer. Berol. et prim. ed.: *quaslibet ante*.

7. PARITER FLUCTUS. Sic codd. fere ex dodrante: Palat.



- Aequora, nec saevis victa fatiscit aquis.**  
**Illa, Corinthiacis primum mihi cognita Cenchreis,**  
 10 **Fida manet trepidae duxque comesque fugae;**  
**Perque tot eventus et iniquis concita ventis**  
**Aequora Palladio numine tuta fuit.**  
**Nunc quoque tuta, precor, vasti secet ostia Ponti**  
**Quasque petit, Getici litoris intret aquas.**  
 15 **Quae simul Aeoliae mare me deduxit in Helles**  
**Et longum tenui limite fecit iter;**  
**Fleximus in laevum cursus: et ab Hectoris urbe**

## 8. icta.

prim. Put. Leid. uterque, Jun. Gall. Francof. Mor. Serv. Busl. Guelf. Berol. Rel. undeviginti Heinsiani cum eius prim. ed.; quod et structura Ovidianum refert colorem, cfr. Fast. 2, 315, Met. 6, 396; et verborum copulatione, cfr. Ib. 71: *ipsum cum fluctibus aequor*, Her. 4, 105: *fluctibus oppugnant aequora Isthmon*. In reliquorum codd. scriptura: *patitur fluctus illud pati et ferre iterata minus possis probare*, ac Met. 13, 117, 118. *fluctus atque ass*. Mor. pro var. scr. *fert atque assil*. Rel. *fert assil*. Jun. Leid. prim. cod. Bersm. Guelf. in rasura. *fretaque assidentia* Berol. *ferit assil*. Palat. sec. *suntque assil*. Seguer. *assidentia* Put. *auxiliantis* Pirckh.

8. **VICTA FATISCIT.** *icta madescit* Put. Gall. Mor. octo Heins. Pirckh. a sec. m. Beru. Crev. *icta fatiscit* Leid. sec. alius Heinsii et codex Erfurt. Zinzerlingii; Mor. et Leid. prim. pro var. scr. Reliqui codd. et vett. edd. *victa madescit*. Unum codicem, Heins. et Zinzerlingium Prom. p. 167 secuti sumus, quos vide.

9. **CENCHREIS.** *centris* Palat. prim. Jun. Leid. prim. et tres. *centris* Berol. *tentris* Leid. sec. *Teucris* Guelferb. a s. m. Gall. et octo alii, *terris* tres codd. prim. ed. Heins. et nostrae vett. *Codris* Put.

12. **NUMINE TUTA FUIT.** *munere* prim. Palat. prim. Vatic. quatuor Heinsii cum prim. ed. *tuta fugit* Put. Gall. Mor. Serv. Busl. Jun. Francof. octo Heinsii cum eius prim. ed. cod. Bersm. nostri Berol. Crev. Probabat Heinsius suffragio suo; Burmannus ignorantia damnat, cfr. Bentl. ad Hor. Sermon. 1, 6, 13. Nos, quia *fugas* praecessit, alterum malumus.

15. **IN HELLES.** Duo codd., Seguer. et Relandi, id exhibent, quod tanquam suam correctionem Burmannus profert: *ad Helles*. Quibus libris cum ex Burmanni iudicio nihil accedat ponderis, quidquam mutare noluimus. In Guelferb. *eolid'* h. e. *Aeolidis* a pr. m. fuerat.

17. **HECTORIS URBE.** *Actoris urbe* Put. pr. m. prim. Polit. duo Heinsii, prim. ed. nostrae vett. sex. *Hectoris urbe* Palat. prim. Pirckh. Put. a m. sec. Francof. reliqui Heins. Bern. Guelf. Rel. Berol. Crev. edd. Parmens. prim. Bonon. Ald. *Ictoris* Leid.

Venimus ad portus, Imbria terra, tuos.  
Inde levi vento Zerynthia litora nacta

## 19. nactis.

sec. *Herculis* emendabat Merula. Sequimur cod. Palatinum et plurimos et interpretamur de Ophrynio urbe. Ilium enim novum a mari satis longe distabat. Illud autem oppidum et in litore erat, et insigne luco Hectoris ἐν περιφανεί τόπω, teste Strabone geogr. lib. 13. p. 409. Xyl. extr.

18. VENIMUS AD PORTUS. *Flaximus* Guelf. in portus tres codd. et prim. ed. Heinsii. *Umbria terra* Gall. Busl. Pirckh. Jun. Seguer. decem Heinsii, Béról. ed. Bonon. *Indrica* Francof., teste Heinsio. *Umbrica* Leid. prim. Bernens. Crev. *Umbia* Leid. sec. *Gmbria* alter Polit.

19. ZERYNTHIA LITTORA NACTA. Libri aut *Zerinthia* habent, aut quae non multum abluant, nisi quod ex scriptura cod. Moreti: *Ferichia* et Palat. prim. cum duobus aliis: *Tyrinthia* Heinsius olim coniciebat: *Perinthia*, quod contra metrum peccat. Sed plus difficultatis in ultimo versus vocabulo est. Omnes, quantum constat, Heinsii codd., nostri et vett. edd.: *nacta* exhibent, praeter quod Palat. sec. et Crev.: *nata*, Seguer.: *vidi* et pro var. scr.: *nanta*, primus Vatic. et Guelf.: *nacti*. Solus Junianus: *nactis*, idque Heinsius cum Burmanno reliquisque editoribus recepit. Nemo praeter Schraderum in schedis autographis contra grammaticam id fieri animadvertisse videtur; qua re non egregie compensatur sublata illius codicis auctoritas. Refragatur praeterea sensus, ut ex situ locorum mox intelligitur. Igitur Jo. Schraderus: *nacti* probabat et disputabat ita: „Samothrace insula, quae v. 20. intelligitur, sita est in ostiis Hebri fluvii. Zerynthia littora in ipsa illa insula posuerunt Massonus p. 97. Bochartus Geogr. Sacr. I, c. 12. Veterum tamen nemo, praeter schol. Nicandr. ad Theriac. 460”; (at ut mihi videtur etiam Suidas s. v. Ἀλλ’ ἐῖ τις.) „Idem tamen alio loco” (mmo, eodem) „cum Livio 38, 41. Cellar. I, p. 1061, Berkel. ad Steph. Byzant. s. v. Ζήρυνθος, in Thracia. *Tempyra* sine dubio sita erant non ad mare in litore Thracio, sed in mediterraneis, vid. Liv. l. 1. Iam vero vides vulgari interpretum opinioni, Ovidium Zerynthi in Samothracia haec scribere, a Samothracia navi *Tempyra* petiturum, adversari Zerynthi in continenti et *Tempyrorum* in media paene Thracia situm, quo navi aditus non erat, deinde locutionis molestiam: Zerynthia littora nactum Samothraciam tangere, pro eo, quod dicendum fuisset: Samothraciae littus nactum ad Zerynthum descendere. Ita igitur potius statuamus oportet, Ovidium Zerynthum appulisse navi sua, quae deinde in Samothraciam vecta sit, inde porro iter suum petitura, idque ita efferri: navis mea, nacti Zer. litt.” Monebat etiam v. 45: *Tyndaridae fratres*, quos haec colit insula, nihil impedire, quominus de Samothracia in ipso conspectu posita capiat. Hactenus vere doctissimus criticus; sed alia adhuc obiectio diluenda erat e v. 48. petita, quo se denuo navi altera iter facturum poeta dicit. Num adverso He-

- 20 Threiciam tetigit fessa carina Samon.  
 Saltus ab hac terra brevis est Tempyra petenti:  
 Hac dominum tenus est illa secuta suum.  
 Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos:  
 Hellespontiacas illa relegit aquas;
- 25 Dardaniumque petit auctoris nomen habentem,  
 Et te ruricola, Lampsace, tuta deo;

bri fluvio id futurum fuisse putavit Schraderus? an *Bistonias aquas* de Bistonide vel alio Thraciae lacu interpretatus est? Utrumque difficile probatu fuerit. Haec altera navigatio proposita causae fuit, ut nobis persuaderemus in Samothracia ipsa istaec Ovidium scribere; confirmat hoc v. 45; mox traiecturum navi altera in Thraciam, ut propter Tempyra iter terrestre institueret. Hoc v. 21. significatur. Nam quod Schraderus negat vocem *saltus* de interstitio maris occurrere, nec de interstitio terrae forsitan reapse quismquam usurpavit. Sed de utroque dici potuisse, evincitur loco Pont. 1, 5, 75:

*Per tantum terrae, tot aquas, vix credere possum*

*Indicium studii transsiluisse mei.*

Noli ergo h. l. cum Forcellino in lexico *saltum* interpretari *silvam brevem, atque ideo brevem tractum*. Igitur quam librorum tantum non omnium scripturam: *Zerynthia littora nacta* sequimur, interpretanda est ita, ut navis Ovidii post iter in alto mari decursum littus illud Thracium non appulisse, sed appropinquasse et prospexisse (hinc scr. cod. Seguer. ex glossa non inepta nata,) dicatur, dum in opposita et distante triginta octo millibus insula, (Plin. Nat. Hist. 4, 12. hoc est, eodem spatio, quo Gallia et Anglia sibi proximae dirimuntur; ubi qui navigarunt testantur utramque terram simul se vidisse; cfr. etiam de Thraciae littore et Samothracia Her. 6, 68.) atque, ut puto, in portu Thraciam spectante anchoram demittit. Ita *nancisci* interpretandum in loco Met. 14, 440:

— nactusque hoc litus adhaesi.

*Zerynthia* autem littora commemorat ornandi carminis causa, ut celeberrima Apollinis cultu; ignobiliorem locum, puto, tacuisset.

21. AB HAC TERRA. *Saltus ab hac contra* Put. Mor. Serv. Busl. nostri Guelf. a pr. m. Bern. Seguer. Rel. Berol. et edd. quaedam post Bersmannum. *ab hoc brevis est contra* Gall. E glossa Romanica: *contrada*: eadem exstat Met. 13, 406. *Tempyra* verum esse ipsae variantes scripturae, quas licet omittere, evincunt.

24. RELEGIT EX CONIECTURA Micylli et codice Medonii. Libri omnes Heinsii et nostri aut *relinquit*, aut *reliquit*; posterius etiam vett. edd. Reliquos DD. VV. coniecturas licebit praeterire.

26. LAMPSACE TUTA. *Laprata tuta* Palat. prim. *culta* Mor. cum Francof. pro v. scr. quatuor Heinsii, Seguer. Crev. *dea* Pirckh. Francof. a p. m. Rel. cum gloss.: *Cerere. lapsace tuta clara* Guelferb.

Quaque per angustas vectae male virginis undas  
 Seston Abydena separat urbe fretum;  
 Hincque Propontiacis haerentem Cyzicon oris,  
 Cyzicon, Haemoniae nobile gentis opus; 30  
 Quaque tenent Ponti Byzantia litora fauces:  
 Hic locus est gemini ianua vasta maris.  
 Haec precor evincat, propulsaque fortibus austris  
 Transeat instabiles strenua Cyaneas;  
 Thynniacosque sinus, et ab his per Apollinis urbem 35  
 Alta sub Anchiali moenia findat iter.

## 36. Acta — tendat.

27. **QUAQUE.** *Quamque* Francof. *Quodque* Hamburg. Serv. Berol. a pr. m. *vectae male* ex Palat. prim. Pirckh. Leid. utroque, Jun. Put. Gall. Mor. Serv. Busl. undecim Heinsianis, Seguer. Bernens. nostris. cum edd. vett. omnibus. Reliqui: *male vectae*.

29. **HINCQUE.** *Hic Prop.* Gall. *Hinc Prop.* Serv. *Inque* prim. Polit. prim. Vatic. duo Heins. *Inde* duo, quod coniecerat Francius. Verss. 29, 30. *Cynthicon* Palat. prim. *sinsac* Guelf.

31. **QUAQUE.** *Quamque* Francof. *Quaque* Palat. sec. Mor. Serv. Jun. Leid. prim. Guelferb. Rel. Crev. tredecim Heinsii cum eius prima editione. Abusus hac scriptura Burmannus ad importunam correctionem faciendam.

33. **HAEC.** *Hanc* Palat. prim. Mor. sex Heinsii cum prim. ed. *Hac* Francof. *ut vincat* Palatinus sec. exc. Voss. Reland. Crev. sex Heinsii. *pulsataque* Palat. prim. Put. Gall. Bern. sex Heinsiani; Guelf. a s. m. *flatibus Austri* Palat. prim. Put. Rel. novem alii, Mor. pro var. scr. Guelf. a s. m. *fluctibus Austri* Gall. *flatibus Austris* Medon. Vers. 34. *strenua tyaricos* Palat. prim.

35. **THYNNIACOSQUE.** *Ismariosque* Palat. prim. *Hismariosque* Mor. *Tiniacosque* Seguer. *Tinacriosque* Crev. *Tynaciosque* Gall. *Trinachiosque* Guelf. *Trinacriosque* Pirckh. Leid. uterque, cod. Bersm. *Tinaricosque* Busl. *Thimaosque* ed. princ. *Thunaeosque* Put. *Thimachiosque* Rel. *Trayciasque* Berol. *Taenariosque* Jun. *Enochiosque* ed. Bonon. et Ald. *Eniochosque* reliquae edd. vett. *Thynniadosque* emendabat Salmasius ad Solinum, citante Heinsio. Jo. Schraderus in schedis malebat: *Thynniadasque sinus*.

36. **ALTA SUB A. M. FINDAT.** *Apta* prhn. ed. Leid. uterque, Jun. et quinque. *Acta* Busl. Crev. et quatuor; Francof. pro v. scr. *Vecta* prim. Polit. prim. Vatic. Palat. sec. et duo cum edd. vett. nostris. *Antra* Serv. et alius. *Arcta* unus. Sed Heinsius ex Palatino primo et longe plurimis, quod et Guelferb. Bern. Seguer. Rel. Berol. habebant, edidit: *Alta*. Malebat tamen: *Recta*, vel, *Lecta*. *Ancheladi* Palat. prim. *Athiali* Pirckh. *Amerali* Seguer. *Anchiali* Berol. *Alciali* Bern. *tendat iter* ex prim. Polit. prim. Vatic. Palat. sec. et tribus aliis, quibus Guelf. a pr.

Inde Mesembriacos portus, et Odesson, et arces  
 Praetereat dictas nomine, Bacche, tuo;  
 Et quos Alcathoi memorant a moenibus ortos  
 40 Sedibus his profugos constituisse Lares;  
 A quibus adveniat Miletida sospes ad urbem,  
 Offensi quo me compulit ira dei.  
 Haec si contigerint, meritaë cadet agna Minervae.  
 Non facit ad nostras hostia maior opes.  
 45 Vos quoque Tyndaridae, quos haec colit insula, fratres  
 Mite, precor, duplici numen adeste viae.

40. profugum larem. 43. Hanc si contigerit.

m. Bern. et Rel. accedunt, Heinsius receperat. Libri reliqui et edd. omnes: *fundat* agnoscunt, nisi quod Pirckh.: *fundit* et Berol. *fundat*. Francius *carpat*, vel *vertat* volebat.

37. MESEMBRIACOS PORTUS ET ODESSON. *Mesambriacos* Palat. prim. Berol. *Inde in Sambraticos* Palat. sec. *Mesambriacos* Put. Mor. Busl. Seguer. Guelf. a m. s. prim. ed. Heins. Bona. nostra. *Mesanbriacos* Pirckh. Leid. prim. Crev. Rel. *portus Zepheson* Leid. sec. *port. et Oponis arces* Palat. sec. et *epesoda et arces* Berol. et *Ephesonis arces* cod. Bersm. et *Opesonis arc.* Seguer. *portus epeson arces* in ampliore rasura Guelf. et *Epheson* Put. Mor. Serv. Busl. Jun. Leid. prim. Pirckh. Bern. Rel. *Opeson* Palat. prim. Francof. prim. ed. et nostrae vett. *Opason* Crev. *Opesan* Gall. Sed *Odesson* iam Barth. Merula restituit, in libris Ciofanus legerat.

39. ALCATHOI. *Alchatoi* Palat. prim. *Alcithoi* Berol. *Alcathoes* septem Heinsii cum Aldina. *Alcathois* Put. Gall. Serv. Francof. prim. ed. Crev. Rel. *Alcathos* Jun. Leid. prim. Seguer. *Alcathoas* vett. edd. octo.

40. PROFUGOS — LARES ex Palat. prim. exc. Voss. Pirckh. Gall. Mor. Busl. Leid. prim. a m. sec. quatuordecim aliis Heinsii, nostris Bern. Seguer. Crev. prim. ed. et vett. nostris. *profugos — larem* Guelf. Rel. et Berol. Reliqui: *profugum — larem*.

42. QUO ME COMPULIT. *que me* Palat. prim. *compulit* primum in suis duobus Ciofanus invenerat. Heinsius tamen exc. Voss. tantum et tres alios, primam editionem et Moretani var. scr. pro hoc scriptura laudabat. Ex nostris Berolin. ita habet. Reliqui et vett. edd. omnes: *contulit*.

43. HAEC SI CONTIGERINT. *Hoc* Busl. *Hic* duo. *contigerit* Gall. Busl. Pirckh. Leid. prim. Bern. Guelf. a m. s. Rel. Crev. Moret. pro v. scr., sex Heins. Cur Heinsius mutaverit vulgatum reliquorum codd. et vett. edd. omnium ita: *Hanc si contigerit*, causam non video. Nam *Hanc* cod. Francof. habere pace eruditi viri, qui illum contulit, valde dubito. Heinsius multo in eo codice conferendo accuratior nihil annotaverat.

46. ADESTE VIAE. *adesse* Francof. *adeste rati* duo codd.

Altera namque parat Symplegadas ire per arctas,  
 Scindere Bistonias altera puppis aquas.  
 Vos facite, ut ventos, loca cum diversa petamus,  
 Illa suos habeat, nec minus illa suos.

50

---

 XI.

Altera quaecunque est toto tibi lecta libello,  
 Est mihi sollicitae tempore facta viae.  
 Aut hanc me, gelido temererem cum mense Decembri,

3. gelidi — Decembris.

Maffei, Leid. uterque, prima ed. et vett. nostrae omnes. gloss. Rel. :  
 iae, duabus carinis meis. fugae Put. pro var. scr.

47. PER ARCTAS. arctes Palat. prim. arces Palat. sec. ar-  
 ces Put. auras Berol. peratas Crev. arctas Hamburg. uterque  
 Polit. prim. Vat. Serv. Jun. Leid. uterque, Francof. novem Heins.  
 Guelf. Rel. Plurimi Heins. Guelf. a sec. m. Bern. Seguer. et vett.  
 edd.: per altas. Vers. 48. Cindere Palat. prim. Bistonidas prim.  
 Vatican.

50. ILLA SUOS. Hoc Francius probabat, Burmannus e Serv.  
 Leid. prim. Busl. edidit; atque ita Guelf. a pr. m. Reliqui libri:  
 ita. Cfr. Fast. 2, 396; 5, 188. Ib. 408. recens. nostr.

---

 XI.

Inscr. Incipit secundus liber Francof. De tempore, quo istum  
 librum fecit Berol. Naso refert, istum scripsit quo tempore librum  
 Berol. Ad lectorem, quod in itinere hunc primum librum  
 confecit vett. edd.

2. SOLLICITAE. sollicito Put. Gall. Pirckh. Jun. Leid. uter-  
 que, quindecim alii, Guelf. Berol. Crev. Aldina posterior.

3. AUT HANC ME GELIDO TREMEREM CUM MENSE DECEM-  
 BRIS. Aut hanc Put. Busl. Jun. Leid. uterque, Gottorp. Pirckh.  
 prim. ed. et decem Heinsiani, nostri et vett. edd. praeter Rel. et  
 id. Bonon., cum reliquis haec servantes. Aut ego Barberin. cum  
 gelido tremere me Gottorp. Barberin. Jun. cum trem. gel. me  
 Ber. cum in gel. tr. me Leid. prim. in gel. tr. me Leid. sec.  
 gelido Medon. cum gel. tr. cum Pirckh. Unus codex: gelidus,  
 reliqui et edd.: gelido. Decembris prim. Vat. Barberin. Rotten-  
 bori. Rel. Omnes reliqui: Decembri. Hinc Heinsius edidit:

Aut hanc me, gelidi tremere cum mense Decembris;  
 volebat etiam: hanc, gelidi tremere cum mense Decembris; Auctor  
 Rectorum Etonensium ita:

Scribentem mediis Adria vidit aquis:

- 5 Aut postquam bimarem cursu superavimus Isthmon,  
 Alteraque est nostrae sumpta carina fugae,  
 Quod facerem versus inter fera murmura ponti,  
 Cycladas Aegaeas obstupuisse puto.  
 Ipse ego nunc miror tantis animique marisque  
 10 Fluctibus ingenium non cecidisse meum.  
 Seu stupor huic studio, sive est insania nomen;  
 Omnis ab hac cura mens relevata mea est.  
 Saepe ego nimborum dubius iactabar ab haedis:  
 Saepe minax Steropes sidere pontus erat;  
 15 Fuscabatque diem custos Erymanthidos ursae;  
 Aut hyadas seris hauserat auster aquis:  
 Saepe maris pars intus erat; tamen ipse trementi  
 Carmina ducebam qualiacunque manu.  
 Nunc quoque contenti stridunt aquilone rudentes,

16. saeris auxerat.

*Aut hanc me gelidus, tremerem cum mense Decembri, etc.*  
 proxime librorum auctoritatem; nam *us* et *o* exiguo discrimine distant; idque recipiendum fuisset, si vulgata graviore vitio, quam simplicitate nimia teneretur. Vers. 5. *casu* Leid. uterque, ne Burmanno de multis libris credas. *speravimus Isthmos Palat.* prim.

9. IPSE EGO NUNC. *Ipse etiam miror* Palat. prim. prim. ed. et duo. *Ipse ergo haec miror* Bern. *Ipseque nunc* Crev. Busl. *Ipse etenim* Gall. Seguer. *Saepe ego nunc* Rel. a sec. m.

11. SEU STUPOR ETC. *hinc studio* Palat. prim. *sive huic ins.* Moret., ex quo Heinsius in textum admiserat, improbante Burmanno et Francio. *studio est* inscriptio Gruteriana a Burmanno laudata. Vers. 13. *mendosis* Palatinus prim. et tres alii cum prim. edit. *ab undis* Serv. et quinque, Crev. *euris* Berol. Vers.

14. *Steropes* Put. Gall. Serv. Jun. Leid. prim. prim. ed. Seguer. Guelf. Rel. et vett. edd. *Meropes* liber Bersm. *Meropis* duo Heins. et Crev. *Cicropis* Berol. Vers. 15. *Atlantiōs urs.* Put. Jun. et duo, ne cum Burmanno fallaris. *arimantidos* Guelf.

16. SERIS. *senis* Palat. sec. *saeris* Busl. Polit. uterque, Leid. prim. tredecim Heins. noster Crev. et vett. edd. *hauserat* Put. *auxerat* Gall. Leid. prim. Pirckh. Francof. pro v. scr. alii Heinsii, ed. Bonon.; e codice ita citatum a Behotio Apoph. 1, 1. De interpretatione vocum *seris* et *hauserat*, quas flagitantibus tot libris recepimus, vid. auct. Elect. Eton. et Heinsii nott. Vers. seq. *pars vicus erat* Palat. prim. Vers. 18. *dictabam* Putean. *ductabam* coniecit Heinsius. *qualiacunque* Palat. prim.

19. STRIDUNT ex Palat. prim. et sec. prim. Vatic. prim. Polit. Serv. Francof. decem aliis et prim. ed. nostro Crev. Re-

Inque modum tumuli concaeva surgit aqua. 20  
 Ipse gubernator tollens ad sidera palmas  
 Exposcit votis, immemor artis, opem.  
 Quocunq; aspexi, nihil est, nisi mortis imago:  
 Quam dubia timeo mente, timensque precor.  
 Attigero portum: portu terrebor ab ipso; 25  
 Plus habet infesta terra timoris aqua.  
 Nam simul insidiis hominum pelagique laboro;  
 Et faciunt geminos ensis et unda metus.  
 Ille meo vereor, ne speret sanguine praedam:  
 Haec titulum nostrae mortis habere velit. 30  
 Barbara pars laeva est, avidae substrata rapinae,

23. adspicio. 31. avidae succincta.

liqui libri omnes: *strident*; praeter Junianum, (non Regium,) qui *suadent*.

23. ASPEXI. *aspicio* quinque Heinsiani, Rel. Berol. Crev. ed. Ald. pr. Reliqui libri omnes id, quod cum elegantissimo auct. El. Et. recepimus. *adspexit* ed. Bonon.

25. ATTIGERO ex Palat. primo, utroque Polit. Pirckh. Francof. Bern. Guelf. a pr. m. ed. Bonon. et multis. *Attingam* Pirckh. pro v. scr. Berol. *Attigerim* Leid. prim. et pro var. scr. sec. *Attingeram* Guelf. a s. m. Rel. *Attingo* Crev. *Contingam* Seguer. cum octo vett. edd. *terrebar* septem Heins. cod. Bersm. Berol. Rel.

31. AVIDAE SUBSTRATA RAPINAE. Sic Palat. prim. sec. Mor. Serv. Francof. a pr. m. cum multis aliis, Heinsio teste, prima ed. et Ald. Pirckh. cum permultis et vett. edd. octo: *substructa*. *substrasta* Guelf. a pr. m. *subtracta* Put. prim. Vatic. Jun. Gall. et quatuor. *substracta* Busl. *subtrata* duo Heins. Haec ab eadem origine profluxerunt. Interpolati: *submissa* Barberin. Seguer. Bern. Rel. cod. Bersm. *subiecta* Leid. uterque, Francof. m. sec. et sex, cum Guelf. et Crev. *avidaeque instructa* Herculan. *avidae succincta* exc. Voss. *avidaeque intenta* Francof. pro glossa, Berol. et duo. Harum correctionum elegantia Burmannus, Markland. ad Stat. 5, 1, 77. et alius quidam capti sunt. Severiores critici, Heinsius et auctor Etonensis, id exhibuerunt, quod possit fuisse communis errorum origo, licet difficilem explicatum habeat: *substrata*. Heinsius in schedis apposuerat Sen. Nat. Quaest. 4, 2: *Nec Rhenus, nec Rhodanus, nec Ister huic subiacent malo*. Huius verbi plura exempla Forcellinus exhibet. Coniiciebat praeterea: *avidaeque obiecta*, vel, *instructa*. Nos quoque expressimus librorum auctoritatem, quam exemplis veterum munire non datur, nisi quod Lactantius Inst. 2, 1: *terrenis figmentis animas subster-*  
*nare dixit*. Visum tamen mendum latere, ita corrigendum:  
 avidaeque obstricta rapinae,



- Quam cruor et caedes bellaque semper habent.  
 Cumque sit hibernis agitata fluctibus aequor;  
 Pectora sunt ipso turbidiora mari.
- 35 Quo magis his debes ignoscere, candide lector,  
 Si spe sint, ut sunt, inferiora tua.  
 Non haec in nostris, ut quondam, scribimus hortis:  
 Nec consuete meum, lectule, corpus habes.  
 Lactor in indomito brumali luce profundo
- 40 Ipsaque caeruleis charta feritur aquis.  
 Improba pugnat hiems, indignaturque, quod ausim  
 Scribere, se rigidas incutiente minas.  
 Vincat hiems hominem; sed eodem tempore, quaeso,  
 Ipse modum statuum carminis, illa sui.

36. sunt.

quae se rapinis obstrinxit, ut Cic. Phil. 2, 12. Verr. 2, 1, 2. Sull. 2: *obstrictus parricidio patriae*, etc. (quibus in locis non ablativum intelligendum esse, demonstraverit Ciceronis imitator Lactantius Inst. 3, 18: *eidem sceleri obstrictus*); errore librarium eodem, quo supra el. 3, 48. pro: *Versaque ab axe exaratum erat: Versa sub axe*. Cfr. varr. l. 2, 35.

32. SEMPER HABENT. *semper agunt* prim. Palat. prim. ed.; placebat Heinsio pro: *exagitant*, nisi quod *agitatum* sequeretur, pro quo Francius: *turbatum* malebat. Vers. 33. *Cumque fit Palat.* prim. Vers. 35. *Quoque magis debes* Put. Jun. Mor. Firckh. Francof. Rel. Berol. Bersm. ed. Bonon.

36. SI SPE SINT. *Si spe sunt* ex deterioribus codd. Gall. Mor. Serv. Busl. Leid. utroque, prim. Polit. sec. Palat. Francof. octo aliis et prim. ed. Heinsius recepit. Accedunt nostri. Reliqui tamen omnes cum vett. edd.: *sint*.

37. NON HAEC — SCRIBIMUS HORTIS. *Nec haec* Palat. prim. *scripsimus* Palat. uterque, prim. Polit. prim. Vatic. Leid. uterque, Gall. Busl. Seguer. Guelf. Rel. Crev. duodecim alii. Reliqui codd. et vett. edd.: *scribimus*. Vers. 39. *in immenso* Firckh. duo alii Heins. ed. Bononiensis. Vers. 41. *perstat hiems unus* Heinsii.

43. VINCAT HIEMS HOMINEM. Schraderus offendeat in oppositione *hiemis* et *hominis* adscripseratque duas correctiones, quas praestat reticere. Meminisse debebat Stat. Silv. 3, 2, 76: *Inque hominem surrexit hiems*.

42. INCUTIENTE MINAS. Causa nulla erat, cur Heinsius mallet: *rigidas iniiciente manus*. *Arctosae minae*, *Aeoliae minas* dicuntur apud Rutilium Itin. 1, 536, 2, 36. *rigidas minas intonare* ipse Ovidius Am. 1, 7, 46: *saevas minas increpare* Propert. 1, 18, 6: *inostere vim* Virg. Aen. 1, 73: *iram* Ennius apud Serv. ad eum locum, similia alii usurparunt. Vers. 44. *illa fui* Palat. prim.

## LIBER SECVNDVS.

Quid mihi vobiscum est, infelix cura, libelli,  
 Ingenio perii qui miser ipse meo?  
 Cur modo damnatas repeto, mea crimina, Musas?  
 An semel est poenam commeruisse parum?  
 Carmina fecerunt, ut me cognoscere vellent  
 Omne non fausto femina virque meo.

5

6. mea.

## IN LIBRUM SECUNDUM.

Novi libri distinctionem ignorant codd. Jun. Pirckh., qui inscribit: *Epistola longa duodecima*, Reland., qui decimam tertiam numerat. Francof. inscribit: *Ad suos libellos*, Pirckh. et Berolin. ita: *Librorum nocuam damnat Naso sibi curam; Naso flectatur quod Caesaris ira precatur*, vett. edd. praeter Bonon.: *Ad Augustum Caesarem*.

3. CUR MODO. *Cur ego Guelf. a m. s.*

5, 6. CARMINA FECERUNT — FEMINA VIRQUE MEO. Hoc distichon quomodo factum sit, ut in uno codice Seguer. ommitteretur, quis intelligit: cur abesse debeat ex Heinsii et Schraderi sententia, ego non assequor. Totus liber in diluendo duplici crimine consumitur, quod totum carminibus suis, partim ipsis, partim famae ex illis partae imputare vellet poeta. Potentiorum notitiam sibi perniciosam fuisse etiam 3, 4. init. non obscure indicat. Quos cum hic *feminam virumque* dixit, admoneri poterant eruditi vici, ne de sola femina apta inepta excogitarent. *vellent* debetur. codd. Gall. Busl. Leid. utr. Francof. Guelf. Berol. Crev. sex Heinsianis, ed. primae et vett. nostris. *possent* quinque Heins. Bern. Rel. a pr. m.; Busl. cum Francof. a s. m. *possent* Jun. exc. Voss. Re-

- Carmina fecerunt, ut me moresque notaret  
 Iam pridem invisā Caesar ab Arte meos.  
 Deme mihi studium; vitae quoque crimina demes.  
 10 Acceptum refero versibus, esse nocens.  
 Hoc pretium curae vigilatorumque laborum  
 Cepimus; ingenio poena reperta meo.  
 Si saperem, doctas odissem iure sorores,  
 Numina cultori pernicioſa suo.  
 15 At nunc, tanta meo comes est insania morbo,

## 8. Iam demum visa.

liqui: *vellet*. Heinsius coniecerat: *poscant*. In breviori versu meo pro meo ex Put. Heinsius ediderat. Schraderus negabat Ovidium nam esse eam nominis et pronominis separationem; iniuria quidem vid. Pont. 2, 5, 5, 6. Tu *omine non fausto meo* ita dictum patet ut meo malo infr. 5, 1, 44; malo suo laeti Sen. ep. 59; vulnus tuo lb. 322 rec. nostr.; supra 1, 9, 15: *eventu meo*.

8. IAM PRIDEM INVISA. *Iam demum visa* Heinsius primus edidit ex codd. quatuor melioribus, quos in notis impressis dicit tres tantum in schedis nominatos inveni: pr. Vatic. alterum Palat. sec.; quartum desidero, quintus Guelf. accedit. Reliquum cum primo Palatino: *Iam pridem invisā*, uti et vet. edd. omnes nisi quod levissimo discrimine: *Iam pridem visā* Put. Gall. Mos. a pr. m. Serv. Jun. Francof. Bern. Rel. Berol. Crev. et decem alii Heinsiani. Hoc postremum ineptum, Heinsiana scriptura spectata a librorum factione est. Pro tertio, quod posuimus, librorum militat numerus, partim fides: sensus non refragatur. Ideo enim est, atque in correctione illa Italorum, sed aliquanto subtilior. Non incuriae Augustum insimulat, qui tamdiu ignoraverit, quid perniciosi editum fuerit; non inclementiae in puniendo tam vetere delicto; mentem Caesaris tantum interpretatur, nam defensionis inferius locum fecit. — *summa Caesar ab arte* unus Vaticanus; unde Heinsius: *sonti arte* divinabat; puto corruptam glossam: *summa arte mea* Busl. Ben. Crev.

11. PRETIUM CURAE edidit Heinsius ex Pirckh. uno Bononiensi, Bersmanni cod., quod in tribus aliis pro diversa scriptura exstabat. Francofurtanus quid habuerit, oblitus est annotare, quod post Heinsium contulit: idem ergo, quod reliqui et edd. vet. omnes *pretium vitae*, nisi quod Busl.: *pretium studii*. Utrumque displicet, quia praecessit v. 9. Heinsianum illud ante Dan. Heinsium etiam Janus Gruterus probaverat in schedis idiographis.

12. MEO. *est* quatuor Heinsiani et unus noster in fine addunt, multi cum vet. edd. in dimidiato versu. Septemdecim tamen rectius prorsus omittunt. Vid. Lachmann. v. clar. ad Prop. 2, 6, 13.

Saxa memor refero rursus ad icta pedem:  
 Scilicet ut victus repetit gladiator arenam  
 Et redit in tumidas naufraga puppis aquas.  
 Forsitan ut quondam Tenthra<sup>n</sup>tia regna tenenti,  
 Sic mihi res eadem vulnus opemque feret: 20  
 Musaque quam movit, motam quoque leniet iram.  
 Exorant magnos carmina saepe deos.  
 Ipse quoque Ausonias Caesar matresque nurusque  
 Carmina turrigeræ dicere iussit Opi,  
 Iusserat et Phoëbo dici quo tempore ludos 25  
 Fecit, quos aetas aspicit una semel.

16. Saxa (malum!) ref. 17. et victus.

16. SAXA MEMOR REFERO. Sic plurimi codd. et omnes vet. edd.; *meum refero* Guelferb. sed in rasura, Gall. Leid. pr. Bern. Crev. septem alii Heinsii cum eiusdem prim. ed. *malum refero* Put. Mor. Serv. Busl. prim. Vat. Palat. sec. uterque Politiani, Jun. novem alii Heinsiani, Seguer. Berol. Relandi. Horum librorum auctoritati obsecundavit Heinsius, *malum pedem* interpretatus *laesum, offensum*; exemplum eius locutionis minus aptum adscripsit. Burmanni vero denuo artificium admirandum est, quo bonorum codicum scripturas pro suis coniecturis, quasi alter Salmasius venditavit. Nam quod proposuit: *Saxa (malum) refero*, ita diserte enotatum vidi in schedis, quibus Politianea codd. excerpta descripsit Jo. Fr. Gronovius, quasque inspexisse Burmannum compertum habeo. Sed cuiuscunque illud sit inventum, Ovidii manus non est, qui rusticus id dicendi genus ignorat. Interpretanda foret ista scriptura, nisi interpolata videretur esse, ad exemplum Catulliani illius, 14, 22:

*Illuc, unde malum pedem attulisti;*

cf. Ib. v. 101: *Nominibusque malis pedibusque occurrite laevis;*  
 Tr. 5, 7, 64: *Et studii repeto signa sinistra mei;*  
 Illic enim, ut et Fast. 2, 152. *signa explicanda sunt: vestigia.*  
 Verum de nostra scriptura cfr. Fast. 3, 623. Serv. ad Aen. 12, 37: *insania est illuc reverti, unde vix evaseris.* — ista Put. acta duo Heins. Unus Vaticanus pro div. scr.: *Laesum saxa pedem versus ad icta fero.*

17. UT VICTUS. Unus Bononiensis et ed. Bononiensis: *et victus*, quod tanti non est, ut cum Heinsio recipiamus. Vers. 20. *res eadem tentat* Heinsius. *opemque ferat* duo Heins. et Bern. refert Leid. sec. *dabit* exc. Voss.

21. QUAM MOVIT Palat. prim. et sec. Put. Mor. Serv. Busl. Francof. Seguer. Bern. Guelf. a pr. ip. Berol. Crev. Heinsii duo. Bern. Reliqui cum vet. edd.: *quae movit. motamque leniet* Pirkh. et hinc, puto, Heinsius coniebat: *delinuat. motam mihi* Bern. Rel. *leniat* Jun. Berol. Seguer. *leniat* unus Heinsii. Ante

His precor exemplis tua nunc, mitissime Caesar,  
Fiat ab ingenio mollior ira meo.

Illa quidem iusta est, nec me meruisse negabo:

30 Non adeo nostro fugit ab ore pudor.

Sed nisi peccassem, quid tu concedere posses?

Materiam veniae sors tibi nostra dedit.

Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat

Iupiter; exiguo tempore inermis erit.

35 Hic ubi detonuit, strepituque exterruit orbem,

vers. 27. rubrica est in codd. Guelf. Berol. et Crev. tanquam in novi carminis exordio. In Berolinensi etiam inscriptio: *Ad Imperatorem.*

28. AB INGENIO. Nihil hic libri mutant, praeterquam quod Gall.: *ab ignaro*; docti viri autem tentarunt, quorum Burmannus: *Fiat ab ingenio mollior ira tuo*, vel: *et ing. tuo*; inepte, iudice Schradero. Francius coniciebat: *Fiat et ingenio*, vel, *ut ingenio* etc. Postremum Schraderus quoque suadebat; qui solus dignus est, qui refellatur. Nimirum *ab ingenio meo* cum aequae recte dicitur, quam *ingenio meo*, de quo quum dubitabat Schraderus, non debuit, (cfr. vel quae infra ad 4, 4, 76. dicemus;) tum non ubique idem atque alterum significat. Ut enim Fast. 5, 507. *ab aura* ventilationis, non follis usum, Art. am. 1, 510. *ab acu* operosum comptum, Her. 12, 8. *a cultu* colendi proventum notat, ita hoc loco *ab ingenio* interpretandum est: *ingenii foetibus*, h. e. *carminibus*, quod multo aptius praecedentibus respondet, quam solum *ingenium*. Neque enim id iam agitur, ut ab ingeniosis cuiusvis generis hominibus deos placari demonstraretur, quin ne poetarum quidem ratio habetur, sed *carmina* id efficere posse docetur, quae ab ingenio profiscuntur. De praepositionis vi nobiscum sentit doctissimus Hand. Turs. I. p. 27. Vers. 29. Heinsius corrigebat: *neo eam meruisse negaro.*

31. SED NISI. *Et nisi* Pirckh. ed. Bonon. *Dio nisi* ad explendum versum scriptum erat in florilegio Berol. — *tu quid tres* Heinsii cum vett. edd. praeter Bononiensem. Vers. seq. Petrus Francius emendabat: *mors tibi nostra.*

33. PECCANT HOMINES. *homines peccant* ex pauculis suis codd. expresserat Heinsius: Gall. prim. Polit. Pirckh. duobus aliis. Accedunt serius collati Bernensis, Guelf. et ed. Bononiensis cum florileg. Berol. Reliqui libri omnes et Vinc. Bellov. Sp. h. 7, 119 inverso ordine: *peccant homines*, quod praestat; causam diximus ad 1, 1, 51. *peccant* floril. Murmell. et edd. Novariae et Caprasae. *mutat* pro *mittat* praestantissimus Palat. prim. Vers. seq. *tempore nullus erit* Bern. Berol. *solus* Berol. a sec. m.; glossae glossae.

35. HIC codd. Put. Gall. Mor. Busl. Palat. prim. Jun. Leid. pr. Seguer. Bern. Heinsiani undecim, nostri quatuor, Guelf. a sec.

Purum discussis aëra reddit aquis.

Iure igitur genitorque deum rectorque vocatur:

Iure capax mundus nil Iove maius habet.

Tu quoque cum Patriae rector dicare Paterque,

Vtere more dei nomen habentis idem.

40

Idque facis: nec te quisquam moderatius unquam

Imperii potuit frena tenere sui.

Tu veniam parti superatae saepe dedisti,

Non concessurus quam tibi victor erat.

Divitiis etiam multos et honoribus auctos

45

Vidi, qui tulerant in caput arma tuum.

Quaeque dies bellum, belli tibi sustulit iram:

Parsque simul templis utraque dona tulit.

Vtque tuus gaudet miles, quod vicerit hostem;

Sic victum cur se gaudeat, hostis habet.

50

m. Heinsii ed. princ. et nostra Bonon. Reliqui libri: *Nunò ubi*. Francius malebat: *Sic. — trepidumque* Gall. *strepitu deterruit* Leid. secund. Guelf. a s. m. et Berol. *conterruit* Put. Serv. quatuor alii Heins. *perterruit* Leid. prim.

37. GENITORQUE DEUM RECTORQUE. *rectorque — genitorque* Gall. Mor. Jun. Leid. *uterque* et ed. Bonon. *deum* in ras. Guelf. Francius tentabat: *genitorque hominum*, propter v. 40. Vers. 39. *dicare caputque* Gall.

40. NOMEN Palatinus primus cum maiore Heinsianorum et nostrorum numero et ed. Bonon. Quatuordecim fere codd.: *numen*.

41. MODERATIUS. *moderantius* Put. Busl. Leid. pr. Pirckh. Rel. Crev. ed. Bonon. *moderantior* Bern. *moderator* Gall. *at* ter pro: *unquam* habent Palatinus sec. Leid. pr. pro var. scr. ed. Bonon.

42. FRENA TENERE. *regna tenere* Busl. et duo Heins. *iura* unus eiusd. *tui* Seguer. Rel. et ed. Bonon. *gravi* Bern.

43. PARTI SUPERATAE. Palatini primi cum codd. longe plurimis haec scriptura. Palat. sec. et quatuor alii, quos nostra interesset novisse, tum edd. vett. omnes fraudulentissimam exhibent interpolationem: *Partho superato*. Aldina secunda alterum revocavit.

49. QUOD VICERIT. Heinsius ex solo Moretano receptum volebat: *quia vic*. Item unus Gallicus: *si vic*. Leid. prim.: *cum vic*. Aliquanto plures, Busl. Pal. sec. Leid. sec. Guelf. Berol. Crev. cum vett. edd. praeter Aldinam: *qui vicerit*. Sed Palatinus primus cum reliquis omnibus, quod legis.

50. SIC VICTUM CUR SE. Hoc verborum ordine Heinsius edidit ex codd. Put. Gall. Mor. Serv. Busl. Leid. prim. Jun. Fran-

- Caussa mea est melior, qui nec contraria dicor  
 Arma, nec hostiles esse secutus opes.  
 Per mare, per terras, per tertia numina iuro,  
 Per te praesentem conspicuumque deum,  
 55 Hunc animum favisse tibi, vir maxime, meque  
 Qua sola potui, mente fuisse tuum.  
 Optavi, peteres coelestia sidera tarde;  
 Parsque fui turbae parva precantis idem.  
 Et pia tura dedi pro te, cumque omnibus unus  
 60 Ipse quoque adiuvi publica vota meis.  
 Quid referam libros, illos quoque, crimina nostra,  
 Mille locis plenos numinis esse tui?  
 Inspice maius opus, quod adhuc sine fine reliqui,  
 In non credendos corpora versa modos;  
 65 Invenies vestri praeconia nominis illic:

## 62. nominis.

col., viginti aliis melioribus et prima, quam dicit, editione. Adstipulantur Seguer. Bern. et nostri quatuor. Leid. sec.: *Sic se cur victum.* Vett. edd. et reliqui Heinsii codices: *Sic cur se victum.*

51. MEA EST MELIOR, QUI NEC. *mei est* Guelf. qui non Mor. Busl. *quia non* quinque Heinsii, Crev. et vett. edd. quod non Palat. prim. Seguer. *contraria fovi* Leid. uterque pro val. scr. et duo. *movi* duo item Heinsiani. Utrumque memoriter repetitum ex 1, 5, 41. Vers. 53. *terram* Put. Busl. *per maxima num.* Busl. „*ter tria* Casaub.” notaverat Francius.

57. OPTAVI, PETERES. *Optavi ut peteres* Mor. Berol. Rel. *coelest. numina tard.* Bern. Berol. et tres. *sidera serus* unus Heinsii; glossemata sunt. Vers. seq. *petentis idem* Put. Leid. sec. Leid. prim. a pr. m. Jun. alius Heinsii. Vers. 59. *cumque amnis* Put. Vers. 60. *audivi* Guelf. a pr. m. Vers. 61. *illos* quos *crimina dicis* Pirckh. ed. Bonon. atque ita edidit Bersm.

62. NUMINIS Busl. et alter, Heinsio teste in notis impressis. Idem Francius in margine editionis suae adscripserat. Nos sine haesitatione recepimus. Nam et tertio hinc versus *nominis* redit et convenit huc locus in Pontt. 1, 1, v. 31. ad 42., ubi pergit:

*Ipsa movent animos superiorum numina nostros,*

*Turpe nec est tali credulitate capi.*

*En ego pro sistro Phrygiique foramine buxi*

*Gentis Iuleae nomina sancta fero.*

In ultimo versu item *numina* scripturum fuisse puto, nisi praecessisset.

65. NOMINIS. Repetitae vocis molestiam in hoc versu eludere conatur Burmannus, corrigendo: *invenies vestri primordia nominis illic.* Noli credere vel de huius emendationis veritate, vel

Invenies animi pignora multa mei.

Non tua carminibus maior sit gloria, nec quo,  
Vt maior fiat, crescere possit, habet.

Fama Iovi superest: tamen hunc sua facta referri,  
Et se materiam carminis esse iuvat:

70

Cumque Gigantei memorantur proelia belli,  
Credibile est laetum laudibus esse suis.

Te celebrant alii quanto decet ore, tuasque  
Ingenio laudes uberiore canunt.

Sed tamen ut fuso taurorum sanguine centum,  
Sic capitur minimo turis honore deus.

75

Ah ferus et nobis nimium crudeliter hostis,  
Delicias legit qui tibi cunque meas!

→ Carmina ne nostris sic te venerantia libris

de codicum scripturis, quas enotavit; ita habent: *Inveniesque tui* prim. Palat. alius Heinsii et eius prim. ed. *praecordia* Mor. *Invenies illic nostrae primordia laudis* Leidensis uterque. *Inv. tanti praecordia nominis illic* Gottorp.

69. FAMA IOVI SUPEREST. Veteres libri scripti et impressi consensu: *Fama Iovis superest*. Quod cum displiceret, Heinsius Advers. p. 61. Addend. ad Castigationes Vellei. Paterc. p. 4. tentavit: *Fama Iovis suppar*. Petrus Francius in altero suo exemplari: *Fama Iovis par est*, in altero: *Par tua fama Iovi est*. Burmannus vero egregie, nisi Bartholomaeo Merulae sublegisset: *Fama Iovi superest*; cuius locutionis exempla vide apud ipsum. Probabat Jo. Schraderus.

76. TURIS HONORE. *turis odore* non multi codd., quod dicit Burmannus, sed tamen Put. m. pr. Pirckh. et tres alii. Coniectura idem assecutus erat Francius.

77. FERUS ET NOBIS NIMIUM CRUELITER HOSTIS. *ferus est* exc. Voss. Bern. in nobis Serv. Busl. *nimum nobis* Mor. Seguer. Crev. *crudeliter* qui habeat, solus Palatinus secundus notatus est ab Heinsio. Reliqui et edd. vett. omnes: *crudelior*. Edidisse illud primus videtur Bersmannus. Barthio Advers. 40, 5. nomen proprium in voce: *nimum*, „valde ambigue in veteribus membranis scripta,” latere visum est, uti et Schradero, sed neuter indicavit. Nobis verum videtur, quia vel maxime Ovidianum, quod inde a Bersmanno edi consuevit; nam scribendi errore satis proclivi alterum ab hoc distat neque malam fraudem possis dicere, quo neque aptius quid neque facilius optimus quisvis criticus excogitaverit.

79, 80. CARMINA NE — CANDIDIORE LEGI. Distichon hoc emendatum vix esse et sensus admonet et scripturae in codd. differentia. Pro *sic te* Burm. malebat *quoque te*, sensu nullo, nisi hoc:



## 80. Indicio possint candidiore legi.

Esse sed irato quis te mihi posset amicus?

Vix tunc ipse mihi non inimicus eram.

Cum coepit quassata domus subsidere, partes

In proclinas omne recumbit onus:

## 80. Iudicio.

Qui tibi iocos Artis amatoriae recitavit, id effecit, ne tu aequiore animo laudes *quoque* tuas ipse legeres. *Iudicium candidum*, quod interpretes torsit, non facile improbarem: *candor* enim et *favor* saepe significationem invicem commutant, cfr. Pont. 3, 4, 13:

*Viribus infirmi vestro candore valemus;*

Her. 2, 64. *Simplicitas digna favore fuit*, et ita gloss. cod. Reland.: *candidiore, benigniore.* cfr. Martial. l. 7, epigramma totum 99. Sed cur eosdem libros amatorios; alii enim antequam relegaretur Ovidius, nulli praeter Heroinas publici iuris facti erant; cur eosdem modo ab alio recitatos audit Augustus, deinde ipse legit? Num lascivia illa captus repetivit lectionem? Haec absurditas, puta, impulit Heinsium, Francium, Schraderum ut spurium distichon pronuntiarent. Accedit, quod illa scriptura paucissimorum est librorum: *quoque te venerantia* tantum tres codd. de grege Heinsianorum et eiusdem prima editio exhibent. Reliqui libri alia omnia et sensu destituta: *quo te* Put. Gall. Mor. Busl. Leid. uterque, Francof. Jun. cod. Bersm. Seguer. Reland. duodecim alii. *quae te* uterque Palat. prim. Polit. prim. Vatic. prim. Ambrosianus, Servii, Bern. Guelf. sex Heinsii. *sic te* reliqui, Berol. Crevenn. Vett. edd. omnes: *et te*. Quomodo tam dissimilia conciliari possunt? *Istaec, quo, quae*, non raro etiam *quoque* per compendium scripta in codd. et sibi sunt simillima et aliis vocalibus: *quam* et *quum*. Posterius restituendum putaverim; eius enim glossemata videntur: *sic* et *et*. Si: *quam* malis, nascitur constructio, cuius exempla congegit Markl. ad Stat. silv. 5, 3, 211. et 219., seriorum tamen auctorum. Sed etiam *ne nostris*, pro quo cod. Crev.: *iam nostris*, Palatinus primus et ed. Heinsii princeps: *nunc nostris*, cfr. 1, 2, 42. varr., mutandum censeo in: *de nostris*, non Burmanni, qui idem tentavit, vestigia legens, sed cod. Segueriani, ex quo Tennulius manum librarii imitatus huic simillimum enotaverat. Totum igitur distichon ita concinno:

*Carmina de nostris cum te venerantia libris*

*Indicio possint condidiore legi;*

sensu per se apertissimo; de structura cfr. infr. 3, 4, 11, 12. *Indicio* non omnes tere libri, quod dicit Burmannus, tamen Palat. uterque, Put. pr. Vat. Leid. uterque, Jun. cod. Bersm. Guelf. ed. pr. Heinsii et quatuor alii. *possent* codd. Mor. Guelf. a s. m. Rel. Crev. *possunt* Busl. Bern. Guelf. a pr. m. prim. ed. Heins., quinque alii. Jacobum Gronovium video in exemplari suo correxisse: *Carmina non n. quoque te v. l. Jud. p. s. l.?* acute.

84. PROCLINATAS. *declinatas* Palat. sec. Bern. cod. Bersm.

[Cunctaque Fortuna rimam faciente debiscunt. 85

Ipsa suo quondam pondere tecta ruunt.]

Ergo hominum quaesitum odium mihi carminé, quaque

Debuit, est vultus turba secuta tuos.

At, memini, vitamque meam moresque probabas

Illo, quem dederas, praetereuntis equo. 90

[Quod si non prodest, et honesti gratia nulla

Redditur; at nullum crimen adeptus eram.]

*praeclinatas* Leid. prim., quod impense probabat Heinsius. *pro-*  
*cumbit* correxerat Scaliger.

85, 86. CUNCTAQUE — RUUNT. *ruinam faciente* Pirckh. *debiscant* Leid. uterque. *suo et quondam* edd. vett. nostrae omnes. *quondam* Mor. Busl. uterque Polit. Palat. pr. Leid. uterque, Jun. Rel. Guelf. a pr. m. pr. ed. Heinsii et novem alii codd.; et ita correxerat Scaliger. *quodam* Palat. sec. Reliqui libri: *quaedam* *pondere torta* Busl. *tecta* Gall. Guelf. a pr. m. Berol. *fracta* Mor. a pr. m. et ed. Bonon. *facta* Jun. *tacta* Seguer. *strata* Bern. Reliqui libri et edd. vett.: *tracta*. *ruit* Busl. Habes cum pulvisculo, quidquid variantis scripturae reperire potui. Exstat hoc distichon cum priori coniunctum etiam in florilegio vetere Berolinensi. Multa tentarunt viri docti, ut sensum certe elicerent: Heinsius: *Lapsa suo* —; Schraderus: *Iunctaque fortuna — Ipsa*, vel, *Visa suo quondam*. Ut ad sententiam totius loci collinearet, nemo efficere potuit. Quare nos quoque in Jac. Roveri, Heinsii, Schraderi concedimus sententiam, qua pro spurio a quovis impune tollendo habendum sit; quod si fiat, nihil ad perspicuitatem et elegantiam summam defuturum et ipsi haud gravatim spondemus.

87. HOMINUM QUÆSITUM ODIUM. Heinsius et Schraderus offendebant in repetita syllaba: *um*. Poterant igitur inserto cum codd. Busl. Rel. et Crev. *est*: *Ergo hominum est quaesitum odium*. Sed si verum fateri velimus, non pauca in his praesertim libris levis incuriae argumenta occurrunt. Habes ita initio huius libri intra quindecim versus decies repetitum pronomen primae personae; habes inferius v. 189. ter: *us*, decies sibilum; v. 223, 224. quatuor hemistichia in: *is* desinentia, etc. etc.

89. VITAMQUE MEAM. Vix decem codd. tuentur: *meam*, *ique* non optimae notae, ut intelliges, si eos tibi annumeravero, qui: *mei* habebant: Palat. prim. et sec. pr. Vat. Put. Gall. Busl. Jun. Leid. prim. Pirckh. Bern. Guelf. Berol. Seguer. Crev. decem et novem praeterea Heinsiani. *miki* cod. Bersmanni. Necessè tamen est, a tot et talibus discessionem facere. Scripsisse Ovidium: *vitam et mores mei*, quis possit animum inducere? Vide elegantioris locutionis exempla apud Heinsium ad Her. 5, 45. Glossae istius modi saepe leguntur in codicibus, velut in cod. Berol. Fastorum 2, 488. supra Iovis scriptum est: *tui*. Accidit idem in ep. Acontii v. 48. ed. Loers., undè vulgata: *Inque mei cupido nata est*.

91, 92. QUODSI — ERAM. *et honori* uterque Polit. et Mor.

Nec male commissa est nobis fortuna reorum  
 Usque decem decies inspicienda viris.  
 95 Res quoque privatas statui sine crimine iudex:  
 Deque mea passa est pars quoque victa fide.  
 Me miserum! potui, si non extrema nocerent,  
 Iudicio tutus non semel esse tuo.  
 Ultima me perdunt: imoque sub aequore mergit

## 94. Lisque.

*gratia* uterque Polit. Seguer. Bern. Rel. prim. ed. et unus Heinsii. Reliqui libri omnes: *gloria. et nullum* Palat. sec. Bernensis, Guelf. Francof. Berol. Crev. et quindecim Heinsiani cum eiusdem prim. ed. *ademptus* prim. ed. Heins. *adeptus ero* cod. Bersm. Francof. Suspectum hoc distichon iam Danieli Heinsio fuit. Nicolaus cum tentavisset: *adortus eram*, patri assensus obelo transfixit. Secuti Petrus Francius et Jo. Schraderus; sed hic in schedis recentiori manu denuo periculum fecerat corrigendi, adscripserat enim: „*crimine tactus? sparsus?*” Nostrum igitur est, sententiam supremam ferre: si vel barbaries huic versui abstersa fuerit idonea aliqua divinatione, nunquam fore, ut tam fatuae sententiae distichon aptius legatur, quam absit.

94. USQUE ETC. Heinsiana, hoc est, ingeniosissima est coniectura, quam Burmannus expressit, neque sine vulgatae scripturae interpretatione ab Heinsianae gloriae obrectatoribus loco moveri debuisse: *Lisque decem decies* etc. Non necessariam esse ita demum intelligetur, si memineris centumvirale iudicium, iuge et continuum, in annum legi solitum fuisse, vid. Heffter. Instt. d. r. u. d. Civ. pr. p. 49. et quos laudat Massonus vit. Ov. p. 61. Iam usque, quod omnes libri servant praeter duos, qui: *Utque* cum ed. Norvariae et unum, qui: *Vixque*, eius temporis spatium comprehendit. Cfr. Serv. ad Virg. ecl. 9, 64. Pont. 3, 5, 23:

Utque fui solitus, sedissem forsitan unus  
 De centum iudex in tua verba viris.

Sen. Apocolocynt. p. 857. ed. Gronov.:

Quis nunc iudex toto lites audiet anno?

*Inspicere* autem, verbum solemne in iudiciis, aequè bene cum *fortuna* coniungi posse videtur, atque cum *lite*; vid. Brisson. de verbor. significatione, ubi habes: *inspicere ius, rem, conditionem, personam*.

96. PARS QUOQUE VICTA. *quoque iusta* pauci libri: Put. Busl. pro var. scr. et septem Heinsiani, cod. Bersm. cum vett. edd. *iuncta* prim. Vat. *vincla* Pirckh. *falsa* Busl. Leid. pr. *plura* Jun. *digna* sex Heins. et Rel. *magna* duo. Francofurtanus interpolate: *Deque meo adversa est pars quoque passa fide*, teste Heinsio.

99. PERDUNT: IMOQUE SUB AEQUORE. *me produnt* Busl. in *gurgite* primus Palatinus, prim. ed. Heinsii et duo eiusdem libri.

Incolumem toties una procella ratem.

100

Nec mihi pars nocuit de gurgite parva, sed omnes

Pressere hoc fluctus Oceanusque caput.

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?

Cur imprudenti cognita culpa mihi est?

Inscius Aetæon vidit sine veste Dianam:

105

Praeda fuit canibus non minus ille suis.

Scilicet in superis etiam fortuna luenda est,

104. *deest est.*

Prepsit hoc ex altero abhinc versu, ut fieri assolet. — *mersi*  
Busl. cod. Bersm. et ed. Bonon. *mergunt* Serv. Jun. *mingi*  
Leid. sec. Vers. 100. *ima procella* edd. vett. præter Bonon. et  
Ald. Vers. 101. *Hec mihi* Palat. prim. *Nec quoque* Leid. uter-  
que. Vers. 102. *Oceanique* ed. Bonon. *Oceanumque* prim. Vat.  
Busl. Crev.

103. *CUR ALIQUID VIDI.* *Heu mihi cur vidi* Berol. Leid.  
sec. pro var. scr. et ita laudabat glossator codicis Zwiccaviensis  
Metam. ad 3, 438., quemadmodum etiam extat apud Joann. Saris-  
ber. Policr. l. 3. c. 12. et Vincent. Bellov. spec. hist. l. 7, c. 119.  
Eodem modo, sed: *quid vidi* Leid. prim. pro var. scr. *noxia car-*  
*mina* Busl. et Francof. *lumina flexi* Moret.

104. *CULPA. cognita causa mihi* Palat. prim. Jun. Busl.  
Berol. et quinque Heinsii; Gall. et Leid. uterque a prim. man.  
sed correctum, Francof. pro v. scr. Hoc probabat Graevius in epi-  
stola ad Heinsium Syll. 4, p. 632: „*Cognoscitur mihi culpa* re-  
ctene ac Latine credis dici? Quis horum verborum sensus: *ego*  
*culpam imprudens cognovi*? Num, ego imprudens in me admisi?  
Hanc sententiam locus postulat. Videtur autem rectius legi: *co-*  
*gnita causa mihi.* Ait, inscius et imprudens cognovi illam causam,  
quam tu tam aegre fers. Sed nec hanc satis sanam esse scriptu-  
ram existimo, tuum exspecto responsum.” Heinsius quid respon-  
derit, ignoramus. Puto tamen ita: „Quod in loco Tristium hae-  
res, Vir Humanissime, non oportet. Nam eo, quo interpretaris  
modo, etsi *cognoscere poenam* Ib. 279. *cognoscere curam Veneris*  
Met. 9, 726. *curam iuventae* Fast. 5, 526. et similia alibi poeta  
dixit, memineris tamen potius versus Tristium 3, 5, 49:

*Inscia quod crimen viderunt lumina, plector,*  
unde intelligis, Ovidium culpam non admisisse, sed vidisse alium  
admittentem.” Nos Palatini primi hoc quidem loco deserere au-  
ctoritatem non dubitamus, quia utraque illa vox, de qua agitur,  
duobus tantum litteris denotari solet in codd. Mstis. *est* in fine  
addunt Palat. primus cum viginti quinque Heinsianis, duobus no-  
stris et vett. edd. omnibus; Berolinensis in diuidiato versu. Nos  
carendum illo esse non putamus. Vers. 105. *Nescius* Busl. *sine*

Nec veniam laeso numine casus habet.  
 Illa namque die, qua me malus abstulit error,  
 410 Parva quidem periit, sed sine labe domus.  
 Sic quoque parva tamen, patrio dicatur ut aevo  
 Clara, nec ullius nobilitate minor:  
 Et neque divitiis, nec paupertate notanda:

*teste Jun. Vers. 106. suis — fuit Palat. sec. Leid. prim. Francof. Bern. et vett. edd. nec minus Mor. Jun. et alius Heinsii. ipse pauci, Gall. Busl. Jun. et quatuor. inde Bern.*

109. NAMQUE DIE ex Palat. prim. Pirckh. Gall. Francof. septem aliis et prima ed. recepit iam Heinsius. *forte die cum me Serv. Reliqui cum edd. vett. praeter Bonon.: nostra die. meus abst. Gall. et tres Heinsii; probabat Francius. qua melius abst. Bern., unde aliquis Burmannus coniecisse poterat: me levis abst.*

111. SIC QUOQUE. *Sed qu. Serv. quinque Heins. Sit qu. Pirckh. Crev. et ed. Bonon. parvo dicatur Leid. sec. et ed. Bonon. toto dic. Palat. sec. et Francof. Burmannus aut ignorabat, aut coniecturae faciendae causa simulabat se ignorare, num patrium aevum pro aetate maiorum latinum esset, cum tamen patrius mos ita dicatur Met. 12, 11. patrius cultus Tr. 5, 10, 34. patriae opes 4, 5, 8; 5, 4, 21. Coniciebat igitur: patrio arvo, quod tanti non est, ut refutetur. Maiorem adhuc litem toti disticho movebat Graevius in epistola ad Heinsium Syll. Burm. 4, p. 634., unde haec excerpimus: „Habeo inter disticha supposita. Primo non satis capio, quid sit, ut dicatur patrio aevo clara; si fuisset posteriorum aevo aut tempore, dixisset aliquid. Dein, quid hoc, quod addit, nullius nobilitate minorem illam esse, cum statim dicat se equestris tantum ordinis fuisse? Atqui equites, quamdiu non admovebantur dignitatibus, ut illis ius prodendae imaginis adipiscerentur, non referebantur in nobilium censum.” At Seneca ep. 44. ad Lucilium, novum equitem Romanum: Geres autem, si hoc protenus tibi persuaseris, a nullo te nobilitate superari. Omnibus nobis totidem ante nos sunt; nullius non origo ultra memoriam iacet. Vides nobilitatem hic nihil intelligi, nisi generis vetustatem, stemma, forsitan ex seniorum temporum consuetudine. Nostro in loco facillime licebit explicare aliorum nobilitatem, alios, qui nobiles sunt. Ita 4, 9, 3: nostrum clementia. Stat. Silv. 2, 6, 11:*

— cui maior stemmate iuncto

*Libertas (Markl.: Nobilitas) ex mente fuit.*

h. e. quam si stemma habuisset, quod non habuit.

113. ET NEQUE. *Sed neque Pal. prim. Berol. Rel. prim. ed. Heinsii. Sed nec Bern., Et nec Seguer.; contra Lachmanni praecceptum ad Prop. 5, 5, 50. et paupertate Put. Gall. Serv. Busl. Jun. Leid. prim. Francof. septem alii Heinsiani et nostri Guelf. a pr. m. Crev. Enixe Heinsius probabat in schedis, tanquam cultius genus loquendi, de quo vide interp. ad Met. 3, 492; Virg. Aen.*

Vnde fit in neutrum conspiciendus eques.  
 Sit quoque nostra domus vel censu parva, vel ortu; 118  
 Ingenio certe non latet illa meo.  
 Quo videar quamvis nimium iuveniliter usus:  
 Grande tamen toto nomen ab orbe fero;  
 Turbaque doctorum Nasouem novit, et audet  
 Non fastiditis annumerare viris. 120  
 Corruit haec igitur Musis accepta sub uno,  
 Sed non exiguo crimine lapsa domus.  
 Atque ea sic lapsa est, ut surgere, si modo laesi  
 Ematurerit Caesaris ira, queat.  
 Cuius in eventu poenae clementia tanta est, 125  
 Vt fuerit nostro lenior illa metu.  
 Vita data est, citraque necem tua constitit ira,  
 O Princeps, parce\*viribus use tuis.

12, 301. Non ubique Ovidium ea secutum videri, quae essent laevissima et usu protrita, aliquoties in his commentariis monemus; Confidentius tamen assentiremur Heinsio, si de codd. Hamburg. et Gottorp. certiores nos fecisset. *est* in fine versus recte delere Palat. sec. Mor. Serv. Francof. Bern. Seguer. Berol. undecim alios cum prim. ed. Heins., ultro apparet. Addunt tamen reliqui et vett. edd. praeter Aldinam.

114. FIT editum est ex Palat. prim. Put. Gall. Mor. Francof. Berol. Rel. et septem Heinsii. Reliqui et vett. edd. omnes: sit. Heinsius tentabat: *Unde fui neutro consp. equ.* Vers. 115: Sic Palat. sec. Gall. quatuor Heinsiani et vett. edd. omnes praeter Bonon. Vers. 116. *ille* Palat. prim.

118. AB ORBE. *in orbe* Palat. prim. Gall. Bern. Seguer. Berol. Crev. Rel. pro var. scr. sex Heinsiani cum eius prim. edd. et nostra Bononiensi. Glossa tamen videtur. *nomen semper in orbe* Pirckh.

122. SED NON. *Sed tamen* Palat. sec. Guelf. Crev. et duo Heinsii. *Non tamen* Francof. pro v. scr. *Si non exiguo* Tan. Faber ad Lucretium, *Nec tamen* Nic. Heinsius, *Ut non* Petr. Franciscus corrigebant. *laesa domus* Pirckh. exc. Voss. *nostra domus* Jan. Vers. seq. *Atqui* Richelianus, quod probabat Heinsius. *At quae sic unus* Vatic. *Ac sic lapsa quidem est* Moret. *Atque ea collapsa est* alius Heins. *si lapsa* Guelf. *Jaesa est* Gall. *Quantum ea sic tentabat* Franciscus. Vers. 124. *Ematurari* Palat. prim. Rel. Seguer. *Ematurari* cod. Bersm. *Permaturari* Moret. et duo. *Praematurari* unus.

126. UT FUERIT. *Venerit ut nostro* Leid. uterque, correctoris elegantiae. *lenior illa*, pro: *lenior ira* rectissime Heinsius, licet tantum ex Puteaneo, Palat. sec. Francof. et sex aliis edidit; acce-

Insuper accedunt, te non adimente, paternae,  
 130 Tanquam vita parum muneris esset, opes.  
 Nec mea decreto damnasti facta Senatus:  
 Nec mea selecto iudice iussa fuga est.  
 Tristibus invectus verbis, ita Principe dignum,  
 Vitus es offensas, ut decet, ipse tuas.  
 131 Adde, quod edictum, quamvis immite minaxque,  
 Attamen in poenae nomine lene fuit.  
 Quippe relegatus, non exsul dicor in illo:  
 Pareaque fortunae sunt data verba meae.  
 Nulla quidem sano gravior mentisque potenti

135. immane.

dunt nostri Berolin. et Crev. Vers. 132. *secreto* cod. Bersmanni, relabente librario in praecedentem versum. Idem in vett. edd. est, praeter Bononiensem, quae: *delecto*.

133. VERBIS, ITA. *verbis in principe dign.* Leid. prim. et *principe* unus Heins. a *principe dignus* Busl. unde Heinsius corregebat: *ac principe dignis*, scilicet aut otiosam existimans repetitionem: *ita dignum, ut decet*, aut acerbiorem ironiam in abiecti animi poeta improbens. — *est* in fine addunt Put. Leid. prim. Gall. Mor. et alius Heinsii, Berol. Rel. prima editio Heinsii et nostrae praeter Bononiensem et Aldinam. Vers. 134. *qua decet* Gall. *neq. decet* Pirckh.

135. IMMITE. Heinsius ex primo Politian. et secundo Palat. fortasse etiam Francof., si Kleinus fidem meretur, suspectae auctoritatis libris, receperat: *immane*. Reliqui omnes cum vett. edd.: *immite*, nisi quod Crev.: *invicte*. Vers. 136. *Et tamen* Gall. Leid. uterque. *Id tamen* Busl. quinque.

137. IN ILLO. *ab illo* exc. Voss. Leid. uterque, Gall. Mor. Basl. Rel. novem alii et ed. Bonon. *ab ullo* Bern. Guelf. *ab urbe* Palat. sec. Vers. 138. *Parvaeque* Leid. uterque et quatuor. *Parvaeque* prim. Vat. et duo, Guelf. a pr. m. *Partaque* Palat. prim. Seguer. Crev. — *sunt ibi* non pauci; *sint ibi* Gall. Plures tamen: *sunt tibi*: Put. Gall. Mor. Serv. Busl. Pirckh. Palat. sec. Leid. prim. uterque Polit. prim. Vat. Guelf. Bern. Berol. Crev. et tridecim alii Heinsii, prim. ed. et nostrae vett. praeter Aldinam, *sunt tuo* Jun. Rel. et quinque. *sunt data* Palat. prim. Herculan. tres alii Heinsii cum eiusdem prim. ed. et Aldina. Prohamus hoc, quia genuinae reliquorum scripturae nihil melius convenit. Alienas sunt coniecturae Schraderi et Burmanni: *Parvaeque naturae sunt data verba tuae*; *Pars quoque fortunae sunt tua verba meae*, vel alius, teste Santenio: *Blandaue fort.* etc.

139. SANO GRAVIOR MENTISQUE POTENTI. Sic cod. Stroz. et Bersmanni pro vulgato reliquorum et vett. edd.: *sango gravior mentisque potenti*. Sano tamen etiam Rel. Vindicant sibi eam, 998

Poena est, quam tanto displicuisse viro. 140  
 Sed solet interdum fieri placabile numen:  
 Nube solet pulsa candidus ire dies.  
 Vidi ego pampineis oneratam vitibus ulmum,  
 Quae fuerat saevi fulmine tacta Iovis.  
 Ipse licet sperare vetes, sperabimus: atque 145  
 Hoc unum fieri, te prohibente, potest.  
 Spes mihi magna subit, cum te, mitissime Caesar,  
 Spes mihi, respicio cum mea facta, cadit.  
 Ac veluti ventis agitantibus aequora non est  
 Aequalis rabies, continuusque furor; 150

144. saevo. 147. Princeps. 148. fata.

rectionem ante Heinsium Muretus, Gruterus et Gronovius in schedis, Freinshemius in ind. ad Curtium s. v. *posse*. Vers. 140. *Pe-naeque quam* Palat. prim. Barthius Adv. 40, 5. e suo codice: *Poena sit ac tant.* affert, ac deinde satis inepta molitur.

144. *SAEVI* plures et meliores: Palat. prim. prim. ed. Francof. Bern. Putean. Palat. sec. Serv. Busl. Pirckh. Leid. uterque, Seguer. Guelf. Rel. quatuordecim alii. Quibus obtemperandum. Cfr. Fast. 3, 290: — *piabile fulmen*

*Est, ait, et saevi flectitur ira Iovis.*

Vers. 145. *sperabimus* inquit Bern. Heinsius coniciebat: *sperabimus aequae*, quod probabat Francius, vel — *usque*, vel, quia in sequenti versu Pirckh.: *Hoc enim fieri* habebat: *sperabimus: unum* *Hoc etenim* etc.

147. *MITISSIME CAESAR.* Meliores, quos Heinsius: *Princeps* exhibere dicit, sunt primus Polit. primus Vatic. pr. Leid. Palat. sec. Guelf. et septem alii cum vett. edd. Exturbandum censemus et cum Palat. primo, Puteaneo, Bernensi, Francof. reliquis denique omnibus et prima Heinsii editione revocandum: *Caesar.* Causam sequens versus ostendet recte consideranti.

148. *FACTA.* Ex Jun. et Is. Vos. codice, quibus Bern. et Rel. a sec. m. accedunt, Heinsius ediderat: *fata* pro vulgato reliquorum omnium: *facta*, memor fortasse versus Pont. 1, 2, 63:

*Cum video, quam sint mea fata tenacia, frangor.*

Quod tamen si illic aptum est, non continuo hic etiam codd. scripturae praeserendum videtur. Illa enim scribebat quarto post re-legationem anno, haec eodem, quo Tomos venit, fatorum suorum constantiam nondum expertus.

149. *AC VELUTI.* *Et veluti* omnes vett. edd. Pirckh. et Palat. sec. cum quibusdam aliis. *aera* pro *aequora*: Putean. Mor. Serv. Busl. exc. Voss. uterque Polit. prim. Vatic. Palat. sec. Francof. Jun. Leid. uterque, Guelf. Crev. et novem alii. *aeris* Bernensis.



Sed modo subsidunt intermissique silescent,  
 Vimque putes illos deposuisse suam;  
 Sic abeunt, redeuntque mei, variantque timores:  
 Et spem placandi dantque negantque tui.  
 155 Per superos igitur, qui dant tibi longa, dabuntque  
 Tempora, Romanum si modo nomen amant;  
 Per patriam, quae te tuta et secunda parente est,  
 Cuius, ut in populo, pars ego nuper eram;  
 Sic tibi, quem semper factis animoque mereris,  
 160 Reddatur gratæ debitus Urbis honor:  
 Livia sic tecum sociales impleat annos,  
 Quae, nisi te, nullo coniuge digna fuit;  
 Quae si non esset, caelebs te vita deceret,  
 Nullaque, cui posses esse maritus, erat:

155. dent. 160. amor. 165. compleat.

151. SILESCUNT. *quiescunt* Pirckh. Bersmanni et ed. Bonon. Vers. 153. *redeunt nostri* Gall. *redeuntque mihi* Palat. prim. sec. Pirckh. Bersm. Leid. sec. Guelf. et duo Heinsii, prima eiusdem editio et nostrae veteres praeter Aldinam.

155. QUI DANT TIBI. *dent* ex Vaticano vulgaris notae editit Heinsius; idem noster Relandi habebat. Reliqui tamen codd. et edd. vett. omnes: *dant*. Berol.: *dat*. Vulgata minime sollicitanda videtur. Septuagesimum secundum annum Augustus agebat. Cfr. Met. 15, 839:

*Nec nisi cum senior similes aequaverit annos, (Tiberius.)  
 Aetheream sedem cognataque sidera tangat (Augustus);*  
 quae eadem sententia, in illo Met. loco non intellecta interpretibus, mox v. 166. legitur.

158. UT IN POPULO ex Palat. prim. prima editione, Leid. sec. Gall. Mor. Busl. Leid. prim. a sec. m. Bern. Francof. et novem aliis, probante etiam ex Erfurtanis Zinzerlingio Promula p. 167. Reliqui cum vett. edd. nostris omnibus: *et in populo*.

160. URBIS HONOR. Sic Palat. primus et secundus, Putean. Gall. Mor. Jun. Leid. uterque, Berol. Rel. Francof. pro v. scz. novem Heinsiani cum eius prima editione et nostris vett. praeter Ald. Reliqui libri: *amor*. Alterum utrum correctionem fraudulentam esse oportet; cuius suspicionem a Palatino primo procul habemus. Et certe sententia in posteriori scriptura non est admodum idonea. Nam *amor grati alicuius*, *amor debitus*, denique *amor, qui redditur*, idem significant.

161. IMPLEAT. *compleat* prim. Vat. prim. Pol. secundus Palat. Putean. Francof. Leid. uterque, Rel. Crev. ed. Aldi, sex Heinsii codd. Reliqui libri et edd. vett.: *impleat*. Utrumque cum non semel poeta usurpaverit, nos interpolatorum codd. testimonium

Sospite sic te sit natus quoque sospes; et olim 165  
 Imperium regat hoc cum seniore senex:  
 Ut faciuntque tui, sidus iuvenile, nepotes  
 Per tua perque sui facta parentis eant:  
 Sic assueta tuis semper Victoria castris  
 Nunc quoque se praestet, notaque signa petat; 170  
 Ausoniumque ducem solitis circumvolet alis,  
 Ponat et in nitida laurea sarta coma;  
 Per quem bella geris, cuius nunc corpore pugnas,  
 Auspiciam cui das grande deosque tuos;

167. Utque tui faciunt.

recimus. Vers. 165. variant libri, sed levitur et in monosylla-  
 vorum maxime ordine.

166. REGAT HOC CUM SENIORE. *Imp. teneat cum Putean.*  
*regat hic Gall. Leid. sec. vett. edd. cum senē patre Leid. prim.*  
*to seniore Palat. prim. Leid. sec. unus Vaticanus. Vulgatam,*  
*quam retinemus, Dion. Nestor laudat in Vocabulario s. v. senior.*

167. UT FACIUNTQUE TUI. *Utque tui faciunt ex solo Ju-*  
*niano ediderat Heinsius: idem habere cascas Academiae Helvetiae*  
*membranas dixit Barth. Advers. 40, 5. Verum quam cascae illae*  
*fuert, Barthius viderit: Junianus est recentioris notae: reliquorum*  
*illum agnoscere qui putaverunt, egregie falsi sunt. Nos quoque*  
*num potissimum sequimur: Palatinum primum, cui in ea ipsa*  
*scriptura: Ut faciuntque tui accedunt Leid. sec. Berolin. Crev.*  
*Rel. item codex vetustissimus quem dicit Merula, Bersmanni et*  
*huo alii, quos notaverat ita Heinsius: MB., MP.; qui sint, ignoro,*  
*nam Bersmanni et Pirckh. non sunt. In hac scriptura ideo non*  
*offendere debet, si modo potest, copulae: quae collocatio, quia ut*  
*his, ut facit et similia per formulam saepissime ponuntur. De-*  
*nique ab hac non multum discedit, quidquid restat variae scriptu-*  
*rae: Ut faciantque Gall. Serv. Francof. utriusque Polit. prim. Va-*  
*le. Leid. prim. exc. Voss. (ab ipsius Vossii manu; nam Heinsius*  
*descripserat: faciuntque.) Guelf. a pr. m. quatuor aliorum; Sic*  
*faciantque Put. Busl. quinque aliorum. Dic faciantque Guelf. a*  
*s. s. Denique ipsa illa vitiosissima plurimorum codd. et vett. edd.*  
*num scriptura: Efficiantque nostrae rationi favet. Non minus*  
*corrupte cod. Vossii: Utque tui sidus faciunt, alius Heinsii: Sicque*  
*ut fiant.*

168. SUI ex Leidensi primo tantum et altero codice, tum  
 ratione prima Heinsius edidit. Sed accedunt Bernensis et nostri  
 res Berol. Rel. Crev. Nam de Francofurtano neque quae dicun-  
 tur neque quae tacentur Kleinio viro erudito credo. Atque minima  
 ut mutatio et multo aptior Franciana coniectura, qui propter il-  
 lum librorum in: tui consensum tentabat, perque tui facta parentis  
 et, et intelligebat Tiberium. Vers. 170. Tunc Palat. prim. prim.  
 et. Heinsius tentabat: Huic.

- 175 Dimidioque tui praesens et respicis urbem;  
 Dimidio procul es, saevaque bella geris:  
 Hic tibi sic redeat superato victor ab hoste,  
 Inque coronatis fulgeat altus equis:  
 Parce, precor, fulmenque tuum, fera tela reconde,  
 180 Hei nimium misero cognita tela mihi!  
 Parce, Pater Patriae: nec nominis immemor huius  
 Olim placandi spem mihi tolle tui.  
 Non precor, ut redeam: quamvis maiora petitis  
 Credibile est magnos saepe dedisse deos.  
 185 Mitius exsilium si das propiusque roganti,  
 Pars erit e poena magna levata mea.

75. hanc respicis. 83. Nec.

175. PRAESENS ET RESPICIS. Heinsius ediderat: *praesens es et respicis* ex cod. Put. Busl. Jun. Francof. et tribus aliis. *praesens es respicis* quinque codd. habebant, quibus aut intersunt aut accedunt prim. Vatic. et Palat. sec.; ita fortassis Guelf. a pr. m. unde Heinsius conliciebat: *praesentis respicis*. Moretanus habebat *praesens hanc respicis*, quod cum etiam in Bernensi (et in Relandino quoque pro var. scr. est,) invenisset Burmannus, pessimo consilio pro Ovidiano recepit propter notissimam verbi: *respicere* vim et proprietatem. Schraderus satis clementer oppositionis tantum acumen ea scriptura, sive potius glossa, imminui notaverat. Quae inepta est, quia *hanc urbem* non dixisset poeta, nisi Tomos intellexisset. Nam Fastorum loci 1, 209. 3, 10. Romae sunt scriptae. Breviter expediam: Omnia, quae in Heinsii et Burmanni scriptura desiderantur: librorum auctoritas, verborum proprietates, oppositio elegantia, abunde insunt in vulgata reliquorum Heinsii omnium nostrorum codicum et vet. editionum: *praesens et respicis*. Eadem concisam constructionem modo legisti vv. 147, 148., cfr. Met. 11, 243, 244. Vers. 177. *si redeat* Guelf.

179. RECONDE. *reponere* Busl. et duo Heinsii. *relaxare* unde *Fulmina reponere* Ovidium dixisse Met. 1, 259 Heinsius in scholis notaverat. Hoc sublegit Burmannus, cum monstrare debuisset *tela, arma, gladios recondi*: Fast. 2, 697. 3, 396. Met. 12, 48. Vers. 180. *misero nimium* Palat. prim. prim. ed. tres Heinsii.

182. TOLLE. *michi redde tui* codd. nulli, quantum notamus, nisi fortean Palatinus secundus: editiones tamen veteres utraque strae omnes. Scilicet ex eiusmodi glossa, qualem Pirckh. habebat: *auge*.

183. NON PRECOR. *Nec* codd. tantum Gall. Mor. exc. V. Guelf. Berol. Crev. neque ulla vetus editio. *Non* etiam Francof. probabat. *maiora petenti* Seguer. et quatuor vel quinque Heinsii Leidensis uterque pro var. scr. *maiora poetis* Berol.

186. A POENA. *ex poena* multi, sed praeter Guelf. non v.

Ultima perpetior medios eiectus in hostes,  
 Nec quisquam patria longius exsul abest.  
 Solus ad egressus missus septemplex Istri  
 Parrhasiae gelido virginis axe premor.  
 → Iazyges et Colchi, Metereaue turba Getaeque  
 Danubii mediis vix prohibentur aquis.

190

## 87. proiectus.

tusti. Puteaneus, Junianus et duo Heinsii hunc versum ita concipiebant: *Fluctibus immensi credar abire maris.*

187. EIECTUS. *proiectus* ex Gall. Pal. sec. Bersm. et tribus aliis accedent ed. Bonon. recepit Heinsius. At si hoc vulgatum fuisset et pauci tantum id habuissent, quod iam reliqui omnes codd. (nisi quod Bern. et Pirckh.: *deiectus*, duo: *ire actus*), et octo vett. edd.: *eiectus*, sat scio probaturum hoc fuisse eximium virum ex Her. 14, 112:

— *regnoque domoque*

*Pellimur: eiectos ultimus orbis habet.*

Vers. seq. *quisquam a patria* prim. ed. Heinsii, idemque tentabat Francius. At Heinsius: *patriae.*

189. EGRESSUS. Ita Palat. prim. cum plus triginta Heinsianis, nostris omnibus et ed. Bononiensi. Pauci igitur nec multae huiusmodi codices et reliquae vett. edd.: *ingressus*. Heinsius malebat etiam: *egressum*. Tu lege Markland. ad Stat. Silv. 1, 2, 218: *Nec te terreat sibilus tot vocum in s exeuntium: ita enim fieri interdum necessarium*. Necessarium autem hic propter adiectum: *septemplex*. Vers. 190. Seguer. Crev. et quatuor Heinsiani: *Parrhasio gelidae* minus congruentibus hemistichiiis in versu aequidico.

191. IAZYGES ET COLCHI METEREAQUE TURBA GETAEQUE. Religiose, si usquam, enotanda est in hoc versu scripturae diversitas: *Jasides* Gall. Busl. Pirckh. cod. Bersm. *Jazidet* Seguer. *Jazides* Guelf. a s. m. *Jasiges* Rel. *Jatides* Berol. *Junges* Crev. *Jaides* Bern. *Zizices* Pal. sec. *Sauiges* et in marg.: *Zezibdes* Leid. sec. *Sariges* et correctum: *Zezipdes* Leid. prim. *Ziuges* Busl. pro var. scr. *Jaziges* ed. Veneta et Novariae, Parm. sec. *Laziges* Rubei et Parm. prim. *Latiges* Guelf. m. pr. *Japidus* ed. Bonon. *Jasides Colchi* (sive fortasse: *Eolchi*) Pirckheimer. *mitereaue* Reland. *Metereaue* Moret. *Meteraque* cod. Bersm. *mechereaue* Crev. *Mezeaque* uterque Leid. a sec. man. *metlaque* Seguer. *oitreaque* Busl. *Metheia* turba Berol. *Mezereaque* prim. ed. Heins. *Meteaque* Novariae ed. *turbaque gete* Crev. *turba getez* Berol. — Hunc laborem nostrum ἀρθαίρετα πηματα dixisset Jo. Schraderus, qui in Emendationum libro spurios hos duos versus esse non levibus argumentis et acute, ut solet, evincere studet. Primum dicit importunum in modum hoc distichio seriem sermonis turbari; istaec arcte cohaerere: *solus ad exitus Istri missus ab arcto premor, et cum alii graviores ob causas exulent, ego longissime fugatus sum*; nullum locum hic esse interponendis illis de

multitudine gentium, quae ad interpretandum, quod praecessit *medios hostes* conficta sint. At nobis non inepto loco ista enarratio posita videtur, immo propter id ipsum, quod antecedit, requiri. Apparet enim ea omnia, quae versibus 187, 188. comprehendit poeta, in sequentibus singulatim pertractari. Verba: *Ultima perpetior* interpretatur disticho 189, 190. *hostes*, quos commemoraverat, his, quos tractamus, versibus enumerat, versum 198. denique dilatat in duo disticha v. 193 — 196. Quod totum ut consilio et artificio fit, ita singula in hoc nostro disticho tam accurate dimidio versui 197. respondent, ut artis interpolandi peritissimum istaec addidisse oporteret. Nam cum medios inter hostes se positum dixisset, cfr. 3, 11, 13., iam bipartito eos inducit, qui ab utraque Danubii parte bella movent: *lazyges* et *Colchos* a sinistra; *Getas* et illos, quicunque quarti nominantur, a dextra. Perventum enim est ad alteram Schraderi objectionem, qua inscite et sine dilectu haec gentium nomina congesta in unum disputat. Nos ordinem et rationem deprehendisse videmur: primum nominari gentes ultra Istrum habitantes. De *lazygibus* id non est dubium, vid. Pont. 4, 7, 7. De *Colchis* controversiam movet Schraderus, *Merulae* iudicium secutus, qui *Colchos* toto Euxino mari a *Tomitanis* disiunctos locum hic habere negabat. Sed coniecturam *Merulae*: *Corsi* legentis et *Micylli* explicationem, de *Colchis* ex *Medeae* persecutione illic relictis improbat, suas quoque correctiones reticet, quas ante Emendationes editas tentaverat: „*Jazyges*, *Heniochi* cfr. *Lucan.* 2, 590. *Mela* 1, 19. vel: *Jazyges et Tauri*, *Mel.* 2, 1.” *Tauri* et *Colchi* confusi sunt in *Mythogr. Vat. prim.* p. 7. ed. *Rem.* Nos in *Colchorum* nomine non offendimus. Nam aut credidisse illos poetam in vicinitate sui positos, aut certe hoc ut fingeret, sibi permisisse dicemus ex Pont. 1, 4, 23:

*Aspice, in has partes quod venerit Aesone natus,  
Quam laudem a sera posteritate ferat.*

et *ibid.* v. 31, 32:

*Iunctior Haemonia est Ponto, quam Roma, sinistro  
Et brevius quam nos ille peregit iter.*

*Her.* 12, 27: *Hic Ephyren bimarem; Scythia tenuis ille nivosa  
Omne tenet, Ponti qua plaga laeva iacet.*

Cfr. *ibid.* 6, 106, sq. et *Salvagn. Boessium* fine praefationis ad *Ibin*, qui de hac poetarum licentia agit. Tertia gens, cuius nomen et sedes dubium nihil habent, *Getae* sunt, inter quos se habitare saepissime dicit *Ovidius*: cis *Danubium* igitur incolebant. De quarta, quae ponitur, omnia obscura: *Maetonii oppidi* (*Ptol.* 3, 5.) *incolas* haud facile potuisse dici *Meteream turbam*, quod voluerat *Merula*, *Schraderus* admonet: alteram eiusdem coniecturam: *Neureaque turba* propter inusitatam adiectivi gentilis formationem damnat. In schedis tamen ipse *Schraderus* similem adscripserat: *Esseaque turba*; praeterea alias: *Neurique et turba Getarum*, quia *Valer. Flaccus* 6, 122. *Neuros* et *lazygas* tamen coniunxerit; vel, *braccataque, pharetrataque, metuendaque turba Getarum*. Nobis aliud quid requiri videtur, ad quod eo, quem supra indicavimus, certe ordinè, quem poeta secutus videtur et alius simillimi loci comparatione deducimur. Is est Pont. 1, 2, 55 sq.:

Cumque alii caussa tibi sint graviore fugati,  
 Vltior nulli, quam mihi, terra data est.  
 Longius hac nihil est, nisi tantum frigus et hostis, 195

*Hostis adest dextra laevaue a parte timendus,  
 Vicinoque metu terret utrumque latus.*

*Altera Bistonias pars est sensura sarissas,*

*Altera Sarmatica spicula missa manu.*

Hinc, inquam, efficitur, ut gens cis Danubium habitans, ubi et Getae, desideretur, quia opponuntur Iazyges et Colchi, qui septentrionem versus a poeta collocantur. Deinde, si fieri possit, quarta, quae requiritur, gens eadem cum Getis ratione iungatur commode, atque Colchi cum Iazygibus. Getis et Iazygibus sibi proximis addidit fortasse utrumque remotiorem, fortasse etiam fabulis et veteri memoria notioiorem gentem. Scripsit fortasse:

*Iazyges et Colchi, Tereaque turba Getaeque*

*Danubii mediis vix prohibentur aquis.*

*Terea turba* erit turba Thracum, Bistonum, quorum illos Trist. 3, 14, 47. hos in loco Pontt. modo adducto et innumeris aliis sibi vicinos memorat. Genus loquendi idem, quod in *Teuthrantia turba* Her. 9, 51. *turba Quirini* Met. 14, 607. Forma et terminatio vocis, qualis in *Oeneis agris* Met. 8, 281. *Nolea Pylo* Met. 6, 418. *Orphea voce* 10, 3. *Teræus* si ita non occurrit, accensebis illis, Her. 13, 61. 18, 2. Ib. 432. Tr. 5, 14, 36. Vulgata autem ex illa scriptura per pravam primae syllabae repetitionem orta esse potest. *Thenipeus* pro *Menippeus* libri scripti apud Arnob. 6, 23. *Theræus* scribit Mythogr. Vatic. prim. f. 4. et codices fere ubique, si recte memini. Atque hactenus de altero Schraderi argumento. Restat tertium, longe gravissimum. Negat enim ab ullo bono poeta Iazygum nomen tribus syllabis efferri, negat veteres poetas in voce graecae originis vocalem *I* in consonantem mutasse, quod posteriori aevo factum sit. Legem istam religiose ut plurimum observari grammatici consentiunt. Quid ergo? aut hoc distichon cum longa sua littera longa littera faciendum, ut cum Staphyla Plautina loquar, aut, quam sententiam nuper Weichertus v. dss. tulit de Cass. Parm. p. 344., ad exceptiones, vel synizesin, vel synecphonesin confugiendum est, de qua re vide praeter laudata in modo dicto libro p. 15, 278. sq. Serv. ad Aen. 2, 16; 5, 432. Schneider. Gramm. l. L. copiosior. 1, 1, p. 286. Simillimum nostro loco Horatianum: *Iule, ceratis ope Daedalea* et Martial. 2, 2, 5:

*Clamant ecce mei Io Saturnalia, versus.*

Videbunt doctiores; quae tenuitatis nostrae erant, pro servando disticho exhausta sunt.

193. CAUSSA TIBI SINT. tibi sint causa quidam Heinsiani et vett. edd. causa fuerint exc. Voss.

195. HOSTIS. hostes Guelf. Leid. uterque. pontus et hostes Bern. Longius hac nihil est terra nisi fr. et h. codex a Merula inspectus et ed. princeps Heinsii. Eodem modo exc. Voss., sed: hostes. pr. Polit: Longius hac terra nihil est nisi frigus et

Et maris adstricto quae coit unda gelu.  
Hactenus Euxini pars est Romana sinistri:

Proxima Basternae Sauromataeque tenent.

Haec est Ausonio sub iure novissima, vixque

200. Haeret in imperii margine terra tui.

Vnde precor supplex, ut nos in tuta releges,

Ne sit cum patria pax quoque adempta mihi;

Ne timeam gentes, quas non bene summovet Ister,

Neve tuus possim civis ab hoste capi.

205 Fas prohibet Latio quemquam de sanguine natum,

Caesaribus salvis, barbara vincla pati.

Perdiderint cum me duo crimina, carmen et error;

Alterius facti culpa silenda mihi.

Nam non sum tanti, renovem ut tua vulnera, Caesar;

202. demta. 209. ut renovem.

*hostes.* Vers. seq. *a stricto* Berol. *atrito* Bern. *arrecto* Leid. sec. etc.

198. BASTERNAE. *Bistonii* Guelferb. a sec. m. Put. Busl. Vers. seq. *sub fasce* Francius.

200. HAERET primus Palat. pr. Vat. pr. Pol. Busl. Leid. sec. Rel. Seguer. a m. pr. Leid. pr. a m. s. tres Heinsii et fortasse Guelf. a m. pr. sub rasura. *Hercet* Pal. sec. Reliqui codd. omnes maximo numero cum vett. edd.: *Hassit. marg. Roma in* Busl. Reland. et duo tresve Heinsii.

202. ADEMPTA. Ita libri scripti et impressi omnes praeter duos Heinsianos et fortassis, de quo dubito, Bernensem, qui *dempta* dicuntur habuisse, et Crev., qui: *quoque empta* habebat, tum Seguer., qui molliorem, qualem expetebat Heinsius scripturam ostendebat: *Ne quoque cum p. pax sit ad. mihi.* Vers. sq. *Neu unus* probante Heinsio. *sustinet* Jun.

204. NEVE TUUS. *Ne tuus hic poss.* Berol. *miles ab h.* Palat. pr. et duo. *tuo possim* Heinsius divinabat. Vers. seq. *de sanguine rerum* Crev. In codice non malo, unde hic pessime descriptus est: *cretum* puto fuisse. Vers. 206. *Barbara iuncta* Palat. pr. *vincla saeva* Polit. sec.

207. PERDIDERINT. *Prodiderint* Comb. *mecum. duo* Put. et octo alii. *me quem* Francof. *duo cum me* Serv. *animas* de prima ed. Heins. Vix satis haec prioribus cohaerere Francius annotaverat. Vers. 208. *est* in fine addunt Palat. pr. Gall. Mos Busl. Leid. pr. Rel. Crev. et ed. pr. Heinsii.

209. NON SUM TANTI, RENOVEM UT. Sic scripsimus auctoritate Palatini primi, Guelf. tredecim codd. Heinsii, primae illius et vett. nostrarum editionum, quarum tamen Rub. Vic. Ven. No var. non sunt exhibent. Reliquorum codd. plurimi cum Francof.

Quem nimio plus est indoluisse semel.

210

Altera pars superest, qua turpi carmine factus

Arguor obscaeni doctor adulterii.

Fas ergo est aliqua coelestia pectora falli;

Et sunt notitia multa minora tua.

Vtique deos, coelumque simul, sublime tuenti

215

Non vacat exiguis rebus adesse Iovi;

Ex te pendentem sic dum circumspicis orbem,

Effugiunt curas inferiora tuas.

Scilicet imperii Princeps statione relicta

Imparibus legeres carmina facta modis?

220

III. crimine tactus.

117. A te.

Nam tanti non sum, octo ut delent, quinque: ut renovem. Non ego sum Francius malebat; Heinsius duos numeros reprehendens ita: Nam tua non tanti est renovari vulnera Caesars, vel, renouentur.

211. CARMINE FACTUS. Correctionem Heinsianam expulimus, quam nullus vetus liber agnoscit. Igitur vulgata ante Heinsium fuit: crimine lectus, quam plurimos codd. habuisse oportet, sed nostrum Crev. tantum certo constat: scriptura mimine absurda, sed tamen paulo molestior, quam pro Ovidio. carmine lectus Gall. et decem alii. crimine laesus Bersm. Pirckh. cum vett. edd. nostris omnibus; Moret. pro v. scr. carmine dictus duo, turpia carmina factus Servii et duo. Restant duo scripturae, quarum alteram exhibemus, utpote a libris maxime commendatam, Palatino primo et sec. pr. Vatic. Guelf. utroque Polit. Francof. pro v. scr. Barberin. Mor. Jun. Leid. utroque, Berol. octo Heinsianis et eius prima editione; cfr. Graevii epp. Syll. 4, p. 3. 24: 633.; alteram Puteanei, Francof. Busl. Rel.: turpi crimine factus, Ovidio non indignam putaverim; crimine turpi ita dixit Manil. 4, 350., factus eadem, quae non nisi sentiri postulat, elegantia ipse noster Her. 14, 38. Fast. 4, 855. Sab. ep. 2, 80.

213. PECTORA. corpora Palat. pr. et quatuor. numina pr. Vatic. Guelf. et quatuor. lamina Putean. Vers. 214. tui Bern. Rel. sua tentabat in collatione Francofurtani cod. Vers.

215. sublime tenenti exc. Voss. Jun. Berol. Rel.

217. EX TE. A te Gall. Busl. Serv. Leid. pr. Rel., unus vel duo Heinsiani, vett. edd. octo. In te Putean. exc. Voss. Jun. et tres. Independentem Bern. Seguer. De te Palat. sec. Guelf. Berol. et tres cum ed. Bonon. Sic te Francof. a pr. m. et Crev. Verum ingens reliquorum numerus, qui ad D. Heinsii editionem collati sunt id habuisse oportet, [quod Palatinus primus confirmat: Ex te; vid. Wagneri v. dss. Quaest. Virg. p. 388. urbem Palat. pr. et tres. Vers. 220. Burmannus Sec. ad Lotichium p. 368: facta modis corrigebat.



Non ea te moles Romani nominis urget,  
 Inque tuis humeris tam leve fertur onus,  
 Lusibus ut possis advertere numen ineptis  
 Excutiasque oculis otia nostra tuis.

- 225 Nunc tibi Pannonia est, nunc Illyris ora domanda  
 Raetica nunc praebent Thraciaeque arma metum:  
 Nunc petit Armenius pacem: nunc porrigit arcus  
 Parthus eques timida captaque signa manu:  
 Nunc te prole tua iuvenem Germania sentit;  
 230 Bellaque pro magno Caesare Caesar agit.  
 Denique ut in tanto, quantum non exstitit unquam,  
 Corpore pars nulla est, quae laebet, imperii;  
 Urbs quoque te et legum lassat tutela tuarum,  
 Et morum, similes quos cupis esse tuis.

226. Rhaetica. 230. obit.

223. POSSIS. *posses* Palat. pr. et Gallicus, *avertere et abnectere* quidam. *lumen* Put. Mor. exc. Voss. Seguer. Rel. Crev. et tres; placuit Cantero Nov. lect. 4, 2., Heinsio, Francio et Schradero. *ineptis* pr. Vatic. Guelf. Palat. sec. In schedis conferri iubebat Heinsius Auson. Epiced. in patrem v. 11. et adscripserat „sic libenter legerem, nisi nimis asperum videretur. Quare valeat!” Vers. seq. *Subiciasque* Pirckh. pro v. scr. *Excutias ut oculis* Guelf. Vers. 225. *Pannonias* Heinsius coniiciebat. est in fine Mor. addit.

226. Rhaetica. *Cretica* Palat. sec. Gall. Pirckh. Bern. Berol. a pr. m. et alius cum ed. Bonon. *Rhetia* Francof. Mor. et tres. *Retia* Bern. *Rethia* Crev. *Rhenica* duo. *Crathicaque* Palat. pr. *traiciaque* Crev. *terciaque* Guelf. et Busl. *Dacicaque* coniecit Heinsius. *arva* nonnulli. Vers. seq. *pacem petit Armenius* Francius. *arcum* Gall. et pr. ed. Heinsii. Vers. 229. *Germania fecit* Rel. pro v. scr.

230. AGIT revocavimus ex Palat. primo, Gall. Pirckh. Bernensi, Seguer. octo aliis et ed. Bononiensi, probante Gronov. Obs. 2, 3. Grat. Cyneg. 334. *obit* pr. Vatic. Palat. sec. et Rel. habebant. Guelf.: *abet*. Berol. Crev. cum reliquis codd. et vet. edd.: *habet*. Vers. seq. *Den. in hoc tanto* Francio placuit; Heinsio, quod Busl. Richelianus et alius suppeditabat: *quanto non ext. u.* Vers. 232. *quae vacet* Mor. et duo. *latet* Palat. sec. *habet* Berol. *quae nulla pars* Bern. Francius: *pars summae non labat ulla rei*.

233. URBS QUOQUE TE ET LEGUM. In his te abest a Berlinensi; et a Mor. Serv. m. pr. Jun. Leid. pr. Rel. Crev. sec. aliis et ed. Bononiensi. Quamvis elegantem horum librorum scripturam iudicabat Heinsius, adhibito illo 1, 10, 1: *flavae tutela*

Neo tibi contingunt, quae gentibus otia praestas; 235

Bellaque cum multis irrequieta geris.

Mirer in hoc igitur tantarum pondere rerum

Nunquam te nostros evoluisse iocos?

At si, quod mallet, vacuus fortasse fuisses,

Nullum legisses crimen in Arte mea. 240

*Minervae*, cfr. Ib. 593. Tib. 1, 9, 34. Nos tamen recipere ve-  
recundamur propter ea, quae Dio Cass. libri 56. initio ipso huius  
carminis tempore gesta memoriae prodidit; deinde, quia sequenti  
versu octo tantum codd., quos inter Busl. Leid. uterque: *mores*  
habebant.

235. NEC. *Non* edd. vett. et quidam scripti.

236. CUM MULTIS. Withofius in notis ad Ideam magni prin-  
cipis Duisb. 1740. p. 69. legendum censet: *Bellaque cum vitis*  
*irrequieta geris*, quod imitatus sit Seneca ep. 51: *Sed satis diu*  
*cum Boiis litigavimus, nunquam satis sum vitis*. Metuebat, ne  
repereret poeta, quae antea absolvisset de bellis externis, cum tu-  
multus civiles nulli eo tempore fuerint. Verum in Withofiana cor-  
rectione numquid affertur, quin disticho praecedenti abunde sit in-  
dicatum? numquid dicitur, quin in vulgata scriptura facillime intel-  
ligatur? numquid tam apte, quam in illa, totus locus terminatur?  
Quare non erat, cur Schraderus quantumvis ingenioso amico suf-  
fragaretur.

237. MIRER Heinsius edidit ex primo Vaticano, sec. Palat.  
Put. tribus aliis et prima editione. Accedunt ex nostris Guelferb.  
et ed. Bonon. Reliqui libri omnes: *Miror*.

238. NUNQUAM TE. *Te nunquam* pr. Vatic. sec. Palat. pr.  
Polit. Servii, Francof. septem Heinsii cum prima eius ed. *Te un-*  
*quam* Guelf. *Nunquam te* Put. Bern. Berol. Rel. et duo Heinsii.  
Reliqui cum vett. edd.: *Unquam te*. Quoniam igitur in hoc di-  
sticho sola Palatini primi scriptura ferri non potest: *Miror* — *Un-*  
*quam* —, at possunt quae restant tres: *Miror* — *Unquam* —,  
quae satis elegans foret, *Miror* — *Nunquam* —?, quae leviter a  
Palatini auctoritate discedit, *Miror* — *Nunquam* —?, quam Hein-  
sius expressit, nolimus quidquam mutare, donec codex aliquis Pa-  
latino similis inventus hunc quoque scrupulum exemerit.

239. AT SI. *Aut si* Francof. et Jun. *quod vellem* tres Hein-  
sii. In reliquis Palat. pr. et Rel. levi errore: *vacuum f. f.* Inde  
factum: *vacuum f. fuisset* in Seguer. Crev. et quatuor Heinsianis.  
Max: *vacuum tibi forte fuisset* scripserunt librarii non insciti codd.  
Vatic. pr. Guelf. utriusque Polit. Palat. sec. Put. Francof. a pr. m.  
Mor. Serv. Crev. et octo aliorum. Tum magis adhuc interpola-  
verunt: *vacuus tunc forte fuisses* exc. Voss. *vacuus tibi forte fuis-*  
*ses* Busl. Jun. et duo. Hinc Heinsius: *vacuus mihi forte fuisses*.  
Vers. 240. *Nullius leg.* Palat. pr. *legisset* Guelf. a pr. m. *Nul-*  
*lus invenisses* Francius.

*Illa quidem fateor frontis non esse severae*

*Scripta, nec a tanto Principe digna legi:*

*Non tamen Idcirco legum contraria iussis.*

*Sunt ea Romanas erudiuntque nurus.*

245 *Neve quibus scribam, possis dubitare, libellus*

*Quatuor hos versus e tribus unus habet:*

*Este procul, vittae tenues, insigne pudoris,*

*Quaeque tegis medios instita longa pedes;*

*Nil, nisi legitimum concessaque furta, canemus,*

250 *Inque meo nullum carmine crimen erit.*

*Ecquid ab hac omnes rigide summovimus Arte,*

*Quas stola contingi vittaque sumpta vetat?*

141. fronti.

241. FRONTIS. Peccaverunt hoc loco Burmannus cum multis, qui illum sequuntur, contra criticam, grammaticam et poeticam Ovidii artem, quum ex uno Bononiensi codice admiserunt: *frontis severae*, quo facto *Illa* male respondet *Arti*, quae praecessit: petiit autem lusus ille per ambiguum, quo *frons*, quae in libro umbilicali est, *severa* dicitur; quemadmodum carmina pedibus suis migrant, intremiscunt, chartae prae terrore pallent, crinibus horrent et quae sunt similes nugae.

244. ERUDIUNTQUE. *erudiuntque* legendum censebat Heinsius in schedis. Vulgata tamen satis placet, cum in utraque lege Iulia de adulteriis et de maritandis ordinibus, in primis de matronarum et ingenuarum honestarum, quas *Romanas nurus* poeta dicit, cautum sit pudicitia, caeterum concubinatus in postrema venia sit data.

245. SCRIBAM. *scripsi* Gallicus Heinsii, noster Berol. et vett. edd. omnes; *libellos* Guelf. *libellis* Relandinus, Crev. a sec. m. vett. edd. praeter Aldinam.

249. NIL NISI LEG. Primus Vatic. Ciofani, nescio num alius Italicus Heinsii et pro v. scr. Leidenses: *Nos Venerem tutam et Art.* am. 1, 33. petiitum. *canamus* pr. Vatic. Guelferb. Palat. sec. Serv.

451. RIGIDE. Optimi quique et plurimi codd.: *rigidas. rigida* Busl. *rigide* Heinsiani Jun. et fragm. Vatic. ex nostris Reland. pro v. scr. et ed. Bononiensis. Ita, et *Arte*, quomodo glossa cod. Relandini suadet, scribendum esse Pont. 3, 3, 55. seq. erimunt. *Numquid* Francio placuit et librariis codd. Rel. et Crev.

252. VITTAQUE SUMPTA. *sumptaque vitta* Gall. et sec. Heinsii. *vittaque longa* quatuor Heinsii. *summa* Mor. et duo. *longaque vitta* Seguer. *tantaque vitta* Jun., unde Heinsius *castaque* vel *cautaque* divinabat. Possis sane tale quid expectare, quod ad virgines ingenuas spectet, non tantum matronas, de quarum laneis vittis cfr. Serv. ad Aen. 4, 457. de virginalibus Turneb. adv. l. 29. c. 4. Verum cum in sequentibus quoque de nuptis potissimum et adul-

matrona pōtest aliēnis artibus ūti,  
 Quodque trahat, quamvis non doceatur, habet.  
 Igitur matrona legat, quia carmine ab omni 255  
 Ad delinquendum doctior esse potest :  
 quodcunque attigerit, si qua est studiosa sinistra,  
 Ad vitium mores instruet inde suos.  
 Sumpserit. Annales; nihil est hirsutius illis:  
 Facta sit unde parens Ilia, nempe leget. 260  
 Sumpserit, Aeneadam genitrix ubi prima: requiret,

254. Quoque.

ario sese excuset poeta, statuendum videtur aut de virginum corruptione non ausum fuisse se purgare, aut adulterii praecepta ita-  
 tione in Edicto notata fuisse, cfr. vv. 212. 346., aut denique non  
 opus habuisse eius criminis defensionem, de quo legis anno ab V.  
 c. 757. demum perlatae capite quarto his verbis cautum esset:  
*Ingeniam honestam in concubinato habere ius ne esto*, cum anno  
 V. c. 752. Artis amatoriae libros evulgatos fuisse credibile sit,  
 monstrante Jahn. dissert. de Ovidii et Sabini epistolis p. 6. — vō-  
 tant Francius.

254. QUODQUE.. Typographo Elzeviriano deberi paene pō-  
 taverim, quod inde ab Heinsii editione posteriores insedit: *Quoque*,  
 adeo intelligi nequit. Exhibent ita Palatinus uterque, pr. Vat.  
 Guelf. a pr. m. Francof. Bern. Serv. Jun. Berol. Crev. septem  
 Heinsii et prima eius editio. *Trahatur quoque* pr. Polit. *Quaque*  
 Putean. *Quique* Leid. pr. *Quasque* Reland. *Quaeque* unus aut,  
 si impressas Heinsii notas sequaris, duo: unde legebat: *Quaeque*  
*trahant*. Politianus corruptum versum, Schraderus mendum in  
 voce *trahat* latere putabat; sed postea veram agnoscebat scriptu-  
 ram plurimorum codd. et vett. edd. nostrarum: *Quodque trahat*.  
 In qua quid reprehendi possit, non video. *contagia trahere habes*  
 infra 5, 13; 5. Sen. ep. 2: *certis ingeniis immorari et innutrirī*  
*oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat*.

255. QUIA CARMINE Palat. pr. cum Francof. et plurimis  
 codd. Vett. edd. tamen omnes cum Palatino sec. et Pirckh. certe:  
*puer carmine*. Vers. 258. *instruit* cod. Bersin. *astruit* Palat. sec.  
*instruet* exc. Voss. *construet* Guelf. Vers. 259. *irrisimus illis*  
 pr. Vat. *hysurtius* Guelf. *istructius* Rel. *hic sanctius* Bern.

261. AENEADUM plurimorum librorum, quanquam non fidis-  
 simorum, quales sunt Guelf. a pr. m. Palat. sec. Bern., tamen  
 verum esse facile patet vel e versu sequenti. *Aeneadem* tamen  
 Pat. et duodecim Heinsii, quatuor nostri, ed. Bonon. *Aeneidem*  
 Palat. pr. et quinque, ed. Ald. *Aeneiden* rell. vett. edd. Alii libri  
 alia ineptiora. *ut prima* Jun. *nisi prima* Pirckh. Leid. pr. cui  
 prima Heinsius coniiciebat. De interpretatione nestrum non est  
 lissere, de Burmanniana tamen non leviter dubitabat Jo. Schra-  
 kerus.

- Aeneadam genitrix unde sit alma Venus.  
 Persequar inferius, modo si licet ordine ferri,  
 Posse nocere animis carminis omne genus.  
 265 Non tamen idcirco crimen liber omnis habebit.  
 Nil prodest, quod non laedere possit idem.  
 Igne quid utilius? si quis tamen urere tecta  
 Comparat, audaces instruit igne manus.  
 Eripit interdum, modo dat medicina salutem;  
 270 Quaeque iuvet, monstrat, quaeque sit herba nocent

270. iuvans.

263. **PERSEQUAR.** *Prosequar* cod. Merulae, Putean. et quae cum pr. ed. Heins. Pro: *inferius* Schraderus legendum censuit: *ulterius*, quum statim sequatur: *Igne quid utilius* etc. *ordine fieri* cod. Bersm. tredecim Heinsiani, nostri quatuor parvae rei curae ed. Bonon.

265. **HABEBIT.** *habetur* vett. edd. omnes. Offenderunt hoc disticho Heinsius, Burmannus et, ut opinor, Schraderus. Duplicuisse videtur prius hemistichium supra versu 243. lectum deinde sententia longioris versus huic loco minus conveniens. Quod quid sit, actum erit de hoc disticho, si aliter servari non possit quam recepta inficeta Burmanni correctione, quam omittimus Heinsii quoque, *Num tamen*, aut Francii, *Nec tamen* legentis ratione non multum proficitur. De libris si quaeritur, agnoscantur omnes: brevior versus legitur in florilegio Berolinensi non recentissimae aetatis et apud Vincentium Bellovacensem sp. hist. 7, 117. sed: *Non prodest.* Accedit, quod si versus 265. et 266. excutiantur, reliqua conciliari nequeunt ullo modo. Fortasse si versus 264. cum sequenti removeas, (hoc enim salva vetustissimorum testimoniorum reverentia licet,) de disticho, quod inde nascitur hoc:

*Persequar inferius, modo si licet ordine ferri.*

*Nil prodest, quod non laedere possit idem.*

ita disputari possit, verbum *persequi* intransitive, quod dicitur, usum patum esse, subaudito: *haec*, scil. de libris vulgatissimis; sed haec ipsam rem, non perspectam librariis, causae fuisse, ut insererent aequentem versum, effectum ex v. 301, quique auctoris sui inscitia prodat: non enim *animis nocere vel castissima carmina* a versu inde 363. ad 466. demonstraturum esse poetam, sed *auctoritate impudica quidem nocuisse*; deinde versum 265. non multo aptius rem accessisse videri. Certe licebit Virgiliani illius critici modestius annotare: *si omitteret, melius fecisset.*

268. **COMPARAT.** *Apparat* Palat. pr. exc. Voss. Jun. Gall. Mor. Bern. Crev. *Apparet* unus Heins. et eiusdem pr. ed. *Concupit* pr. Vatic. Palat. sec. Serv. et decem. *Concupit* in libris antiquis invenit Barthius Advers. 40, 5. *inde manus* Relandus *ille man.* plures. Vers. seq. *medicina dolorem* Vincent. Bellovac. 7, 119. Spec. hist.

270. **IUVET.** Sic plurimi codd. et vett. edd. omnes cum

At latro, et cautus praecingitur ense viator:

Ille sed insidias, hic sibi portat opem.

Discitur, innocuas ut agat facundia caussas:

Protegit haec fontes, immeritosque premit.

Hic igitur carmen, recta si mente legatur,

275

Constabit nulli posse nocere meum.

At quoddam vitium quicumque hinc concipit, errat,

277. At quiddam vitii.

ant. vetere impresso. *timet* Palat. pr. *vivet* Pirckh. *iuvat* Guelf. aliquot cum florileg. Ms. Berol. *iuvans* prim. Polit. molesta, quid video, aequabilitate, qua Heinsius deceptus est. Cfr. poem. Fast. 1; 118. Met. 11, 655, 656. *quaeque fit* Palat. pr. Vers. 2. *Ille per ins.* Leid. pr. *praestat opem* Busl.

274. HAEC FONTES IMMERITOSQUE. *et fontes* novem Heinsii, duo nostri. *insontes* pr. Polit. Put. quinque Heinsii, noster Berol. Hoc Heinsius: *en fontes* coniciebat. *et nocuos innocuosque* Pirckh. *innocuosque* pr. Palat. et quinque Heins. cum eius prim. ed. Vers. 275. *Hoc ig.* Put. Reland. *si recta* pr. Vatic. Guelf. quinque Heins., duo nostri. Vers. 276. *Const. nulla parte noc.* duo Heinsii, quod in schedis probabat.

277. AT QUODDAM VITIUM. Vett. edd. omnes et codd. non duci, quorum tamen nullus nominatur: *Et tandem vitium.* Relatorum: *At quoddam vitium* Palat. pr. Gall. Serv. Seguer. Rel. Guelf. a sec. m. et si quos reticuit Heinsius, quod non puto. *Ad quoddam vitium* Polit. sec. duodecim Heinsii cum eius prim. ed. *quoddam vitia* Putean. Leid. sec. *Et quoddam vitium* exc. *At quoddam vitii* Pirckh. *At quidam vitium* Medon. *Aut nequid vitii* Barber. *At quidam vitia* Crev. *At quaedam vitia* Berol. pr. Guelf. a pr. m. Francof. Mor. Busl. Jun. Leid. pr. quatuor Heins. noster Berolinensis. *Ut quaedam vitia* Bern. *Et quatuor vitiat* pr. Vatic. *At quisdam* (vel, *quaedam*; non satis potui cognoscere) *vitiat* Palat. sec. In reliquis: *quaecumque* Berol. *his* Palat. *hoc* Serv. et tredecim cum vett. edd. et prima Heinsii. Leid. pr. Guelf. a sec. m. Seguer. Berol. Crev. id Gall. *hoc* alius. *accipit* Reland. — Vides triplici potissimum via a vera scriptura, quae hodie ignoratur, evagatos esse librarios. Veterum scripturam contempserunt critici: ex altera corruptione Heinsius elicuit: *At quiddam vitii*, quod aut nullum aut exiguum vitium mihi quidem habere videtur. Tertia est interpolatio aperienda, quam tamen amplectitur Graevius Syll. epp. 4. p. 634. *versum* distinguens:

*At quaedam vitiat: quicumque haec concipit, errat* etc.

geniosum hoc nuncupat Schraderus; Heinsio satis placuisse ducto. Nobis suspecta ea scriptura propter originem, tum ne apta eadem satis videtur. Vel illud unum rationi repugnat, quod dicitur: Errat, qui *nonnullas* corrumpi putat carminibus meis cum

Et nimium scriptis abrogat ille meis.

Vt tamen hoc fatear, ludi quoque semina praebent

280 Nequitiae: tolli tota theatra iube;

Peccandi causam quam multis saepe dederunt,

Martia cum durum sternat arena solum:

Tollatur Circus; non tuta licentia Circi est;

Hic sedet ignoto iuncta puella viro.

285 Cum quaedam spatientur in hac, ut amator eodem

281. quae. 282. sternit. 283. deest est. 285. eadem

antea nullas posse, asseveraverit. Poterant depravari plurimae quae quidem castissimae pridem non essent: hoc si obiiceretur, non erat error, aut refutari copiosius oportebat. Verum haec contra Graevium dicuntur, sed contra eum, quisquis fuit, qui culis ante Heinsium istam scripturam confixit. Reliqui codd. omnia suadent. Nescio an verisimile sit, ita Ovidium scripsisse:

*At dudum, vitium quicumque hinc concipit, errat;*  
vitium concipere, satis usitata locutio, cfr. Met. 7, 17. 10, 354. 470. haud paulo gravius quid significat, quam *errare*, quo verbo ita ut hic, Ovidius utitur Her. 7, 109:

*Si fuit errandum, causas habet error honestas;*  
*quicumque generalius est dictum, quemadmodum nec praecedens versu nulli feminino genere intellexerim. Vide Loers. ad Her. 5, 1.*  
Ac duo libri Artis amatoriae ad viros spectant.

278. **ABROGAT** Palat. pr. et plurimi, unus Merulae, Heinsii septemdecim, nostri duo, vett. edd. nostrae et prima Heinsii. *de rogat* Moret. Seguer. Guelf. cum Busl. a sec. m. Rel. pro v. sec. quinque praeterea. *detrahit* Bern. et Leid. sec. Reliqui: *arrogat* Francius *imputat* volebat. *ipse* Pirckh. et ed. Bonon.

281. **QUAM MULTIS** omnnes fere codd. et vett. edd.; *sa* Richelianus et Francos.: *quae multis*, quod si vulgatum fuisset, scio alterum ante nos probaturos fuisse criticos, qui hactenus illi nauci habuerunt. *multis quoque* Gall. *quam multi* Palat. sec. Serv. Jun. et quidam alii. *multis haec* Francius tentabat. *dederunt* Gall. Mor. Serv. *Peccandi causam ludi quoque saepe dederunt* fragm. Vatic. exhibebat. Heinsius corrigebat: *P. c. quam multis saepe dederunt* vel *saepe dedisti* et *sternis arena*.

282. **STERNAT** ex Palat. pr. Guelf. Put. Bern. Mor. Serv. Busl. Pirckh. Leid. pr. Seguer. Berol. Crev. septemdecim cum prim. ed. Heins. Reliqui: *sternit. sternet* Gall. *cur durum* Pirckh. Vers. seq. *est* Mor. tantum, Seguer. et Reland. omittunt, quibus obsecundaverat Heinsius.

285. **IN HAC.** *in hoc* Guelf. et Palat. sec. locutione satis obvia, sed huic loco parum conveniente propter sequens: *eodem*. Ita enim plurimis et optimis libris et vett. edd. fideiussoribus scribere maluimus, quam uti Heinsio placuit: *eodem* secundum codd. Palat. sec. Pirckh. Jun. Mor. Busl. quinque alios, Bern. Berol.

Conveniat, quare porticus ulla patet?  
 Quis locus est templis augustior? haec quoque vitet,  
 In culpam si qua est ingeniosa suam.  
 Cum steterit Iovis aede, Iovis succurret in aede,  
 Quam multas matres fecerit ille deus. 290  
 Proxima adoranti Iunonia templa subibit,  
 Pellicibus multis hanc doluisse deam.  
 Pallade conspecta, natum de crimine virgo  
 Sustulerit quare, quaeret, Erichthonium.  
 Venerit in magni templum, tua munera, Martis: 295  
 Stat Venus Vltori iuncta viro ante fores.  
 Isidis aede sedens, cur hanc Saturnia, quaeret,  
 Egerit Ionio Bosporioque mari.  
 In Venerem Anchises, in Lunam Latmius heros,

299. Venere — Luna.

Coniecerat etiam: eadem. ubi amator Pirokh. et amator Bern.  
 Vers. 286. *illa patet* Palat. pr. et quidam. *ulla manet* Serv.  
 Vers. 287. *quoque nitet* Palat. pr. Vers. 288. *ambitiosa suam*  
 Moret.

289. CUM STETERIT. *Con steterit* Reland. *Constiterit* Bern.  
 non inepte, ut v. 295. Fast. 1, 315. *Iovis succurreret* idē Palat.  
 pr. Vers. seq. *ille locus* ed. Bonon. *ipse deus* Serv.

291. IUNONIA vett. edd. consensu servarunt et, quo maior  
 illis fides sit, Palatinus primus cum uno alterove manu scripto.  
 Reliqui omnes, inter quos Francof.: *Iunonis*.

292. HANG DOLUISSE Palat. pr. et triginta fere Heinsiani,  
 nostri sex. Vett. edd. praeter Aldinam et reliqui scripti: *indolu-*  
*isse*. Vers. seq. *Pallada* Palat. pr. *de semine* Leidens. uter-  
 que. *mater de crimine* Gall. *natum sine semine* Moretanus et  
 alius.

294. QUAERET. *quaerit* dimidia fere pars librorum Heinsia-  
 norum, ex nostris impressus Bononiensis.

295. MAGNI TEMPLUM. *templo magni* Palat. prim. *tem-*  
*plum magni* Heinsiani numero plures, noster Reland. *munera* tuen-  
 tur Put. Gall. Mor. Busl. Jun. et sex Heinsii, nostri Bern. et Rel.  
 Reliqui omnes cum vett. edd.: *numina*. *templum Lavinia Martis*  
 codex Barthii Adv. 40, 5.

296. IUNCTA VIRO. Burmannus coniectura vexavit hunc  
 locum, quia dura sit elisio: *viro ante*, quales innumerae ubique le-  
 guntur, vid. 5. 9, 12, Huschk. ad Tib. 2, 5, 54.; et quia *vir* pro  
*amatore* non recte dicatur, quod centies fit apud veteres, vide Art.  
 Am. 3, 88, et passim. Vers. 298. *Bosporioque* Palat. pr. *Histo-*  
*rioque* Busl. *Hesperioque* Leidenses.

299. IN VENEREM ETC. Quam diu veteribus libris is, qui



300. In Cererem Iasion, qui referatur, erit.

Omnia perversas possunt corrumpere mentes:

Stant tamen illa suis omnia tuta locis.

Et procul a scripta solis meretricibus Arte

Summovet ingenuas pagina prima nurus.

300. Cerere Iasion.

303. At pr. ab scripta.

debet, honor habebitur, hoc loco in *Venere, Luna, Cerere* legere non licebit. Vaticanus primus: *Venere, Luna, Cererem* habebat. Berolinensis: *Venerem, Luna, Cererem*. Reliqui tamen omnes scripti et impressi quartum casum ubivis tuentur. Verum est, facillimam esse correctionem, ad sententiam melius collineare eam quam vulgatam scripturam, verbi *referre* usum Ovidianum ignotum fraudi esse librariis potuisse: istaec Heinsius et ante Heinsium Ciofanus vidit: potuit adeo quivis doctior ante illos librarius intellegere. Verum quis ita Ovidium scripsisse spondebit, quis aliter non potuisse demonstrabit? Certe in praeposito sensu non caret. cfr. 5, 10, 40.:

*Utque fit, in me aliquid, si quid dicentibus illis  
Abnuerim quoties annuerimque, putant.*

*Lamius* Palat. pr. et quidam.

300. IASIOUS. *Iasion* uterque Politian. Put. Moret. et *Heinsii* cum ed. Ald. *Iason* Francof. quinque Heinsii, nostri omnes. At Palatinus primus cum reliquis tum scriptis tum impressis omnibus: *Iasius*, quae forma cum Amor. 3, 10, 25. extet, revocanda utique videtur. erat Palat. prim.

301. POSSUNT. *poterunt* Bern. et floril. Berol. Vincentianus tamen Bellov. in excerptis ex hoc libro vulgatam in hoc versu tuentur. In sequenti idem, codd. Bern. Gall. Moret. Leid. uterque, quinque alii Heinsiani: *Sunt tamen*. Recipiendum esse non duximus, quia de templis adhuc cogitare poetam distichon 305, 6. evincit. *nuda locis* Schraderus tentebat.

303. ET PROCUL A SCRIPTA. Miror Heinsium, qui in notis impressis meliores: *At* exhibuisse testatur, in schedis Busl. tantum, Leidensem utrumque et alium hoc nomine laudavit, *En legendum* coniecit. Nam praeter tres Heinsianos codd. primam eiusdem et nostras vett. edd., exceptis Aldinis, qui libri: *Sed* habebant, omnes, quotquot inspecti sunt, *Et procul* habuisse certum est; Quod revocavimus ut sententiae multo quam *At* accommodatus. Nihil enim novi adducitur, sed aptissime hoc et sequenti disticho priora absolventur. Met. 11, 289. 13, 338. *ab scripta* qui exhibuerunt codd. tantum pr. Vatic. Guelf. Busl. et Reland. comperti sunt. Reliquos tot cum vett. edd. sequimur. *arce* Palat. pr.

304. NURUS recte recepit Heinsius ex Pal. pr. Moret. tertio quodam et prim. ed. Et accedunt Bern. Rel. Berol. Qui restant scripti et impressi: *manus*.

Quaecunque irrumpit, quo non sinit ire sacerdos, 306  
 Protinus hoc vetiti criminis acta rea est.  
 Nec tamen est facinus versus evolvere molles;  
 Multa licet castae non facienda legant.  
 Saepe supercillii nudas matrona severi  
 Et Veneris stantes ad genus omne videt. 310  
 Corpora Vestales oculi meretricia cernunt,

## 307. molles — versus.

305. IRRUMPIT Gall. et septem tantum Heinsiani habebant; ex nostris Seguer. Reland. et fortasse Bern. Verum tamen nihilo minus videtur, nisi malis: *irrupit*. Nam *erupit* Put. Palat. sec. Guelf. Mor. Serv. et septem alii. Reliqui omnes: *erumpit*. quo non ex Palatino primo, Gall. tribus Heinsii et eius prim. ed. nostris Reland. et Crev. desumptum ferri potest, quamquam *quo non* reliquorum librorum praeter Berol., qui: *quas non*, non ineptum est.

306. PROTINUS HOC VETITI ETC. Plurimi codd. et octo impressi vett.: *haec*. *hinc* tres Heinsiani. *hic* Berol. *haec* Francof. Vix tamen aliud verum est, quam *hoc*, quod Pirckh. et duo, aut secundum impressam Heinsii notam tres alii exhibuerunt: suis addidisse videtur codicem Bersmanni; accedit editio nostra Bononiensis. Probavit hoc Gruterus in schedis autographis. Quae restat scripturae diversitas: *dempti criminis* in Palatino utroque, Putean. m. pr. Francof. Guelf. sub rasura, ut puto, Serv. Busl. Seguer. Berol. decem aliis Heinsii eiusque prim. ed.; *carminis* in Busl.; *ipsa rea est* in Palat. utroque, Guelferb. Francof. a pr. m. Serv. Leid. pr. Berol. duodecim aliis et prima editione, torsisse Heinsium videtur, qui adscripserat: „in hoc versus nondum mihi satisfacio”; poterat tentare: *coepti*. Burmannum sollicitum non habuit, qui prorsus omisit, neque, ut confiteamur, nos movet. Satis excusabile videtur *dempti* ex legendi scribe dived errore, *ipsa* ex glossemate addito. Sententia apertissima: si iagenua honesta turpi carmine corrumpi se patiat, cum ne legere quidem monita fuerit, delicti originem non esse in carmine quaerendam, sed in legentis studio.

307. NEG — VERSUS EVOLVERE MOLLES. *Non tamen* quinque codd. Heinsii et editi vett. nostri. *molles — versus* in Burmanniana editione ex tribus ignotis Heinsii codd. novatum est. Omnes reliqui nostri et Heinsii scripti atque impressi aliter et multo quidem rectius. Solent poetae, si nomen aliquod ab adiectivo suo intervallo quantocunque dispescitur, id in illustriori loco alteri praeponere, quod, si ignobiliore loco postponeretur, langueret. Iam vero *mollitiei* primaria est hic notio, quae nusquam laterat: quamquam eadem ne nimis esset exposita, poetae intererat.

Nec domino poenae res ea causa fuit.

At cur in nostra nimia est lascivia Musa,

Curve meus cuiquam suadet amare liberos?

315 Nil nisi peccatum manifesta que culpa fatendum est

Poenitet ingenii iudicii que mei.

Cur non Argolicis potius quae concidit armis

312. NEC DOMINO — CAUSSA FUIT. Non dominae Gall. poenae Roscia causa Combrianus pro var. scriptura. Huic codic. nimium tribuens Heinsius multa congesserat de libro Roscii comoedi, qui a Macrobio laudatur, de lege Roscia, alia, quae hoc vix pertinent, coniecturas adscripserat parum idoneas: *damno scenae res ea; damno scenae Roscia; Nec damno aut poenae res ea causa fuit.* Postremo versum corruptum pronunciavit. Schraderus non moderatius evagatus in emendando posthac adeo pro adulterrino notavit. Duae res offensioni fuerunt criticis et interpretibus. Primum non satis confidebant dominum lenonem posse dici. Hoc recte fieri docet Seneca rhetor Controv. l. I, 2: *sacerdoti ne purus quidem contigit dominus. ibid. viderimus, quid in te audere potuerit licentia dominorum.* Deinde, quod ex illo pendet, non intellegebant, cur lenonis hic tandem mentio fieret. Putabant de actione, qua leno necessitate quacunque cum meretricibus iunctus et pro illis obstrictus fuerit, loqui poetam, sive ille lege iussus fuerit illas e conspectu Vestalium summovere, quod Micyllo visum est: quod si fuerit, poenam meruisset, quod negatur a poeta: sive in scenam Floralibus ludis eas produxerit, quod Burmanno placuit, qui Augustinum de civ. d. 2, 26. non sine fructu legisset: sive proposuerit in catasta. Hinc etiam factum, ut Gronovius Secundus corpora meretricia priori versu explicaret in margine libri, quo usus: *in pictura et status, dominum igitur, qui illas picturas possederit retatus.* Verum non est, quod lenonem ullo modo pro impudicitia puellarum satisfacere debuisse statuamus. Non satisfacere consuevit: hoc ipsum poetae causae convenit. Ipse quasi carminibus lenocinium instituerat, meretriciam artem exhibuerat: si qua pudica casu illa evolverit, quemadmodum castissimae impudicissima ex improviso interdum aspiciunt, cur ideo puniretur? Occurrenti Vestali meretrices lictor sane summovebat, docente Seneca l. l., sed ipsis sacerdotibus cavendum fuisse, idem indicat his verbis: *Indignam sacerdotio dicerem, si transisses per lupanar.*

313. AT CUR. At quare Palatinus sec. et edd. vett. nostrorum, mutante primum Aldina sec.; sed etiam hac posteriorum Bersmanni, Gryphiana etc. Vers. seq. *Cur veneris cuiquam Gall. Berol. meus nequam* iterum Palatinus sec. et vett. edd. excepta altera Aldina.

315. FATENDUM EST. Ita pro vulgato longe plurimorum librorum: *fatenda est* codd. Palat. uterque, Guelf. Francof. Basl. Pirckh. quinque alii: quod unde ortum sit; neque enim interpolatoris esse videtur: cur Heinsius receperit; nam Palatini primi ille

Vexata est iterum carmine Troia meo?  
 Cur tacui Thebas et mutua vulnera fratrum,  
 Et septem portas, sub duce quamque suo? 320  
 Nec mihi materiam bellatrix Roma negabat:  
 Et pius est patriae facta referre, labor.  
 Denique, cum meritis impleveris omnia, Caesar,  
 Pars mihi de multis una canenda fuit.  
 Vtque trahunt oculos radiantia lumina solis, 325  
 Traxissent animum sic tua facta meum.  
 Arguor immerito. Tenuis mihi campus aratur:  
 Illud erat magnae fertilitatis opus.  
 Non ideo debet pelago se credere, si qua  
 Audet in exiguo ludere cymba lacu. 330  
 Forsan et hoc dubitem, numeris levioribus aptus  
 Sim satis, in parvos sufficiamque modos:

331. (et hoc dubitem).

ignorabat praestantiam: cur posteriores editores toleraverint, cum Ovidianum vix satis videatur, haud facile quis dixerit. Verum coctis Palatini reverentia etiamnum idem exhibemus, non necessarium existimantes, ut ubique, quod tamen alias fieri consuevit, diversi generis substantivis verbum postpositum posterioris genus sequatur; vide Burm. ad Met. 4, 177. et ad Luc. Phars. 1, 176. Fortassis subindicare voluit Ovidius, peccatum magis, quam culpam se admisisse. Unus Heinsii: *silendum*, alius: *ferendum*, noster Berol.: *ferenda est. est* quatuor Heinsii omittebant. Vers. 318. *Versata* duo Heinsii. *Exacta* unus. *Eversa* Heinsius comiecit. Vers. 319. *alternaque vulnera* Berol. *fratres* Francius. Vers. 320. *portas septem* Pirckh. tres Heinsii, ed. Bonon.

321. NEC MIHI ex Palat. pr. sec. novem Heinsianis, Francof. nostris praestantioribus Guelferb. Bern. Berol. prima editione Heinsii. Reliqui plurimi et vett. edd. nostrae: *Non mihi. pugnatris Roma* Bernens. Vers. seq. *Et plus* Palat. pr. Serv. Mor. Berol. Burmannus *fata pro factis* legendum suasit.

330. AUDET IN EXIGUO. *Audeat exiguo* codex Bersmanni, Pirckh. vett. edd. nostrae novem, floril. Murmell. Alterum Aldina secunda habet. *currere cymba* quatuor Heins. et flor. Murm.

331. FORSAN ET HOC. *Forsitan haec* prim. Vat. Busl. et duo. *Forsitan hoc* Comb. Pirckh. pr. ed. *Forsan et hic dubitum* Gottorph. *Forsan in hoc* Palat. sec. Bersm. vett. edd. ante Ald. sec. praeter Vicentinam, quae: *Forsitan et hoc. dubito* Gall. Leid. Seguer. et unus vel alter. *nimum levioribus* ed. Bonon. Vers. seq. *parvis — modis* Mor. Jun. Berol. *suff. pedes* Seguer.

At si me lubeas domitos Iovis igne Gigantas  
Dicere, conantem debilitabit onus.

335 Divitis ingenii est immania Caesaris acta  
Condere; materia ne superetur opus.

Et tamen ausus eram: sed detractare videbar,  
Quodque nefas, damno viribus esse tuis.

Ad leve rursus opus, iuvenilia carmina, veni,

340 Et falso movi pectus Amore meum.

Non equidem vellem: sed me mea fata trahebant,  
Inque meas poenas ingeniosus eram.

Hei mihi, cur didici, cur me docuere parentes,

337. detractare. 340. amore. 343. quod d. quod me.

333. SI ME. *me si* Mor. *Gigantes* omnes scripti et editi ante Heinsium, praeter Crev., qui: *igne peruri*. Vers. seq. *Condere* Rel. *opus* Palat. prim. Bern. cod. Bersm. et sex Heinsiani. Vers. 335. *ingentia* Francius ex Serviano codice correctum volebat, quod exemplis adstruxit Burmannus. *arma* Gottorph. et Seguer. Vers. 336. *Scribere* Palat. pr. Mor. Busl. *Dicere* duo. *Edere* unus.

337. DETRACTARE. *detractare* Merula et Bersmannus ex codicibus suis admiserunt, Burmannus ex Gall. Leid. pr. Palat. seq. et quarto alio Heinsianis, quibus Relandinus et Crev. accedunt, Interpretantur: *tractando imminuere*: exempla eius verbi nemo aliunde addidit. Igitur Palatinus primus cum codd. longe plurimis et edd. vett. nostris octo: *detractare*; cfr. 4, 10, 123. Met. 5, 246. 13, 270. Reliquorum: *delirare* Pirckh. Jun. quinque Heinsii cum ed. Bonon. *derecitare* prim. Polit. Putean. Francof. *decertare* Busl. Berol. *dedecorare* Moret. pro var. scr. *attractare* Serv. Coniecturarum magnus est numerus: *depreciare*, vel, *decurtare* Heinsius suadebat; *delibare* Jacobus Gronovius; *detenuare*, vel, *detrahere illa*, vel, *detrivisse* Schraderus; *deteruisse*, vel, *detraxisse* Withofius. *videbar* pro *videbar* duo habebant, probante in schedis Heinsio.

340. ET FALSO MOVI. *Ut falso* cod. Bersm. *Cum falso* Gall. *fasso* Put. *monui* Pirckh. ed. Bonon. *fovi* Heinsius malebat; nec male, nisi melius, quam a Burmauno factum, haec intelligantur, e cuius exemplis congestis primum tantum huc facit. *Movere pectus* ita intellige, ut *movere artem, carmen, citharam*; *multorum studia commovi* Cic. de nat. deor. 1, 4. *pectus* est *ingenium*, ut Fast. 2, 120. *Falsus Amor* est *dolosus, perfidus*, ut Her. 7, 67. Met. 11, 206. Confer Pont. lib. 3. epistolam tertiam totam ac noli de Amoris et fictitio Corinnae nomine potius, quam de amatorio aliorum quoque operum argumento haec interpretari. Vers. 342. *Inque meos casus* exc. Voss. et quatuor.

343. CUR DIDICI, CUR ME. *quod didici quod me* meliores habere, quod Heinsius in notis dicit, error est. Vaticanus unus

Literaue est oculos ulla morata meos?  
 Haec tibi me invisum lascivia fecit ob Artes,  
 Quas ratus es vetitos sollicitasse toros.  
 Sed neque me nuptae didicerunt furta magistro,  
 Quodque parum novit, nemo docere potest.  
 Sic ego delicias et mollia carmina feci,  
 Strinxerit ut nomen fabula nulla meum.  
 Nec quisquam est adeo media de plebe maritus,  
 Vt dubius vitio sit pater ille meo.  
 Crede mihi, distant mores a carmine nostro:

345

346

853. mores distant — nostri.

utroque loco quod habebat, et ex nostris Relandinus. quod didici uterque Polit. quod feci Bern. quod me Crev. et tres Heinsiani. quid didici Palat. uterque, Guelferb. Put. Francof. quatuordecim Heinsii, duo nostri. quid me Gall. Seguer. Plurimi igitur cur didici, cur me, quod revocamus, quia sequentibus quoque leviter ita subrenitur. Vers. 344. *Littera cur oc. Berol. Francof. L. quidus oc. Busl.*

345. HAEC TIBI — OB ARTES. Non tibi pr. Vat. Haec mihi Leid. uterque. Haec tibi me Caesar lasc. Rel. Burmannus negabat haec lascivia habere, quo referri possit legendumque putabat: lascivas fecit ob artes, assentiente Schradero. Nihilò consideratius hoc, ac si neges supra 1, 5, 9. haec alio, quam ad signa; 1, 9, 53. Quae alio, quam ad coniecturam; 1, 2, 105. hic animus neges ad versus sex praecedentes esse referendum. Quis enim ita locuturum fuisse Ovidium putaverit: *litterae illae, quas puer didici, Caesarem in me irritaverunt* — ? Caeterum nostra versus 340. explicatio facit, ne quicquam hic desideres; cum qui illic de Amoribus Ovidii cogitaret, facile probare potuisset h. l. cod. Pirckh. et ed. Bonon. scripturam: *et artes*, ortam fortassis olim ex istoc errore.

346. QUAS — SOLLICITASSE TOROS. Quas Guelf. sollicitasse, quod Burmannus recepit, etsi nulla sententiae praestantia, facile tamen sese tuebitur codd. Pal. prim. Bern. et duodecim Heinsianis cum vett. edd. omnibus. sollicitare tamen Guelf. et reliqui omnes, idque Bersmanno olim potius visum est.

348. QUODQUE. Quaeque Busl. Quod minime novit Mor. pro v. scr. Vinc. Bellov. Sp. h. 6, 119. florileg. Berolinense. Vers. 350. *Straxerit ut* Put. Serv. *Arguat ut* Gall. et duo. *Arguit* Jun. *Laeserit* Francof. cum Jun. pro v. scr. et tres.

353. DISTANT MORES A CARMINE NOSTRO. Godicum omnium et vett. edd. scripturam exhibemus, quam neque opus erat tentari ab Heinsio, corrigendo: *carmine nostri*, neque a Burmanno corrupti secundum ed. principem ita: *mores distant*. Heinsii enim etiam precaria, elegans certe est mutatio, Burmanniana vero adeo

Vita verecunda est, Musa iocosa mihi.  
 354 Magnaque pars operum mendax et ficta meorum  
 Plus sibi permisit compositore suo.  
 Nec liber indicium est animi, sed honesta voluptas,  
 Plurima mulcendis auribus apta ferens.  
 Accius esset atrox; conviva Terentius esset;  
 359 Essent pugnaces, qui fera bella canunt.  
 Denique composui teneros non solus amores:  
 Composito poenas solus amore dedi.  
 Quid, nisi cum multo Venerem confundere vino  
 Praecepit Lyrici Teia Musa senis?

praepostera; de verborum post caesuram positorum momento aliquoties iam notavimus.

354. MIHI ex uno codice sese recepisse Heinsius asseverat, *mea est* sedecim Heinsiani, nostri quatuor cum vett. edd. omnibus, *mea* Guelferbytanus cum reliquis, excepto Berolinensi, in quo scribendi compendium, quod *tamen* notat, alteri vocis mihi simillimum extabat.

355. PARS OPERUM MENDAX ET FICTA. Hanc versus scripturam Busl. Crev. et septem Heinsii exhibuisse constat. Longe plurimi codd. et vett. edd. omnes: *Magnaquè pars mendax operum est et ficta meorum*. Sed corruptelae originem clare ostendunt, quae restant variantes scripturae, Palat. primi et Rel.: *mendax operum et ficta*, Serv.: *Magna operum pars est mendax*, Berol.: *Magnaque pars mendax operumque et ficta*. Vers. seq. *sibi commisit* Palat. prim. Busl. Vers. 357. *indictum est* Palat. prim. *voluptas* ex prim. Vat. Barber. Gall. Reliqui cum vett. edd.: *voluntas*.

358. FERENS ex Busl. et duobus aliis recte recepit Heinsius, accedit Seguerianus. *feres* pr. Vat. Guelf. et duo. Plurimi scripti cum impressis omnibus: *apta refert*. *acta refert* quatuor Heinsianis, et Bern. *acta ferunt* unus Heinsii. *acta fores* Palat. sec. *auda refert* Busl. *ista fere* unus. *apta feret* prim. Polit. Leid. uterque, Crev. *apta damus* prim. ed. et duo codd. *apta dabat* Moret. pro v. scr. *apta tuli* Relandinus.

359. ACCIUS ESSET ATROX. *Accius ecce atrox* Palat. sec. atque ita librarius cod. Guelf. primo scripserat, mox correxit. *orga atrox* ed. Bonon., quod, si quid in hoc genere arbitratus tribuendum esset, admodum arrideret. Pro *conviva* Francof. et Berolinensis: *operumque*, Seguer.: *operumque* cum scribendi compendii, *syllabarum per et que*. Vers. 362. *poenas — tuli* Busl. Pirckh. ed. Bonon.

363. CONFUNDERE VINO. *confodere* Palat. sec. *perfundere* cod. Beron. *contemnere* ed. Bonon. *conf. mero* Leid. uterque et duo, unde Heinsius: *Baccho legendum* putabat.

364. TEIA. *Theia* Berol. et vett. edd. *Tegia* Palat. sec.

**Lesbia quid docuit Sappho, nisi amare, puellas?** 365

Tuta tamen Sappho, tutus et ille fuit.

Nec tibi, Battiade, nocuit, quod saepe legenti

Delicias versu fassus es ipse tuas.

Fabula iucundi nulla est sine amore Menandri,

Et solet hic pueris virginibusque legi. 370

Illias ipsa quid est, nisi turpis adultera, de qua

Inter amatorem pugna virumque fuit?

Quid prius est illi flamma Chryseïdos, utque

Fecerit iratos rapta puella duces?

*Thesio* Leid. pr. Post hunc versum in marg. Leid. utriusq. et Re-  
landino (de Puteaneo nihil traditum est,) distichon hoc extabat:

*Alocus* (Rel.: *Alceus*) ingentes movit praeceptor amores,

*Alceus ipse tamen transit in urbe sua.*

In quo *Ibycus*, incestos et mansit Burmannus et Schraderus emen-  
dabant, caeterum Heinsio suffragantes de barbato eius auctore  
et origine ex Cie. Tusc. 4, 33. derivanda. Vers. 365. *Theobis*  
Palat. sec. Vers. 366. *Sappho est* Pirckh. ed. Bonon.

367. **BATTIADE.** *Bacchiade* Palat. pr. Francof. *Bacchiade*  
Bern. Berol. Rel. *Bacchide* Pirckh. *Bacchiade* Crev. ed. Bonon.  
Vers. 370. Heins. in schedis coniecerat: *haec*, pro: *hic*, mox ipse  
adscripterat: *male* et ea omnia addiderat, quibus sublectis nugax  
ille Burmannus maximum virum oppugnat.

371. **QUID EST, NISI TURPIS ADULTERA.** Haec versus scri-  
ptura nititur veterum editionum potissimum, cum primae Heinsii,  
tum nostrarum auctoritate; nam codd. Heinsii duo tantum, nostro-  
rum Berol. Rel. illam agnoscunt. Plurimi libri, inter quos Palat.  
pr. et Guelferb. et editiones inde ab Aldina secunda omnes, ex-  
cepta Gryphiana, ita habent: *quid est aliud, nisi adultera*; in qua  
tamen scriptura cum Put. Mor. Crev. *aliud* omittant, facile patet  
ab hac origine *aliud* potius additum esse per librarios, quam *turpis*,  
de cuius vocis elegantia vid. Ciofanum et Heinsium.

373. **ILLI** ex prim. Vatic. prim. Polit. Palat. sec. Put. Jun.  
opd. Bernsm. recipiendum putavit Heinsius. Accedunt nostri Guelf.  
Bern. Rel. Reliqui cum vett. edd.: *illic*, nisi quod Crev.: *illis*.  
*Chryseïdos* Guelf. Palat. sec. Serv. Leid. uterque et prim. ed. Al-  
teram plurimorum codd. praeferebat duxit Heinsius, quia *utque*  
in fine ex pr. Vatic. Guelf. sec. Palat. Leid. prim. Bern. et tribus  
illis admittendum erat propter *Aut* proxime sequens. Longe tamen  
plurimi codd. et vett. edd. omnes: *aut quae. an quae* Gall. et  
duo. *et quae* Serv. *aut qua* Francof. Quod quidam *atque* et *aut*  
qui in codd. esse asseverat, scire velim, qui sint, neque opus esse  
poto nugis commentitiis. Vers. 374. *Fecerat* Gall. et sex. *puella*  
vires Moreti, Bern. et novem alii. *bella movere duces* Junii.



- 375 Aut quid Odyssea est, nisi femina propter amorem  
 Dum vir abest, multis una petita viris?  
 Quis, nisi Maeonides, Venerem Martemque ligatos  
 Narrat, in obscaeno corpora prensa toro?  
 Vnde, nisi indicio magni sciremus Homeri,  
 380 Hospitis igne duas incaluisse deas?  
 Omne genus scripti gravitate tragoedia vincit:  
 Haec quoque materiam semper amoris habet.  
 Nam quid in Hippolyto est, nisi caecae flamma novercae?  
 Nobilis est Canace fratris amore sui.  
 385 Quid, non Tantalides, agitante Cupidine currus,

376. procis. 383. deest est.

376. UNA PETITA VIRIS. *sola petita* Gall. *illa pet.* Busl. *potenda* Seguer. *procis* ex codd. neque multis neque praestantibus recepit Heinsius, nimirum Palat. sec. exc. Voss. Mor. Serv. Busl. Jun. octo aliis et var. scr. Francof.; accedunt Rel. Crev. et vett. edd. nostrae novem. At Palatinus primus, Guelferb. et reliqui ingenti numero: *petita viris*, idque Aldus in posteriore editione et Bersmannus servarunt, melius intelligentes Ovidianum istud acumen, quo gaudet in eadem voce diverso significatu repetita, cfr. 4, 3, 14: *Deque fide certa sit tibi certa fides:* 3, 12, 32: *Iamque suum mihi dat pro lare poena larem;* Met. 10, 252; 12, 621. Fast. 1, 516. Cfr. ep. Sab. 1, 80. Militat etiam pro scriptura a nobis reducta illud *viros* in codd. v. 374.

377. QUIS, NISI ex Leid. prim. Bersm. cod. Bern. quatuor scriptis et ed. Bonon. recepimus, quod pridem ante Heinsium Miccyllus et Bersmannus fecerant. Nam alterum, quod Heinsius suasit: *Quid? non libri non confirmant, quorum plurimi, qui restant, cum vett. edd. octo: Quid nisi.*

378. PRENSA TORO. *pressa toro* Palat. prim. Put. Gall. Busl. Pirckh. Berol. Crev. et novem Heinsii cum eius prima editione. *passa* Seguer. *juncta* duo. *nuda* unus. *ab obsc. c. capta* toro ed. Bonon. Vers. seq. *magno* Palat. prim. Vers. 381. *vincit gr. tr. scripti* Jun. prim. ed. *vicit* Leidenses, Berol. In hoc versu pictam primam litteram habebat Guelferb. Vers. 382. *Hoc quoque* Busl. *Hic quoque m. scriptor am. habet* Francius re-  
 fingebat.

383. HIPPOLYTO EST. Ita codd. longe plurimi, vett. edd. omnes; primus Politiani et Francof. post *caecae* verbum inserunt. Polit. sec. Reg. Gall. Serv. Rel. Crev. et novem alii omittunt. *saevae* exc. Voss. Mor. et quinque cum vett. edd. octo. *saevae* Palat. sec. cod. Bersm. et ed. Vicent. Vers. seq. *Cenae* Palat. prim. *amore* soror Francius.

385. QUID, NON. Sic prim. Polit. Guelf. Francof. et plu-

**Pisacam Phrygus vexit eburnus equis?**  
**Tingeret ut ferrum natorum sanguine mater,**  
**Concitus a laeso fecit amore dolor.**  
**Fecit amor subitas volucres cum pellice regem,**  
**Quaeque suum luget nunc quoque mater Ityn.** 390  
**Si non Aërophen frater sceleratus amasset,**  
**Aversos Solis non legeremus equos.**  
**Impia nec tragicos tetigisset Scylla cothurnos,**  
**Ni patrium crinem desecuisset amor.**  
**Qui legis Electran et egentem mentis Oresten,** 395  
**Aegisthi crimen Tyndaridosque legis.**  
**Nam quid de tetrico referam domitore Chimaerae**  
**Quem leto fallax hospita paene dedit?**  
**Quid loquor Hermionen, quid te, Schoeneia virgo,**

tunc numero codd., edd. inde ab Aldina secunda. *Quid nisi Pa-*  
*lat. prim. Polit. sec. Pirckh. Berol. octo Heinsii, prima eius editio,*  
*nostra Bononiensis. Reliquae nostrae editiones: Quid num. Quis*  
*nisi cod. Bersm. Palat. sec. Leid. sec. Mor. pro var. scr. Berol.*  
*Rel. Quid nunc Serv. Non quid Busl., unde Heinsius: Numquid*  
*solebat. cupidine flammis Seguer. cursus Leid. pr. Vers. seq.*  
*Pisideam Guelf. Pisidiam pr. Polit. et duo. Pisidiam Palat. sec.*  
*Pisidiam Serv. Persidiam unus. Vers. 387. natarum Guelferb.*  
*Vers. 388. Cognitus ed. Bonon. Conscius Busl. venit amore*  
*un. Vers. 389. cum coniuge regem Bern. Vers. 390. itim*  
*Guelf. et plures. ytim alii cum vett. edd.*

391. **SI NON AEROPEN.** *Sine eropen Guelf. Inter Europen,*  
*Europam, Europem plus quam dimidia scriptorum pars haeret,*  
*eropen solus Seguer., at vett. edd. omnes habent. Vera scri-*  
*ptura in rell. codd. et editionibus inde ab Aldina secunda oc-*  
*currit.*

393. **NEC TRAGICOS.** *non trag. Gall. Pirckh. ed. Bonon. et*  
*ta conjecerat Francius. Scylla libellos Mor. pro var. scr. Vers.*  
*394. crimen prim. Palat.*

395. **ELECTRAN ET EG.** *E scriptura Electram cod. Guelf.*  
*et aliorum ortum est: nec egent. codd. Put. Mor. quatuor aliorum*  
*et vett. edd. praeter Bonon. et: vel egent. cod. Bersm. Jun. Crev.*  
*et sex aliorum.*

397. **NAM QUID DE TETRICO.** *Quid tibi de Putean. Jun.*  
*Pirckh. Francof. Bern. Rel. Berol. tres Heinsii. de tetricas Palat.*  
*ec. Gall. de cherico Busl. tetrica Guelf. Cretico Pirckh. docto*  
*Berol. Thraco unus, trito alius. Lycias Heinsius coniciebat.*  
*Nam quid de Therico p'pretheram pr. Polit. Vers. 398. Quid lo-*  
*quo Palat. prim. hospite poena Palat. sec.*

399. **HERMIONEN.** *Hermionem Guelf. et quidam alii. Her-*

400 Teque, Mycenaeo Phoebas amata duci?  
 Quid Danaën, Danaësque nurum, matremque Lyae  
 Haemonaque, et noctes, quae coïere, duas?  
 Quid generum Peliae? quid Thesea? quidve Pelasgum

402. cui c. duae.

monem Palat. prim. *Andromedan* unus. *Concia* Palat. prim. et Guelferb. et similia alii tum scripti, tum editi. *Cepheia* unus Heinsii.

401. DANAËN DANAËSQUE NURUM. *Danen Danaisque nurum* Palat. prim. Maior codd. numerus: *Danaën Danaisque nurus*, quod ut non absurdum, ita molestum est. Illam, quam exhibemus, scripturam idonea librorum multitudo sancit: pr. Vatic. Guelf. Mor. exc. Voss. decem Heinsiani, prima Heinsii et veteres nostrae octo editiones. Huc proxime accedit: *Danaësque nurus* Polit. prim. Serviani, Francof. Bern. et alius Heinsiani, tum: *Danaëque nurus* secundi Polit., *Danesque nurus* Reland., *Danesque (virum) nurum* Berol. *Danaasque nurus* Busl. Barber. Bersm. unius Heinsii et ed. Bonon. in cod. Pirckh. inventum probabat Gronovius *Diat.* Stat. c. 43. *Danaum* praeterea Gall. et Mor. pro v. scr. *Lid.* Guelf. et Palat. sec. *Siloi* Berol.

402. QUAE COIERE, DUAS. *Haemona* et ed. Rub. *Almona* et Jun. *Almonam* et Gall. Busl. et septem. *Alcmenam* et Pirckh. cod. Bersm. *Almonamque* et Mor. Leid. uterque et quatuor. *Alcmenamque* et Bern. Rel. Crev. *Alcmenam in noctes iussa coïere* duas ed. Bonon. Habes corruptionis historiam. *Hermoniam* primus Polit. *Hermoniam* secundus, unde ipse Politianus *Harmoniam* verum putabat. *quae coïere duas* tum codd., tum vett. edd. reliquae, nisi in quibus typographi errarunt, omnes servant; quod re vocamus. Coniectura Heinsiana, sive potius Jacobi Roveri: *cui coïere duas* opus non habemus.

403. GENERUM PELIAE. *generum pelagi* Guelferb. — Ab omnis mutandi prurigo, habet tamen hoc distichon, quod offendere leviter possit. *Pelasgus* Protesilaus dici potest duplici modo, aut quia Graecus fuit, aut quia Thessalus; verum neutro modo aut Theseo, qui Graecus, aut ab Jasone, qui Thessalus fuit, satis ista appellatio tertium discernit. Deinde ista re, quod nave sua primus Protesilaus Troadem attigerit, infortunium eius parum accurate indicatur; poterat enim fieri, quod uxor praeceperat Her. 13: 99: *Hoc quoque praemoneo: de nave novissimus exi!* Iam vero in codices, quos potissimum consulendos statuimus, Guelferb. et Palat. primus, id ipsum abunde suppeditant, quod aut utrumque, aut gravio rem postremum scrupulum eximat. Ille enim cum Leidensis utroque habet: *de rate* pro: *qui rate*. Hic cum prima editione Heinsii, duobus eius codicibus et variante scriptura Moret.: *qui pede*. Legas igitur licebit aut ceteris servatis:

*Iliacum tetigit qui pede primus humum,*  
 aut tentato etiam longiore versu:

Iliacam tetigit qui rate primus huncum?  
 Huc Iole, Pyrrhique parens; huc Herculis uxor, 405  
 Huc accedat Hylas, Iliadesque puer.  
 Tempore deficiat, tragicos si persequar ignes,  
 Vixque meus capiet nomina nuda liber.  
 Est et in obscaenos deflexa tragoedia risus,  
 Multaque praeteriti verba pudoris habet. 410  
 Nec nocet auctori, mollem qui fecit Achillem,  
 Infregisse suis fortia facta modis.  
 Iunxit Aristides Milesia crimina secum:

408. capiat.

— quid Thesea, quive Pelasgō

Iliacam tetigit de rate primus humum.

408. ILIADISQUE. Iliacusque quindecim Heinsiani, nostri, excepto Crev. et vett. edd. omnes. Alterum Aldus in postrema editione et Bersm. pridem revocarunt.

407. TEMPORE DEFICIAT in Aldina posteriore primum conspicitur, ex codd. depromptum, quorum satis multi id agnoscunt: ex nostris Berol.: *deficiat*; Gottorph. et Seguer.: *destituat*. Reliqui tamen nostri quatuor, Heinsianorum maior pars: Palat. prim. et sec. Put. Gall. Mor. Serv. Busl. Leid. uterque, Jun. et tredecim alii cum veteribus edd. omnibus: *Tempore deficiam*, unde quod eligebat Heinsius: *Tempora deficiant*, tantum non confirmatur cod. Guelferb., qui: *Temporae deficiam* habebat; *tempora* ita dicuntur Inf. v. 484. Met. 4, 696. *prosequar* trium codd. Heinsio placebat. Pro *ignibus* Bern.: *omnes*, Crev.: *artes*.

408. CAPIET. *capiat* Heinsius ex duobus scriptis receperat. *liber* Moret. Bernens. Francof. pro v. scr. Berol. *tanta liber* Busl. *nuda lymb'* Palat. pr.

409. DEFLEXA. *defleta* Leid. uterque. *conversa* iidem pro v. scr. *devera* unus. *commissa* pr. Vatic. *commixta* Palat. sec. Guelf. Rhinthonem intelligo, qui τὰ τραγικὰ μεταδόνδραμμάτων ἐς τὸ γέλοϊον dicitur apud Steph. Byz. s. v. Τάραξ.

410. PRAETERITI. *praeterea* Palat. sec. *neglecti* Leid. pro v. scr. *praepositi* unus Heinsii. *praetereundi* Guelf.

411. AUCTORI, MOLLEM QUI. *actori* Palat. prim. et Rel. qui glossam addit: *illi*, s. *Statio*. *mollem quod fecit* Jun. Guelf. Berol. *quod mollem* Seguer. Vid. Serv. et Heynii excursum ad Virg. Aen. 1, 474.

412. INFREGISSE. *Et fregisse* Put. *Vel fregisse* Busl. *molli facta* Busl. *fortia membra* tres.

413. IUNXIT — SECUM. *Iungit* Busl. *Immsit* Crev. *Aristimedes* prim. Polit. et duo Heinsii, noster Seguer. *Aristonides* Putean. *Melesia* Guelf. *Millesia* Seguer. Berol. *Miletia* Mor. *Miletida* Jun. Reland. *carmina* Gall. Serv. tres Heinsii, Seguer.

Pulsus Aristides neo tamén urbe sua est.  
415 Neo qui descripsit corrumpi semina matrum,

414. *deest* est.

et Bernens. *semina* Rel. pro v. scr. *carmina sacro* Busl. *carmina secus* Reland. Hinc natae doctorum virorum correctiones, Tanaquili Fabri in epp. 1, 3:

*Finxit* (vel, *Ponxit*) *Aristides Milesia crimina chartis*;  
Nic Heinsii: *Lusit Aristides Milesia carmine foedo*;  
Petri Francii: *Trasit* (vel, *Verit*) *Aristides M. crimina secum*;  
Jani Broekhusii:

*Vinxit Aristides Milesia crimina socio*;  
Burmanni: *Iunxit Aristides Milesia crimina scenas*;  
Johannis Schraderi:

*Iunxit* (vel, *Strinxit*) *Aristides Milesia crimina scriptis*,  
vel: *Iunxit A. Miletide crimina foeda*;  
ut idem dicatur, quod v. 444., Miletii historiam *Miletida* inscriptam illum condidisse in modum libri: *histoire galante des Gaules*, quae versu 444. evinci putabat. Verum si quid mutandum esset, quod nego, multo facilius ita poterat:

*Iunxit Aristides, Milesia crimina, sexum*;  
*Iunxit sexum*, h. e. coniunctos exhibuit, cfr. Horatianum: *Alpius iugulat dum Memnona*; *sexum* h. e. sexum eundem, eiusdem sexus amatores, Manil. 1, 778: *tota acies partus*; mares maribus iunctis, cfr. Mart. 1, 91: *turba tui sexus*, sive potius feminas feminis: *ἑπιβάσι* Milesiis vid. Suidam s. v. *Ἰλιάδος*. *Milesia crimina* eundem morem vocat per appositionem satis usitatam, cfr. Fast. 2, 115; 211. Haec, inquam, tentari non inepte poterant, sed nihil opus est. Rectius explicari tradita scriptura, quam ab interpretibus haec tenus factum est et debet et non uno modo potest: primum inquit ut dicatur, Aristidis nomen a fabulis, quas tractavit, separari non posse, cuius generis multa in Amor. lib. 1, el. 15. leguntur. Cuius ferri possit Sen. ep. 21: *inter tam magna nomina taceretur*, quod Cicero illum applicuisset; — *possum mecum duratura nomina occurrere*. Atque aut hanc ipsam rationem, aut similem secutus est Weberus D. V. in notulis Corpori Poetarum Latin. subiectis: neque obstat huic rationi hypallages figura. Verum praestat haec interpretari ex peculiari loquendi genere tum Ovidii, tum imitatorum eius, quo: *iungere cum aliquo* usurpant. Confer modo Fast. 3, 679

*Mense meo coleris, iunxi mea tempora tecum*;  
Statii Silv. 1, 2, 257: *tecum similes iunctaeque Camoenae, Stella mihi* etc.; Trist. 4, 1, 26:

*Cum mecum iuncti criminis acta rea est.*

Hi loci, sed praesertim tertius, aliter explicari nequeunt, nisi pro nomine possessivo pro substantivo subintellecto: *criminis rea est acta*, cum meo ipsius coniuncti. Cfr. Met. 13, 204. Itaque hoc locum *Milesiis criminibus, quas descripsit, suum adiecit Aristides*.

414. ARISTIDES. *Aristonides* Put. *Aristorides* Gall. *Aristimedus* Seguer. non tamen Bern. Rel. num Francius. est ad

**Eubius, impurae conditor historiae;  
Nec qui composuit nuper Sybaritida, fugit,  
Nec qui concubitus non tacuere suos.  
Suntque ea doctorum monumentis mixta virorum,**

418. Nec quae.

endum erat secundum libros utrosque, solo Moretano excepto.  
ers. seq. *crimina matrum* Guelf. Leidenses. *somina patrum* Jo.  
chraderus coni.

416. **EUBIUS.** *Eubius* prim. Palat. et duo. *Ebbius* pr. Vatic.  
*Eubolus* sec. Palat. cod. Bersm. *Eubous* Mor. *Embous* Crev.  
*Eubous* Busl. *Etuus* Leid. prim. *Eunius* Leid. sec. *impune* Be-  
ol. Glossa cod. Seguer.: *Eubius* quidam fuit, qui descripsit, qua-  
ter *mulieres partus suos necarent*: quod unicum est de hoc scri-  
ptore testimonium.

417. **NUPER SYBARITIDA.** *Subarechida* Palat. prim. *subar-*  
*itida* prim. ed. Heins. *Subaritida* Jun. *Sabaritida* cod. Rel. ed.  
Lyon. *Sibaritica* prim. Vat. Serv. duo Heinsii, Guelf. *Sibantica*  
Leid. prim. *Sabaritica* Gall. Berol. *Sarabatica* Busl. *Sabaretica*  
Seguer. *sabarica* Crev. In voce: *nuper* non immerito offenderunt  
Hansae atque Burmannus. Nam quod Angelus Politianus Miscell.  
p. 15. haec intelligenda esse contendit de Hemitheone Sybarita, a  
Luciano *πρὸς ἀναίδετον* c. 23. commemorato, de tempore, quo  
vixit et de titulo operis ab eo scripti nihilo certiores sumus.  
Nomen *nuper* in scriptore et ignobili, nec, si vv. 419, 20. accurate  
conspicitur poeta, admodum recenti, male Heinsium habuit. Eius  
coniecturae: *turpem Sybaritida*, cui obstare quicquam nemo de-  
monstraverit, nisi fortasse titulum operis historici, uti videtur, vel  
cuius, a turpitudine alieni, aliam addam, quam adinvari a sequen-  
tibus, vers. 418., quo scriptorum genus integrum designatur, tum  
419., in quo *ea mixta* non satis stricte ad priora refertur, paulo  
dignior iudex fateatur. Legerem partim ex coniectura, partim  
ex libris: *Nec qui composuit* numerus Sybaritica, *fugit*,

*Nec qui concubitus non tacuere suos.*

numerus est *multitudo*, ut Her. 8, 24: numerus *Danai militis*, Hor.  
p. 1, 3, 40: *Nos numerus sumus, turba* Arte Am. 1, 175. *Sy-*  
*baritica* sunt *Sybaritici libelli*, quos multos scripsisse dicit Martialis  
p. 97.

418. **NEC QUI omnes libri tum scripti, tum editi, praeter  
pret. Jun. et duos Heinsii, qui: quae suppeditabant; idque Hein-**  
**sius de Philaenide et Elephantide eiusque notae mulierculis acci-**  
**debat. Verum non memini, mulierem unquam exilio multatam**  
**esse in antiquitate, quod fieri potuisse oporteret. non tacet Aena**  
**cod. a Barthio commemoratus Adv. 50, 5. Possis admoneri**  
**ephorionis ἀλοχυντογράφου, Aeno vel Aenea oriundi, de quo V.**  
**Meinekus de Euph. p. 3, 4.**

419. **SUNTQUE EA.** *Sunt ea* Palat. uterque, Gall. Busl. Jun.  
Berol. Crev. et vett. edd. nostrae, probante Francio. *Primum quo-*

- 420 Muneribusque ducum publica facta patent.  
 Neve peregrinis tantum defendar ab armis;  
 Et Romanus habet multa iocosa liber.  
 Utque suo Martem cecinit gravis Ennius ore,  
 Ennius, ingenio maximus, arte rudis;
- 425 Explicat ut caussas rapidi Lucretius ignis,  
 Casurumque triplex vaticinatur opus;  
 Sic sua lascivo cantata est saepe Catullo  
 Femina, cui falsum Lesbia nomen erat.  
 Nec contentus ea, multos vulgavit amores,
- 430 In quibus ipse suum fassus adulterium est.  
 Par fait exigui similisque licentia Calvi,  
 Detexit variis qui sua furta modis.  
 Quid referam Ticideae, quid Memmi carmen, apud quod

ex codd. addidit Aldus in posteriore ed. *testa virorum* prim. V. sic. sec. Palat. Comb. Guelf. *scripta virorum* Leidenses. Vers. 421. *peregrinus* prim. Palat. Busl. *iterum defendar* Seguer. Vers. 422. *En Rom.* Moret. pro v. scr. edd. vett. omnes. *Hic* Vers. 423. *Utque fero* Francius. *Marte* prim. Palat.

426. CASURUMQUE codicis a Merula usurpati et alius Bononiensis ab Heinsio inspecti auctoritate nititur, quod tamen verum esse prae reliquorum omnium librorum scriptura: *Causarum* docti viri consentiunt et abunde docuerunt. Adde illorum observationibus Acronem ad Hor. od. 1, 34: *Epicurei omnia affirmant casura*. Vers. seq. *lascivo contempta est Musa Catullo* Seguer. a. pr. m.

429. CONTENTUS EA. *contentus eo* Palat. prim. exc. V. Francof. pro v. scr. quinque Heinsii cum prima eius editione Francius tentabat: *contentus eo, multorum vulgat am.* Vers. seq. *est* in fine omittunt Mor. Busl. Leid. prim. et quinque; in diastemato versu Pirckh. et Berol., post: *fassus* Crev. inserunt. Vers. 431. *simulque licent.* prim. Palat. *licentia Bacchi* Busl.

432. FURTA ex Gruteri coniectura et tribus scriptis ab Heinsio receptum Guelf. confirmat, atque ita laudare iam Domitius Calderinum ad Propert. 2, 25, 89. notaverat Santenius. Reliqui codd. cum vett. edd.: *facta, nisi quod Jun. et Seguer.: fata.*

433. TICIDAE, QUID MEMMI. *Titidem* Palat. prim. *Titide* Palat. sec. Berol. *Ticidem* Gall. *Ticiden* Leidd. *Tochidem* Busl. *Titide* Rel. ed. Bonon. *Tyciden* prim. ed. *Tindas* vett. edd. octo *antide* Crev. *quid Thini* Leidd. *Memni* Mor. Rel. *Meni* Pirckh. *Naei* Berol. *Naei, Meri, Maeni* singuli. *nummi* Crev. *quid dicitur* que carmen ed. princeps. *Neni quid* Busl. *Memmi quid* unum quod probabat Heinsius in schedis.

**Rebus adest nomen, nominibusque pudor?**  
 Inna quoque his comes est, Cinnaque procacior **420**

Anser,

Et leve Cornifici, parque Catonis opus;  
 Quorum libris modo dissimulata Perillae  
 Nomine nunc legitur dicta, Metelle, tuo.

434. Rebus abest. 438. Metella suo.

434. **REBUS ADEST ETC.** Veteres editiones nostrae ad Aldinam  
 aequae primam: *Nomen adest rebus*; ita etiam Danielis Heinsii edi-  
 tio, ad quam Nicolaus suos codices contulit, nulla annotata discre-  
 pantia. In uno exemplari tantum indicaverat, malle se legi: *Re-  
 bus adest nomen*: quemadmodum ante illum Berimanus contra He-  
 ros, Aldus in posteriore ed. fortassis non sine libris correxerant.  
 Elegantiorum eum ordinem ipsi censemus atque Pirckh. Guelf.  
 Bern. Berol. Rel. Crev. eum confirmant. Prim. etiam Palatinus:  
*Rebus adest rebus nominibusque p.* Verum *abest*, quod quicumque  
 de hoc loco disputarunt, tanquam solam librorum scripturam per  
 manus tradiderunt, certum est aut Heinsii, aut typographi Elzevi-  
 riani errore irrepsisse. Abicienda igitur primum Rottendorffii vel  
 Graevii (Syll. epp. 4, p. 378, 388.) coniectura: *R. abest omnis  
 nominibusque pudor*, quam immerito Heinsio placuisse demonstravit  
 Bentleius ad Hor. ed. 2, 12, 13. Deserenda deinde Bentleii inter-  
 pretatio scripturae: *Rebus abest nomen, nominibusque pudor, sed  
 nihilis iis, quae ille de oppositione rerum et nominum disseruit,  
 ea interpretandum, in C. Tucidiae et C. Memmii Gemelli carmini-  
 bus tum res spurcissimas, tum rerum appellationes impudicas fuisse;  
 de rebus obscaeno sensu vid. Orell. ad Arnob. 3, 10. de nomini-  
 bus cfr. Met. 10, 468.: sceleri ne nomina desint; pudorem adesse*  
 explicata ex Fast. 6, 115:

*Huoc loca lucis habent nimis et cum luce pudoris.*

de tota re audi Martial. epistola ad lector. lib. I., qui illam lasciv-  
 iam verborum licentiam: *latine loqui* appellat. Vers. seq. *protector  
 Anser Busl. protervior Barber. procacior Guelf. Ancus Pirckh.*

437. **ET QUORUM.** In quorum Busl. Et libris quorum  
 Pirckh. Rel. quorum in libris prim. Palat., quod coniecit Fran-  
 tus. nunc dissimul. Gall. et alius. *dissimulata per illos prim.  
 Palat. Guelf. Putean. Gall. Serv. Busl. Jun. Leid. pr. undeviginti  
 Anianiani, reliqui nostri praeter Bernensem, prima et vett. nostrae  
 editiones. Corruptam hanc scripturam videri concedimus: ineptam  
 e, certe ineptiorem, atque nescio cuius coniecturam: Perillos,  
 manus. per ipsos unus cod.*

438. **NUNC L. D. METELLE, TUO. non legitur** Busl. Berol. Mor.  
 v. scr. nunc legitur Bonon. legit dicta Guelf. Heins. suadebat:  
 Metella suo, utpote elegantius, sine libris tamen, nisi quod ed.  
 Bonon.: *Merella tuo.* Deinde propter locum notissimum Apuleii  
 Apologia p. 279. Elm.: et C. Toidam postquam similiter (accu-



**Is quoque, Phasiacas Argo qui duxit in undas,**  
 440 **Non potuit Veneris furta tacere suae.**  
**Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Ser-**  
**Carmina. Quis dubitet nomina tanta sequi?**  
**Vertit Aristiden Sisenna: nec obfuit illi**

sent), quod, quae Metella erat, Perillam dixerit, totum distichon adiungendum esse censuit, quo de Ticide et Memmio agitur, quos nimirum haec pertineant. Utrumque hoc placitum necessitate quadam coniunctum est. Nam si versuum ordinem non mutare inutile esse, immo temerarium, scripturam mutare, Bentleyus dicto loco demonstrat: Burmanni illud est peccatum. Si vero disticha transponas, quod Jahnius v. d. in Annal. phil. et paed. tom. 9, p. 61. suavit, Editor in usum scholarum Lips. fecit, nihil proficitur, nisi Heinsianam correctionem recipias. A nobis absit contra tot liberos novare quidquam adversante sententia, grammatica, elegantia. Primum enim languet distichon versui 434. subnexum: nihil quippe gravius, sed aut idem, aut supervacuum additur. Deinde non verisimile per se, ex Apuleio vero multo minus efficitur, aut Tictim aut Memmium modo Metellam modo Perillam in carminibus suis nuncupasse. Constantiam in hac re et mos poetarum et Apuleius poscunt. Hinc probabile fit, de aliis poetis, Metellae, non scorti, (vid. interp. ad Cic. ad Att. 11, 23.) amatoribus, non quae modestis in hac quidem re, atque Tictim loqui Ovidium nam de Memmio nihil constat. Haec vero Micylli olim sententia vera sit, ideo necesse est, quia si Heinsii sequaris consilium in mutando ordine versuum et virgula post v. 434. ponenda, neque tamen in corrigendo v. 438., *dissimulata* et *dicta* nequit esse in subiecto, nisi suppleas cogitatione: *femina*, vel, *aliqua*, quod non est. Noli igitur aut mutare ordinem, aut in vulgato de sententia desperare, h. e. noli modo *dissimulata* et *nunc dicta* de diversis in iisdem scriptis locis accipere, sed modo intellige: paulo ante apud Tictim, *nunc*: in posterioribus illo poetis, qui *eandem*, quae olim ficto nomine *dissimulata* fuerat, mox sub vero ac nobilissimo diffamaverunt: puta ita, ut Licin. Calvus Quinctiliam celebravit. Isti qui et quales fuerint, fortasse praestat ignorare, certe praestat ignorare fateri, quam Ovidium corrumpere. Bentleyi ingenioso commentu possis carere.

439. **ARGO.** *Argo* omnes libri praeter solos Bononienses et Relandin. Primus correxit Bersmannus et ante Heinsium J. Roverus. *ad undas* Moret. Vers. seq. *signa tacere* Gall. *fuere docere* Berol.

441. **NEC MINUS.** *Non minus* duo libri. *Nunc minus* Pirelli *improba* Laevi Heinsius in schedis coniecerat, praenominis appellatione, ut videtur, offensus. Vers. seq. *quid dubitum* Moret. pro v. scr.

443. **ARISTIDEN.** *Aristides* Palat. pr. et Guelf. Reliqui libri praeter quatuor Heinsianos et totidem nostros: *Aristides*

Historiae turpes inseruisse iocos.

Non fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo, 445  
Sed linguam nimio non tenuisse mero.

Crede iuranti durum putat esse Tibullus,  
Sic etiam de se quod neget illa viro:  
Fallere custodem demum docuisse fatetur,  
Seque sua miserum nunc ait arte premi: 450

Saepe, velut gemmam dominae signumve probaret,  
Per caussam meminit se tetigisse manum:

Vtque refert, digitis saepe est nutuque locutus,  
Et tacitam mensae duxit in orbe notam:  
Et quibus e succis abeat de corpore livor, 455

445. Nec.

*Caenna* cod. Bersm. ed. Bonon. *Gisenna* reliquae vett. edd. octo.  
*Decima* Busl. *Sileucia* Leidd. *Porcissa* Leid. sec. pro v. scr.  
*affugit* Guelf. Vers. seq. *eripuisse iocos* Busl.

445. NON FUIT. *Nec fuit* Heinsius ex Gall. et tribus aliis  
cum prima editione, cui veteres nostrae accedunt, contra reliquos  
tot libros receperat. *opprobrium* Palat. prim. Putean. Mor. Serv.  
Busl. Firckh. Jun. Francof. septem Heinsii et nostri omnes codd.  
excepto Guelf.

446. NON TENUISSE. *non tenuasse* Gall. *continuasse* Busl.  
et quatuor. *continuisse* Serv. et tres cum vett. edd. *ligam nimio*  
*non tenuisse* Reland. *conticuisse* Berol. *non temerasse* Putean. m.  
sec. *contremuisse* ed. Bonon. Heinsius *contemerasse* conieciat.

448. SIC. *Hinc* Gall. et alius. *Hic* Comb. prim. ed. et duo  
libri; longe plurimi cum vett. edd.: *Hoc. Haec* Reland. et pauci.  
*negat* aliquot Heinsii et nostri. *Hoc de se dudum quod negat* ed.  
Bonon. *quid negat* Francof. *cum negat* sec. Polit. Recte Dousa  
Praecid. ad Tibullum c. 3. et Heinsius: *Sic* correxerunt ex Tib. 1,  
6, 7. Nam ipsa Tibulli verba allegare voluisse Ovidium vox *illa*  
demonstrat, qua offendebatur Jo. Schraderus, quia nihil de domina,  
puella, praecessisset; *ipsa viro* Bern.

449. CUSTODEM DEMUM. *custodes tandem* Guelf. Palat. sec.  
Gall. duo alii. *dominam docuisse* J. F. Gronovius, sed absque co-  
dice, volebat; *custodes idem doc.* Francius; *demens docuisse* Bur-  
mannus, non improbante Jo. Schradero. *custod. se condocuisse* vir  
doctus in Act. Lips. 6, 2, p. 79. Sed de pronominum ellipsi vid.  
ad 3, 5, 53; 4, 1, 46. Vers. 451. *dominae gemmam* Guelf. Gall.  
*signumque* dimidia fere pars codicum et vett. edd. omnes. *probarit*  
Berol.; absque Tibulli verbis esset 1, 6, 25., non inepte. Vers.  
453. *dictis saepe* Guelf. *nutu s. e. digitisque* Busl. *mutusque*  
oc. Leid. prim. *nuptumque loc.* Bern.

Impresso fieri qui solet ore, docet:  
 Denique ab incauto nimium petit ille marito,  
 Se quoque uti servet, peccet ut illa minus:  
 Scit, cui latretur, eum solus obambulet, ipse  
 460 Cui toties clausas excubet ante fores:  
 Multaque dat furti talis praecepta docetque,  
 Qua nuptae possint fallere ab arte viros.  
 Nec fuit hoc illi fraudi, legiturque Tibullus  
 Et placet, et iam te Principe notus erat.  
 465 Invenies eadem blandi praecepta Properti;

459, 460. obambulat ille: Cur t. cl. excreet. 461. talis furti.

457. ILLE MARITO unus tantum Vaticanus et ed. Bonon. servarunt; sed correxerant ita ante Heinsium iam Aldus in postrema ed., Bersmannus et Gruterus in schedis. *illa marito* omnes libri scripti et impressi praeter Putean. Serv. Seguerianum et duos, qui: *ipsa*.

459, 460. SCIT, CUI — ANTE FORES. *Sit cui* Reland. *Scit cui* ed. princ. *Scis cui* ed. Bonon. *Scit cur* Francof. *obambulat* Gall. Busl. Leid. prim. Rel. et vett. edd. nostrae. *obambulet ipse* Putean. et prim. ed. *ille* cod. Bersm. et quinque Heinsii. *Cur toties* Pirckh. Mor. v. scr. et octo Heinsii, nostri Bern. Crev. *Quoties* Leidd. Berol. Rel. *Cum toties* ed. Bonon. *excubat* Palat. prim. Rel. et novem Heinsii. *excitet* Put. et dua. *excubet* recepi- mus e Palat. sec. Jon. Leidd. exc. Voss. Pirckh. Gall. Mor. Busl. Francof. Bern. Berol. Crev. octo aliis et ed. Bonon. Codices certe secuti sumus: imprimis *excreet*, quod Guelf. et pauci, Putean. Itali habebant, iure expulimus; neque enim Tibulli locus 1, 5, 74, unde irrepit, huc pertinet. Caeterum virgulam ad nostrum arbitrium posuimus; interpretamur ita: Scit, cui latretur, nimirum furti h. e. *adultero*, cfr. Cic. de orat. 2, 54. §. 220. Amor. 3, 4, 25. scit, cui *ipse* h. e. *invicem* excubet, scilicet *alterius uxori*. Rem habebis apud Tib. 1, 2, et 6. Adulterii notioni ita inculcatae sequens distichon apprime convenire videtur.

461. FURTI TALIS. *talis furti*, Juniani et quatuor Heinsii librorum scripturam, temeritas Burmanni induxit pro ea, quam libri reliqui omnes et lex metrica melius perspecta commendat. Neque enim furti appellationem tralaticio et leni illo significato, sed proprio accipi poeta vult. Caeterum vett. edd.: *furtim talis*. Vett. seq. *possent* cod. Bersm. Pirckh. Leid. sec. *possunt* Gall. Mor. Bernens.

463. NEC. Non Guelf. cod. Bersm. Put. Gall. Mor. Serv. Pirckh. Jun. viginti alii Heinsiani, Bern. Berol. et prima. ed. Reland. quibus libris Palatinus interest. *illi damno* Berol. Vett. seq. *et tante principe* Berol. *motus erat* pro var. scr. alius fortasse codex

*Districtus minima nec tamen ille nota est.*

*His ego successi, quoniam praestantia caudor*

*Nomina vivorum dissimulare iubet.*

*Non timui, fateor, ne qua tot iere carinae,*

*Naufraga, servatis omnibus, una foret.*

470

*Sunt aliis scriptae quibus alea luditur, artes;*

*Haec est ad nostros non leve crimen avos:*

*Quid valeant tali, quo possis plurima iactu*

*Fingere, damnosos effugasve canes:*

*Tessera quos habeat numeros, distante vocato*

475

475. quot numeros habeat.

Heinsii, de Arundeliano error est. Vers. 466. *Districtus* Guelf. *Distinctus* Bern. *Afflictus* Moret. Rel. *nimia* Palat. sec. Gall. Basl. *nec fuit ille nota* Gall.

468. VIVORUM. *tantum* prim. Vatic. et duo alii. *tantum* Guelf. *maiorum* Francof. *multorum* unus Heinsii. *diss. iuvat* Leidd. *vetet* Reland. Vers. 471. *alea discitur* exc. Voss.

472. HAEC EST AD NOSTROS. *Haec fuit* Rel. *Hoc est* Palat. uterque, Gall. Serv. Francof. Busl. Berol. octo Heinsiani, prima et vett. edd. nostrae. Probabat Gruterus. *in nostros* Pirckh. *in nostro* ed. Bonon. *ad vestros* dimidia pars codicum, nullus tamen paulo vetustior, et vett. edd. octo. Vers. seq. *valeant alii* edd. vett. excepta Bononiensi. *posses* Palatinus uterque, Guelferb. Bersm. Leid. prim. Mor. Serv. Busl. *posset* Seguer. *praemia actu* Schraderus coniciebat.

474. FINGERE optimi libri: Palatinus uterque, Guelf. uterque Polit. exc. Voss. Busl. Leidd. Heinsii tredecim, nostri quinque, prima et Bononiensis editiones. Reliqui libri: *Figere. Vincere* Naugerius et Merula coniciebant. *effugasque* Heinsiani ex doctante, noster Reland. vett. edd. omnes. *effugiatve* Seguer.

475. TESSERA QUOS HABEAT NUMEROS. *quot numeros habeat* ex suis sex ignotis codicibus Heinsius recepit, quod Bersm. Bernensis et ed. Bonon. agnoscunt. Verum Palat. prim. Guelf. et longe maior codd. Heinsianorum numerus, vett. edd. pleraeque, quod revocavimus, nisi quod Guelf.: *numero. quot habeat numeros* Heinsiani Serv. Francof. et quatuor, nostri Rel. Berol. Crev. vett. edd. Veneta et Vicentina. *quos numeros habeat* Put. Jun. et duo alii. *vocando* Moret. pro var. scriptura. *vocata* Busl. Heinsius de voce *distante*, in qua difficultas versatur, nihil, sed tantum pro *vocato: rotato*, vel *notato* coniecerat. Alterum sublegit Burmannus, satisque temerarie corrigebat: *pyrgoque rotato*. Ingeniosa est Jo. Schraderi ratio, qui in schedis manu scriptis conferebat Ausonii carmen 2. in profess. v. 27.

400 Teque, Mycenæo Phœbas amata duci?  
 Quid Danaëu, Danaësque nurum, matremque Lyæ  
 Haemonaque, et noctes, quæ coïere, duas?  
 Quid generum Peliaë? quid Thesea? quidve Pelasgum

402. cui c. duae.

monem Palat. prim. *Andromedan* unus. *Concia* Palat. prim. e  
 Guelferb. et similia alii tum scripti, tum editi. *Cepheia* una  
 Heinsii.

401. DANAËN DANAËSQUE NURUM. *Danen Danaisque nuru*  
 Palat. prim. Maior codd. numerus: *Danaën Danaisque nurus*, quod  
 ut non absurdum, ita molestum est. Illam, quam exhibemus, scri-  
 pturam idonea librorum multitudo sancit: pr. Vatic. Guelf. Mor.  
 exc. Voss. decem Heinsiani, prima Heinsii et veteres nostrae octo  
 editiones. Huc proxime accedit: *Danaësque nurus* Polit. prim.  
 Serviani, Francof. Bern. et alius Heinsiani, tum: *Danaësque nurus*  
 secundi Polit., *Danesque nurus* Reland., *Danesque (virum) nurum*  
 Berol. *Danaasque nurus* Busl. Barber. Bersm. unius Heinsii et  
 ed. Bonon. in cod. Pirckh. inventum probabat Gronovius Diat.  
 Stat. c. 43. *Danaum* praeterea Gall. et Mor. pro v. scr. *Lind*  
 Guelf. et Palat. sec. *Siloi* Berol.

402. QUÆ COÏERE, DUAS. *Haemona* et ed. Rub. *Almonam*  
 et Jun. *Almonam* et Gall. Busl. et septem. *Alcmenam* et Pirckh.  
 cod. Bersm. *Almenamque* et Mor. Leid. uterque et quatuor. *Alc-*  
*menamque* et Bern. Rel. Crev. *Alcmenam in noctes iussa coï-*  
*duas* ed. Bonon. Habes corruptionis historiam. *Hermoniam* pri-  
 mus Polit. *Hermoniam* secundus, unde ipse Politianus *Harmoniam*  
 verum putabat. *quæ coïere duas* tum codd., tum vett. edd. reli-  
 quæ, nisi in quibus typographi errarunt, omnes servant; quod re-  
 vocamus. Coniectura Heinsiana, sive potius Jacobi Roveri: *cui coï-*  
*ere duas* opus non habemus.

403. GENERUM PELIAË. *generum pelagi* Guelferb. — Ab  
 omnis mutandi prurigo, habet tamen hoc distichon, quod offenderet  
 leviter possit. *Pelasgus* Protesilaus dici potest duplici modo, aut  
 quia Graecus fuit, aut quia Thessalus; verum neutro modo aut  
 Theseo, qui Graecus, aut ab Jasone, qui Thessalus fuit, satis ista  
 appellatio tertium discernit. Deinde ista re, quod nave sua pri-  
 mus Protesilaus Troadem attigerit, infortunium eius parum accu-  
 rate indicatur; poterat enim fieri, quod uxor praeceperat Her. 13,  
 99: *Hoc quoque praemoneo: de nave novissimus eri!* Iam vero in  
 codices, quos potissimum consulendos statuimus, Guelferb. et Palat.  
 primus, id ipsum abunde suppeditant, quod aut utrumque, aut gra-  
 viorem postremum scrupulum eximat. Ille enim cum Leidensium  
 utroque habet: *de rate pro: qui rate*. Hic cum prima editione  
 Heinsii, duobus eius codicibus et variante scriptura Moret.: *quæ*  
*pede*. Legas igitur licebit aut ceteris servatis:

*Iliacum tetigit qui pede primus humum,*  
 aut tentate etiam longiore versu:

Iliacam tetigit qui rate primus humum?  
 Huc Iole, Pyrrhique parens; huc Herculis uxor, 405  
 Huc accedat Hylas, Iliadesque puer.  
 Tempore deficiat, tragicos si persequar ignes,  
 Vixque meus capiet nomina nuda liber.  
 Est et in obscaenos deflexa tragoedia risus,  
 Multaque praeteriti verba pudoris habet. 410  
 Nec nocet auctori, mollem qui fecit Achillem,  
 Infregisse suis fortia facta modis.  
 Iunxit Aristides Milesia crimina secum:

408. capiat.

— quid Thesca, quive Pelasgō

Iliacam tetigit de rate primus humum.

408. ILIADISQUE. *Iliacusque* quindecim Heinsiani, nostri, excepto Crev. et vett. edd. omnes. Alterum Aldus in postrema editione et Bersm. pridem revocarunt.

407. TEMPORE DEFICIAT in Aldina posteriore primum concipitur, ex codd. depromptum, quorum satis multi id agnoscunt: ex nostris Berol.: *deficiat*; Gottorph. et Seguer.: *destituatur*. Reliqui tamen nostri quatuor, Heinsianorum maior pars: Palat. prim. et sec. Put. Gall. Mor. Serv. Busl. Leid. uterque, Jun. et tredecim alii cum veteribus edd. omnibus: *Tempore deficiam*, unde quod eliciebat Heinsius: *Tempora deficiant*, tantum non confirmatur cod. Guelferb., qui: *Temporae deficiam* habebat; *tempora* ita dicuntur infr. v. 484. Met. 4, 696. *prosequar* trium codd. Heinsio placebat. Pro ignibus Bern.: *omnes*, Crev.: *artes*.

408. CAPIET. *capiat* Heinsius ex duobus scriptis receperat. *liber* Moret. Bernens. Francof. pro v. scr. Berol. *tanta liber* Busl. *nuda lymb'* Palat. pr.

409. DEFLEXA. *defleta* Leid. uterque. *conversa* iudem pro v. scr. *devera* unus. *commissa* pr. Vatic. *commixta* Palat. sec. Guelf. Rhinthonem intelligo, qui τὰ τραγικὰ μεταδιδυμίζων ἐς τὸ γελῶν dicitur apud Steph. Byz. s. v. Τάρας.

410. PRAETERITI. *praeterea* Palat. sec. *neglecti* Leid. pro v. scr. *praepositi* unus Heinsii. *praetereundi* Guelf.

411. AUCTORI, MOLLEM QUI. *actori* Palat. prim. et Rel. qui glossam addit: *illi, s. Statio. mollem quod fecit* Jun. Guelf. Berol. *quod mollem* Seguer. Vid. Serv. et Heynii excursum ad Virg. Aen. 1, 474.

412. INFREGISSE. *Et fregisse* Put. *Vel fregisse* Busl. *molli* facta Busl. *fortia membra* tres.

413. IUNXIT — SECUM. *Iungit* Busl. *Immsit* Crev. *Aristimedes* prim. Polit. et duo Heinsii, noster Seguer. *Aristonides* Putean. *Melesia* Guelf. *Millesia* Seguer. Berol. *Miletia* Mor. *Miletida* Jun. Reland. *carmina* Gall. Serv. tres Heinsii, Seguer.

**Pulsus Aristides nec tamén urbe sua est.**  
**418 Neo qui descripsit corrumpi semina matrum,**

414. *deest* est.

et Bernens. *semina* Rel. pro v. scr. *carmina sacro* Busl. *carmina secus* Reland. Hinc natae doctorum virorum correctiones, Tanaquilii Fabri in epp. 1, 3:

*Finxit* (vel, *Ponxit*) *Aristides Milesia crimina chartis*;  
 Nic Heipsii: *Lusit Aristides Milesia carminis foedo*;  
 Petri Francii: *Traxit* (vel, *Vexit*) *Aristides M. crimina secum*;  
 Jani Broekhusii:

*Vinxit Aristides Milesia crimino sacco*;  
 Burmanni: *Iunxit Aristides Milesia crimina scenae*;  
 Johannis Schraderi:

*Iunxit* (vel, *Strinxit*) *Aristides Milesia crimina scriptis*,  
 vel: *Iunxit A. Miletide crimina foeda*;  
 ut idem dicatur, quod v. 444., Miletii historiam *Miletida* inscriptam illum condidisse in modum libri: *histoire galante des Gaulles*, quae versu 444. evinci putabat. Verum si quid mutandum esset, quod nego, multo facilius ita poterat:

*Iunxit Aristides, Milesia crimina, sexum*;  
*Iunxit sexum*, h. e. coniunctos exhibuit, cfr. Horatianum: *Alpinus iugulat dum Memnona*; *sexum* h. e. sexum eundem, eiusdem sexus amatores, Manil. 1, 778: *tota acies partus*; mares maribus iunctos, cfr. Mart. 1, 91: *turba tui sexus*, sive potius feminas feminis: *ἄρβασι* Milesiis vid. Suidam s. v. *Ὀλιδοσ*. *Milesia crimina* eundem morem vocat per appositionem satis usitatam, cfr. Fast. 2, 115; 211. Haec, inquam, tentari non inepte poterant, sed nihil opus est. Rectius explicari tradita scriptura, quam ab interpretibus haec tenus factum est et debet et non uno modo potest: primum ut dicatur, Aristidis nomen a fabulis, quas tractavit, separari non posse, cuius generis multa in Amor. lib. 1, el. 15. leguntur. Conferri possit Sen. ep. 21: *inter tam magna nomina taceretur, tibi Cicero illum applicuisset*; — *possum mecum duratura nomina cedere*. Atque aut hanc ipsam rationem, aut similem secutus est Weberus D. V. in notulis Corpori Poetarum Latin. subiectis: neque obstat huic rationi hypallages figura. Verum praestat haec interpretari ex peculiari loquendi genere tum Ovidii, tum imitatorum eius, quo: *iungere cum aliquo* usurpant. Confer modo Fast. 3, 679:

*Mense meo coleris, iunxi mea tempora tecum*;  
 Statii Silv. 1, 2, 257: *tecum similes iunctaeque Camoenae, Stella mihi* etc.; Trist. 4, 1, 26:

*Cum mecum iuncti criminis acta rea est.*

Hi loci, sed praesertim tertius, aliter explicari nequeunt, nisi pro nomine possessivo pro substantivo subintellecto: *criminis rea acta est, cum meo ipsius coniuncti*. Cfr. Met. 13, 204. Itaque hoc locum *Milesiis criminibus, quas descripsit, suum adiecit Aristides*.

414. ARISTIDES. *Aristonides* Put. *Aristorides* Gall. *Aristimodes* Seguer. non tamen Bern. Rel. num Francius. est ad-

**Eubius, impurae conditor historiae;  
Nec qui composuit nuper Sybaritida, fugit,  
Nec qui concubitus non tacuere suos.  
Suntque ea doctorum monumentis mixta virorum,**

418. Nec quae.

tendum erat secundum libros utrosque, solo Moretano excepto.  
Vers. seq. *crimina matrum* Guelf. Leidenses. *semina patrum* Jo.  
chraderus coni.

416. **EUBIUS.** *Eubous* prim. Palat. et duo. *Ebbus* pr. Vatic.  
*Eubolus* sec. Palat. cod. Bersm. *Eubous* Mor. *Embous* Crev.  
*Ebous* Busl. *Ehuus* Leid. prim. *Eunius* Leid. sec. *impune* Be-  
ol. Glossa cod. Seguer.: *Eubius quidam fuit, qui descripsit, qua-*  
*ter mulieres partus suos necarent:* quod unicum est de hoc scri-  
ptore testimonium.

417. **NUPER SYBARITIDA.** *Subarechida* Palat. prim. *subar-*  
*itida* prim. ed. Heins. *Subaritida* Jun. *Sabaritida* cod. Rel. ed.  
Boson. *Sibaritica* prim. Vat. Serv. duo Heinsii, Guelf. *Sibantica*  
Leid. prim. *Sabaritica* Gall. Berol. *Sarabatica* Busl. *Sabaretica*  
Beguer. *sabarica* Crev. In voce: *nuper* non immerito offenderunt  
Heinsius atque Burmannus. Nam quod Angelus Politianus Miscell.  
t. 15. haec intelligenda esse contendit de Hemitheone Sybarita, a  
Luciano *πρὸς ἀναιδέων* c. 23. commemorato, de tempore, quo  
vixerit et de titulo operis ab eo scripti nihilo certiores sumus.  
Verum *nuper* in scriptore et ignobili, nec, si vv. 419, 20. accurate  
loquitur poeta, admodum recenti, male Heinsium habuit. Eius  
conjecturae: *turpem Sybaritida*, cui obstare quicquam nemo de-  
monstraverit, nisi fortasse titulum operis historici, uti videtur, vel  
pici, a turpitudine alieni, aliam addam, quam adinvari a sequen-  
tibus, vers. 418., quo scriptorum genus integrum designatur, tum  
419., in quo *ea mixta* non satis stricte ad priora refertur, paulo  
dignior iudex fateatur. Legerem partim ex coniectura, partim  
ex libris: *Nec qui composuit numerus Sybaritica, fugit,*

*Nec qui concubitus non tacuere suos.*

numerus est multitudo, ut Her. 8, 24: *numerus Danaï militis*, Hor.  
p. 1, 3, 40: *Nos numerus sumus, turba* Arte Am. 1, 175. *Sy-*  
*baritica* sunt *Sybaritici libelli*, quos multos scripsisse dicit Martialis  
lib. 97.

418. **NEC QUI OMNES** libri tum scripti, tum editi, praeter  
Moret. Jun. et duos Heinsii, qui: *quae suppeditabant;* idque Hein-  
sius de Philaenide et Elephantide eiusque notae mulierculis acci-  
debat. Verum non memini, mulierem unquam exilio multatam  
esse in antiquitate, quod fieri potuisse oporteret. *non tacet Aena*  
nos cod. a Barthio commemoratus Adv. 50, 5. Possis admoneri  
Euphorionis *ἀλαχυντογράφου*, Aeno vel Aenea oriundi, de quo V.  
D. Meinekius de Euph. p. 3, 4.

419. **SUNTQUE EA.** *Sunt ea* Palat. uterque, Gall. Busl. Jun.  
Berol. Crev. et vet. edd. nostrae, probante Francio. Primus quae



- 420 Muneribusque ducum publica facta patent.  
 Neve peregrinis tantum defendar ab armis;  
 Et Romanus habet multa iocosa liber.  
 Utque suo Martem cecinit gravis Ennius ore,  
 Ennius, ingenio maximus, arte rudis;
- 425 Explicat ut caussas rapidi Lucretius ignis,  
 Casurumque triplex vaticinatur opus;  
 Sic sua lascivo cantata est saepe Catullo  
 Femina, cui falsum Lesbia nomen erat.  
 Nec contentus ea, multos vulgavit amores,
- 430 In quibus ipse suum fassus adulterium est.  
 Par fuit exigui similisque licentia Calvi,  
 Detexit variis qui sua furta modis.  
 Quid referam Ticideae, quid Memmi carmen, apud quod

ex codd. addidit Aldus in posteriore ed. *testa virorum* prim. V. tic. sec. Palat. Comb. Guelf. *scripta virorum* Leidensia. Vers. 421. *peregrinus* prim. Palat. Busl. *iterum defendar* Seguer. Vers. 422. *Et Rom.* Moret. pro v. scr. edd. vett. omnes. *Hic Jun.* Vers. 423. *Utique fero* Francius. *Martem* prim. Palat.

426. CASURUMQUE codicis a Merula usurpati et alius Bononiensis ab Heinsio inspecti auctoritate nititur, quod tamen velle esse prae reliquorum omnium librorum scriptura: *Casurum* docti viri consentiunt et abunde docuerunt. Adde illorum observationibus Acronem ad Hor. od. 1, 34: *Epicurei omnia affraus casura*. Vers. seq. *lascivo contempta est Musa Catullo* Seguer. a. pr. m.

429. CONTENTUS EA. *contentus eo* Palat. prim. exc. Voss. Francof. pro v. scr. quinque Heinsii cum prima eius editione Francius tentabat: *contentus eo, multorum vulgat am.* Vers. seq. *est* in fine omittunt Mor. Busl. Leid. prim. et quinque; in disjuncto versu Pirckh. et Berol., post: *fassus* Crev. inserunt. Vers. 431. *simulque licent.* prim. Palat. *licentia Bacchi* Busl.

432. FURTA ex Gruteri coniectura et tribus scriptis ab Heinsio receptum Guelf. confirmat, atque ita laudare iam Domitium Calderinum ad Propert. 2, 25, 89. notaverat Santenius. Reliqui codd. cum vett. edd.: *facta*, nisi quod Jun. et Seguer.: *fata*.

433. TICIDAE, QUID MEMMI. *Titidem* Palat. prim. *Ticide* Palat. sec. Berol. *Ticidem* Gall. *Ticiden* Leidd. *Tochidem* Busl. *Ticide* Rel. ed. Bonon. *Tyciden* prim. ed. *Tindas* vett. edd. octo *cahids* Crev. *quid Thini* Leidd. *Memmi* Mor. Rel. *Meni* Pirckh. *Novi* Berol. *Naovi*, *Meri*, *Maeni* singuli. *nummi* Crev. *quid dedit* que carmen ed. princeps. *Noni quid* Busl. *Memmi quid* tamen quod probabat Heinsius in schedis.

**Rebus adest nomen, nominibusque pudor?**  
 inna quoque his comes est, Cinnaque procacior

Anser,

Et leve Cornifici, parque Catonis opus;  
 quorum libris modo dissimulata Perillae  
 Nomine nunc legitur dicta, Metelle, tuo.

434. Rebus abest. 438. Metella suo.

434. REBUS ADEST ETG. Veteres editiones nostrae ad Aldinam  
 que primam: *Nomen adest rebus*; ita etiam Danielis Heinsii edi-  
 o, ad quam Nicolaus suos codices contulit, nulla annotata discre-  
 antia. In uno exemplari tantum indicaverat, malle se legi: *Re-  
 us adest nomen*: quemadmodum ante illum Berimannus contra He-  
 ros, Aldus in posteriore ed. fortassis non sine libris correxerant.  
 elegantiorum eum ordinem ipsi censemus atque Pirckh. Guelf.  
 Bern. Berol. Rel. Crev. eum confirmant. Prim. etiam Palatinus:  
*Rebus adest rebus nominibusque p.* Verum *abest*, quod quicumque  
 de hoc loco disputarunt, tanquam solam librorum scripturam per  
 manus tradiderunt, certum est aut Heinsii, aut typographi Elzevi-  
 riani errore irrepsisse. Abicienda igitur primum Rottendorffii vel  
 Graevii (Syll. epp. 4, p. 378, 388.) coniectura: *R. abest omnis  
 nominibusque pudor*, quam immerito Heinsio placuisse demonstravit  
 Bentleius ad Hor. ed. 2, 12, 13. Deserenda deinde Bentleii inter-  
 pretatio scripturae: *Rebus abest nomen, nominibusque pudor, sed  
 adhibitis iis, quae ille de oppositione rerum et nominum disseruit,  
 et interpretandum, in C. Tucididae et C. Memmii Gemelli carmini-  
 bus tum res spurcissimas, tum rerum appellationes impudicas fuisse;  
 et rebus obscaeno sensu vid.* Orell. ad Arnob. 3, 10. de *nomini-  
 bus* cfr. Met. 10, 468.: *sceleri ne nomina desint; pudorum adesse*  
 applica ex Fast. 6, 115:

*Haec loca lucis habent nimis et cum luce pudoris.*

De tota re audi Martialis epistola ad lector. lib. I., qui illam lasciv-  
 iam verborum licentiam: *latine loqui* appellat. Vers. seq. *protector  
 Anser* Busl. *protetior* Barber. *procacior* Guelf. *Ancus* Pirckh.

437. ET QUORUM. In quorum Busl. Et libris quorum  
 Pirckh. Rel. quorum in libris prim. Palat., quod coniecit Fran-  
 cis. nunc dissimul. Gall. et alius. *dissimulata per illos* prim.  
 Palat. Guelf. Putean. Gall. Serv. Busl. Jun. Leid. pr. undeviginti  
 Maniani, reliqui nostri praeter Bernensem, prima et vet. nostrae  
 siones. Corruptam hanc scripturam videri concedimus: ineptam  
 , certe ineptiorem, atque nescio cuius coniecturam: *Perilles,  
 amus. per ipsos* unus cod.

438. NUNC L. D. METELLE, TUO. non legitur Busl. Berol. Mor.  
 v. ser. nunc legitur Bonon. legit dicta Guelf. Heins. suadebat:  
 Metella suo, utpote elegantius, sine libris tamen, nisi quod ed.  
 Bon.: *Merella tuo*. Deinde propter locum notissimum Apuleii  
 Apologia p. 279. Elm.: et C. Tucidam postum similiter (con-

**Is quoque, Phasiacas Argo qui duxit in undas,**  
**Non potuit Veneris furta tacere suae.**  
**Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Serv**  
**Carmina. Quis dubitet nomina tanta sequi?**  
**Vertit Aristiden Sisenna: nec obfuit illi**

cent), quod, quas Metella erat, Perillam dixerit, totum distichon illi adiungendum esse censuit, quo de Ticide et Memmio agitur, quos nimirum haec pertineant. Utrumque hoc placitum necessitate quadam coniunctum est. Nam si versuum ordinem non mutet inutile esse, immo temerarium, scripturam mutare, Bentleyus dicto loco demonstrat: Burmanni illud est peccatum. Si vero distichon transponas, quod Jahnius v. d. in Annal. phil. et paed. tom. 9, p. 61. suavit, Editor in usum scholarum Lips. fecit, nihil proficitur nisi Heinsianam correctionem recipias. A nobis absit contra tot liberos novare quidquam adversante sententia, grammatica, elegantia. Primum enim languet distichon versui 434. subnexum: nihil quippe gravius, sed aut idem, aut supervacuum additur. Deinde non verisimile per se, ex Apuleio vero multo minus efficitur, aut Tictimam aut Memmium modo Metellam modo Perillam in carminibus suis nuncupasse. Constantiam in hac re et mos poetarum et Apuleius poscunt. Hinc probabile fit, de aliis poetis, Metellae, non scorti, (vid. interpp. ad Cic. ad Att. 11, 23.) amatoribus, non que modestis in hac quidem re, atque Tictimam loqui Ovidium nam de Memmio nihil constat. Haec vero Micylli olim sententia vera sit, ideo necesse est, quia si Heinsii sequaris consilium in mutando ordine versuum et virgula post v. 434. ponenda, neque tamen in corrigendo v. 438., *dissimulata et dicta* nequit esse per subiecto, nisi suppleas cogitatione: *femina*, vel, *aliqua*, quod nihil est. Noli igitur aut mutare ordinem, aut in vulgato de sententia desperare, h. e. noli modo *dissimulata* et *nunc dicta* de diversis in iisdem scriptis locis accipere, sed modo intellige: paulo antea apud Tictimam, *nunc*: in posterioribus illo poetis, qui *eandem*, qui olim ficto nomine *dissimulata fuerat*, mox sub vero ac nobilissimo *diffamaverunt*: puta ita, ut Licin. Calvus Quinctiliam celebravit. Isti qui et quales fuerint, fortasse praestat ignorare, certe praestat ignorare fateri, quam Ovidium corrumpere. Bentleyi ingenioso commentamento possis carere.

439. **ARGO.** *Argo* omnes libri praeter solos Bononienses et Relandin. Primus correxit Bersmannus et ante Heinsium J. Röverus. *ad undas* Moret. Vers. seq. *signa tacere* Gall. *fuit docere* Berol.

441. **NEC MINUS.** *Non minus* duo libri. *Nunc minus* Pirckh *improba* Laevi Heinsius in schedis coniecerat, praenominis appellatione, ut videtur, offensus. Vers. seq. *quid dubitem* Moret. pro v. scr.

443. **ARISTIDEN.** *Aristides* Palat. pr. et Guelf. Reliqui libri praeter quatuor Heinsianos et totidem nostros: *Aristiden*

Historiae turpes inseruisse iocos.

Non fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo, 445

Sed linguam nimio non tenuisse mero.

Crede iuranti durum putat esse Tibullus,

Sic etiam de se quod neget illa viro:

Fallere custodem demum docuisse fatetur,

Seque sua miserum nunc ait arte premi: 450

Saepe, velut gemmam dominae signumve probaret,

Per caussam meminit se tetigisse manum:

Atque refert, digitis saepe est nutuque locutus,

Et tacitam mensae duxit in orbe notam:

Et quibus e succis abeat de corpore livor, 455

445. Nec.

*Caenna* cod. *Bersm.* ed. *Bonon.* *Gisenna* reliquae vett. edd. octo. *Sociama* Busl. *Sileucia* Leidd. *Porcissa* Leid. sec. pro v. scr. *affugit* Guelf. Vers. seq. *eripuisse iocos* Busl.

445. NON FUIT. *Nec fuit* Heinsius ex Gall. et tribus aliis cum prima editione, cui veteres nostrae accedunt, contra reliquos et libros receperat. *opprobrium* Palat. prim. Putean. Mor. Serv. Busl. Pirckh. Jun. Francof. septem Heinsii et nostri omnes codd. excepto Guelf.

446. NON TENUISSE. *non tenuasse* Gall. *continuasse* Busl. et quatuor. *continuisse* Serv. et tres cum vett. edd. *ligam nimio* non *tacuisse* Reland. *conticuisse* Berol. *non temerasse* Putean. m. sec. *contremuisse* ed. Bonon. Heinsius *contemerasse* conieciat.

448. SIC. *Hinc* Gall. et alius. *Hic* Comb. prim. ed. et duo libri; longe plurimi cum vett. edd.: *Hoc. Haec* Reland. et pauci. *negat* aliquot Heinsii et nostri. *Hoc de se dudum quod negat* ed. Bonon. *quid negat* Francof. cum *negat* sec. Polit. Recte Doussa Praecid. ad Tibullum c. 3. et Heinsius: *Sic* correxerunt ex Tib. 1, 6, 7. Nam ipsa Tibulli verba allegare voluisse Ovidium vox illa demonstrat, qua offendebatur Jo. Schraderus, quia nihil de domina, puella, praecessisset; *ipsa viro* Bern.

449. CUSTODEM DEMUM. *custodes tandem* Guelf. Palat. sec. Gall. duo alii. *dominam docuisse* J. F. Gronovius, sed absque codice, volebat; *custodes idem doc.* Francius; *demens docuisse* Burmannus, non improbante Jo. Schradero. *custod. se condocuisse* vir doctus in Act. Lips. 6, 2, p. 79. Sed de pronominum ellipsi vid. ad 3, 5, 53; 4, 1, 46. Vers. 451. *dominae gemmam* Guelf. Gall. *signumque* dimidia fere pars codicum et vett. edd. omnes. *probarit* Berol.; absque Tibulli verbis esset 1, 6, 25., non inepte. Vers. 453. *dictis saepe* Guelf. *nutu s. e. digitisque* Busl. *mutusque* loc. Leid. prim. *nuptumque* loc. Bern.

Impresso fieri qui solet ore, docet :

Denique ab incauto nimium petit ille marito,  
 Se quoque uti servet, peccet ut illa minus:  
 Scit, cui latretur, cum solus obambulet, ipse  
 460 Cui toties clausas excubet ante fores:  
 Multaque dat furti talis praecepta docetque,  
 Qua nuptae possint fallere ab arte viros.  
 Nec fuit hoc illi fraudi, legiturque Tibullus  
 Et placet, et iam te Principe notus erat.  
 465 Invenies eadem blandi praecepta Properti;

459, 460. obambulat ille: Cur t. cl. excreet. 461. talis furti

457. ILLE MARITO unus tantum Vaticanus et ed. Bonon. servarunt; sed correxerant ita ante Heinsium iam Aldus in postrema ed., Bersmannus et Gruterus in schedis. *illa marito* omnes libri scripti et impressi praeter Putean. Serv. Seguerianum et duos, qui: *ipsa*.

459, 460. SCIT, CUI — ANTE FORES. *Sit cui* Reland. *Sci cui* ed. princ. *Scis cui* ed. Bonon. *Scit cur* Francof. *obambulet* Gall. Busl. Leid. prim. Rel. et vett. edd. nostrae. *obambulet ipse* Putean. et prim. ed. *ille* cod. Bersm. et quinque Heinsii. *Cur toties* Pirckh. Mor. v. scr. et octo Heinsii, nostri Bern. Crev. *Quoties* Leidd. Berol. Rel. *Cum toties* ed. Bonon. *excubat* Palat. prim. Rel. et novem Heinsii. *excitet* Put. et duo. *excubet* receptus e Palat. sec. Jun. Leidd. exc. Voss. Pirckh. Gall. Mor. Busl. Francof. Bern. Berol. Crev. octo aliis et ed. Bonon. Codices certe secuti sumus: imprimis *excreet*, quod Guelf. et pauci, putant Itali habebant, iure expulimus; neque enim Tibulli locus 1, 5, 74, unde irrepsit, huc pertinet. Caeterum virgulam ad nostrum artum trium posuimus; interpretamur ita: Scit, cui latretur, nimirum furti h. e. *adultero*, cfr. Cic. de orat. 2, 54. §. 220. Amor. 3, 4, 25, scit, cui *ipae* h. e. *invicem* excubet, scilicet *alterius uxori*. Res habebis apud Tib. 1, 2, et 6. Adulterii notioni ita inculcatae sequens distichon apprime convenire videtur.

461. FURTI TALIS. *talis furti*, Juniani et quatuor Heinsii librorum scripturam, temeritas Burmanni induxit pro ea, quam libri reliqui omnes et lex metrica melius perspecta commendat. Neque enim furti appellationem tralaticio et leni illo significato, sed proprio accipi poeta vult. Caeterum vett. edd.: *furtim talis*. Vers. seq. *possent* cod. Bersm. Pirckh. Leid. sec. *possunt* Gall. Mor. Bernens.

463. NEC. Non Guelf. cod. Bersm. Put. Gall. Mor. Serv. Pirckh. Jun. viginti alii Heinsiani, Bern. Berol. et prim. ed. Reliquis libris Palatinus interest. *illi damno* Berol. Vers. seq. *tante principe* Berol. *motus erat* pro var. scr. alius fortasse eodem

Districtus minima nec tamen ille nota est.  
His ego successi, quoniam praestantia candor  
Nomina vivorum dissimulare iubet.

Non timui, fateor, ne qua tot iere carinae,  
Naufraga, servatis omnibus, una foret.

470

Sunt aliis scriptae quibus alea luditur, artes;  
Haec est ad nostros non leve crimen avos:

Quid valeant tali, quo possis plurima iactu

Fingere, damnosos effugasve canes:

Tessera quos habeat numeros, distante vocato

475

475. quot numeros habeat.

Heinsii, de Arundeliano error est. Vers. 466. *Districtus* Guelf.  
*Distinctus* Bern. *Afflictus* Moret. Rel. *nimia* Palat. sec. Gall.  
Busl. *nec fuit ille nota* Gall.

468. VIVORUM. *tantum* prim. Vatic. et duo alii. *tanto-*  
*rum* Guelf. *maiorum* Francof. *multorum* unus Heinsii. *diss. iuvat*  
Leidd. *vetet* Reland. Vers. 471. *alea discitur* exc. Voss.

472. HAEC EST AD NOSTROS. *Haec fuit* Rel. *Hoc est*  
Palat. uterque, Gall. Serv. Francof. Busl. Berol. octo Heinsiani,  
prima et vett. edd. nostrae. Probabat Gruterus. *in nostros* Pirckh.  
*nostro* ed. Bonon. *ad vestros* dimidia pars codicum, nullus ta-  
men paulo vetustior, et vett. edd. octo. Vers. seq. *valeant alii*  
edd. vett. excepta Bononiensi. *posses* Palatinus uterque, Guelferb.  
Bersm. Leid. prim. Mor. Serv. Busl. *posset* Seguer. *praemia*  
*actu* Schraderus coniciebat.

474. FINGERE optimi libri: Palatinus uterque, Guelf. uterque  
Polit. exc. Voss. Busl. Leidd. Heinsii tredecim, nostri quinque,  
prima et Bononiensis editiones. Reliqui libri: *Figere. Vincere*  
Kaugerius et Merula coniciebant. *effugasque* Heinsiani ex do-  
cante, noster Reland. vett. edd. omnes. *effugiatve* Seguer.

475. TESSERA QUOS HABEAT NUMEROS. *quot numeros ha-*  
*beat* ex suis sex ignotis codicibus Heinsius recepit, quod Bersm.  
Bernensis et ed. Bonon. agnoscunt. Verum Palat. prim. Guelf.  
et longe maior codd. Heinsianorum numerus, vett. edd. plerae-  
que, quod revocavimus, nisi quod Guelf.: *numero. quot habeat nu-*  
*meros* Heinsiani Serv. Francof. et quatuor, nostri Rel. Berol. Crev.  
vett. edd. Veneta et Vicentina. *quos numeros habeat* Put. Jun.  
et duo alii. *vocando* Moret. pro var. scriptura. *vocata* Busl. Hein-  
sius de voce *distante*, in qua difficultas versatur, nihil, sed tantum  
pro *vocato: rotato*, vel *notato* coniecerat. Alterum sublegit Bur-  
mannus, satisque temerarie corrigebat: *pyrgoque rotato*. Ingeniosa  
est Jo. Schraderi ratio, qui in schedis manu scriptis conferebat  
Hansonii carmen 2. in profess. v. 27.

Mittere quo doceat, quo dare missa modo:  
 Discolor ut recto grassetur limite miles,  
 Cum medius gemino calculus hoste perit;  
 → Vt mage velle sequi sciat et revocare priorem,

*Alternis vicibus quos praecipitante rotatu*

*Fundunt excisi per cava buxa gradus;*

deinde Senecae versus sub finem Apocoloc.:

*Nam quoties missurus erat, resonante fritillo,*

*Utraque subducto fugiebat tessera fundo;*

et ex utroque loco quasi stipe rogata nostro in versu restituebat: *resonante rotatu*. Nobis *vocare* eodem significatu positum hic videtur, quo Art. am. 3, 356.:

*Et modo tres iactet numeros, modo cogitet apte,*

*Quam subeat partem callida, quamque vocet.*

*numerus distans* quoque contrarium esse videtur *tribus numeris*, qui istic dicuntur. Verum cum de his neque Salmasius ad Hist. Aug. p. 459 — 472., cuius de *dandi* significatione in hoc nostro et illa Artis am. loco expositionem p. 464. D. concoquere nondum possum, neque posteriores satis facere videantur, cryphiam vel phrontida huic loco apponimus. Vers. seq. *doceat* Francof. Leid. sec. Berol. *peccat* vett. edd. nostrae.

477. UT RECTO GRASSETUR. *ut rocco* Berol. *ut torto* Reiland. *crassetur* prim. Vatic. Guelf. Serv. Pirckh. Seguer. Crev. quatuor alii et vett. edd. omnes. *ut ordine* Gall. *tramite* Bersm. Leidd. et alius, unde: *tecto tramite* Heinsius suadebat. Vers. seq. *gemino medius* Pirckh. *geminus medio* duo Heinsiani.

479. UT MAGE VELLE SEQUI SCIAT ET REVOCARE PRIOREM. Haec versus vulgata scriptura aperte vitiosa est, ut de emendatione necesse sit cogitare, cuius fundum facimus librorum diversas scripturas. *Ut mage velle sequens* uterque Polit. sec. Palat. Serv. Pirckh. exhibebant; *Ut male velle sequens* primus Vaticanus et duo Heinsiani; hinc proxime distat Guelf., qui: *Ut male velle sequetis sciat. Ut mage velle seque sciat* Crevennae. Hinc efficitur: *sequens* olim lectum fuisse, cuius postremam litteram sequenti vocabulo adhaesisse postea Crev. demonstrat. Lege igitur:

*Ut male bella sequens cieat revocetve priorem;*

*bella* et *velle* leviter distant; *cieat* in *ciat et*, mox in *sciat et* ita abiit, ut Fast. 6, 86: *suadet at* in *suadeat*; *revocetve* in *revocare* mutaverunt, quia *a* et *et* simillima sunt, quod monet Markland. ad Stat. Silv. 2, 1, 58. Ita Fast. 2, 787. ex: *Collatina fecerunt: colla tenetque*. Iam de sensu videamus. In ludo latrunculorum, de quo postremus disseruit Wernsdorfius ad Poet. min. tom 4., excurs. 11, p. 405. sqq., primaria lex erat, ne quis calculus incomitatus procederet, maximum periculum, si par aliquod calculorum disiungeretur. Si disiuncti tamen essent, artificium erat eum, qui in hostes incidisset, inter illos aliquantisper tueri, cfr. Art. am. 3, 359. *Bellatorque suo prensus sine compare bellet;*

Nec tuto fugiens incomitatus eat.

480

Parva sedet ternis instructa tabella lapillis,

In qua vicisse est continuasse suos:

Quique alii lusus, neque enim nunc persequar omnes,

Perdere, rem caram, tempora nostra solent.

Ecce canit formas alius iactusque pilarum:

485

Hic artem nandi praecipit, ille trochi:

480. Ne.

Paneg. in Pison. v. 189. sq.:

*Ancipites subit ipse moras, similisque ligato*

*Obligat ipse duos;*

difficilius vero adhuc, eum lapidem, qui relictus nec ipse quidem tuto fugeret, alteri rursus admovere et auxilio mittere, cfr. Art. am. v. 360. In Paneg. in Pisonem hoc pro magna laude ita praedicatur v. 187: *hic se committere rixae*

*Audet et in praedam venientem decipit hostem.*

Hoc igitur modo sequentem bella cedere et socium revocare in perfecto lusore admirandum, imperito vero, cui praecepta scribuntur, cavendum erat: male hoc cedere solebat. Numquid pro hac voce exquisitius lateat in scriptura tot codd.: *mage*, vel Combiani libri: *maga*, vel trium Heinsii: *mavelle*, haud ausim diiudicare. Reland.: *Ut pede pro varia scriptura habebat.*

480. NEC TUTO. Quae modo disputavimus argumento sunt, melius cum libris longe plurimis legi: *Nec*, quam: *Ne*, quod quidam Heinsii habuisse dicuntur, ne nominati quidem in schedis, quodque ex nostris tam scriptis, quam impressis solus Relandi agnoscit. *Ut* in priore versu non est praecipientis, sed demonstrantis et exponentis, ut apud Virg. ecl. 6, 64. ad 81. *Non tuto* Junian.

481. PARVA SEDET. *Parma* secunda ed. Aldi et tertia, quam Naugerius procuravit. *sed ut tern.* prima ed. et unus Heinsii. *et in ternis* Guelf. *sed internis* prim. Vatic. *sed interius* sec. Pat. *et trinis* Prickh. *terbis* Herculan. *teneris* unus Heinsii. *constricta lap.* unus eiusdem. *laternis* Crev. Vers. seq. *continuasse* hos unus Heinsii. *continuisse* Berol.

483. QUIQUE ALII ETC. alius cod. Bersm. *nec enim octo* Heinsii, nostrorum Berol. et Crev. *prosequar* Bonon. probante Heinsio. *prosequor* unus Vatic. Vers. 485. *Ecce docet formas* unus Heinsii. *canum formas* unus Heins. *thermas* olim Heinsius volebat. *iactatusque* Guelf.

486. HIC ARTEM NANDI. *artes* prima editio. *artem amandi* Guelf. *Artem hic venandi* Hamburgensis. *artem disci* Francof. *artem nandi* sec. Palat. *artem amri* Rel. pro v. scr. *ille chori* unus Heinsii. Burmannus corrigebat: *Sallandi hic artem praecipit*, *de chori*; Jo. Schraderus: *Hic artem canthi* etc.



Composita est aliis fucandi cura coloris :

Hic epulis leges hospitioque dedit:

Alter humum, de qua fingantur pocula, monstrat,

490 Quaeque, docet, liquido testa sit apta mero.

Talia luduntur fumoso mense, Decembri,

Quae iam non ulli composuisse nocet.

His ego deceptus non tristia carmina feci;

Sed tristis nostros poena secuta iocos.

495 Denique nec video de tot scribentibus unum,

Quem sua perdiderit Musa; repertus ego.

Quid, si scripsissem mimos, obscaena iocantes,

Qui semper vetiti crimen amoris habent?

In quibus assidue cultus procedit adulter,

491. fumosi l. m. Decembris. 492. damno nulli c. fuit. 498. ficti.

487. FUCANDI recte Heinsius ex Francof. Pirckh. et duobus aliis, quod nostri Guelf. et Bern. confirmant. Rell. ll.: *fuscandi causa col.* Crev. et ed. Bonon.

490. QUAEQUE DOCET. *Quaeque date liquide prim. Palatin. docent* Francof. *decens* sec. Palat. et cod. Bersm.

491. LUDUNTUR FUMOSO MENSE, DECEMBRI. *formoso mense tres* Heinsiani. *famoso* Serv. *Decembris* Medonii, et alius. *fumoso luduntur* prima editio et quidam codd. In hoc verborum positu Heinsius cod. Barberin. nostri Reland. et ed. Aldinae primae scripturam exhibuit: *fumosi Decembris.*

492. QUAE IAM NON ULLI COMP. NOCET. Prim. Vatic. Guelf. Bersm. Palat. sec. Gall. Leidd. Moret. v. scr. Reland. quibusque alii et prima editio: *Quae damno nulli composuisse fuit. composuisse licet* unus Heinsii. Reliqui libri omnes scripti et impressi ita, uti exhibemus, nisi quod Bern.: *Quod, Ber.: nonnullis, Servii: nocent, Pirckh.: docet.* Caeterum adi dss. Hand. Turs. t. 3. p. 130.

495. NEC VIDEO ex Put. Serv. sec. Palat. Leidd. Francof. octo Heinsianis, nostris Guelf. Rel. Berol. Crev. Rell. ll.: *non video de tot* Bersmannus ex suo codice et Heins. ex Gall. Busl. undecim alii et prima editione, quibus adde Bern. Rel. Crev., maluerunt sequi, quam quod reliqui libri omnes servant: *tot de scr.*

496. PERDIDERIT. *prodiderit* Bonon. *deiecit*, vel, *deiecit* M. Bern., unde Stellerus: *decepit* suadebat. *dampnavit* M. Crev.

498. VETITI. *ficti* ex Jun. et duobus Heinsii, tum vet. ed. nostris praeter Bonon., quae: *facti*, edebatur. *victi* Guelf. sec. Palat. Serv. et tres. *vecti* Francof. pro v. scr. *vinci* pr. Palat. alius et prima editio Heins. noster Berol. *vetiti* cod. Bersm. Gall. Francof. ut et Moreti, Leid. pr. et Rel. pro vat. scr. et septem Heinsii. *iuncti* sec. Polit. Leid. prim. Francof. Rel., reliqui libri omnes et edd. ab Aldina inde secunda. *iunctum crimen* prim. Palat.

Verbaque dat stulto callida nupta viro. 500  
 Nubilis hos virgo, matronaque, virque, puerque  
 Spectat et ex magna parte senatus adest.  
 Nec satis incestis temerari vocibus aures:  
 Assuescunt oculi multa pudenda pati.  
 Cumque fefellit amans aliqua novitate maritum, 505  
 Plauditur et magno palma favore datur.  
 → Quodque minus prodest, poena est lucrosa poëtae,

502. e magna. 507. Quoque m. p., scena est l. p.

It. Vers. seq. *culter pr. adulter prim. Palat. cautus, vel, multis* Heinsius malebat.

500. CALLIDA NUPTA VIRO. *qualibet arte viro* Pirckh. et alius Heinsii; ed. Bonon.

501. HOS EX Leidensibus et duobus aliis, quibus Bern. et Berol. accedunt, recepit Heinsius. *hoc* Guelf. Francof. Serv. Pirckh. hanc Puteanus. *haec* cod. Bersm. Rel. Crev. et editio Aldi posterior. *hic* vett. edd. nostrae omnes. *virque paterque prim. Palatin.*

502. EX MAGNA. *e magna* Busl. et tres Heinsiani. Vers. seq. *Non satis* Gall. et vett. edd. omnes. *extrema* Rel. pro v. scr.

504. OCULI. *oculis* Putean. Serv. uterque Polit. Francof. et tres alii Heinsiani. *multa videnda* Serv.

507. QUODQUE MINUS PRODEST, POENA EST LUCROSA FORAE. Librorum scriptorum longe plurimorum, impressorum vett. omnium haec est lectio. *Quoque* prim. ed. et tres scripti Heinsii, noster Berol. editio Bersm., incertum, an ex MS. *Quaeque* duo Heinsii, noster Relandinus. *magis prod.* unus Heinsii. *mimis* unus Medicus. *plena est* Junianus. De hoc loco quid doctis viris librum fuerit, iam accipe. Dan. Heinsius suadebat:

*Quoque minus prodest, poena est l. p.;*

Panaquilus Faber lib. 1. epp. 37. legebat:

*Quaeque mihi poenae est, fraus est lucrosa poetae;*

F. Gronovius: *Quae mimis prodest, scena est lucrosa poetae,* quod Salmasio acceptum referebat Syll. epp. t. 2, p. 540. vel,

*Nec minus et prodest scena, et lucrosa poetae est;*

Heumannus, Parerg. Crit. p. 163:

*Quoque minus prodest scena, est lucrosa poetae;*

Hildebr. Withofius in schedis a Schradero descriptis:

*Quoque minus prodest, plus est lucrosa poesis,*

*Quaeque nurus prodit, poena est lucrosa poetae.*

Ex hac farragine non immerito facillima neque indocta Heumanni emendatio plurimis placuit. Demonstratum enim ab illo erat, in similibus locutionibus post quo, quo minus omitti eo, eo magis, quod iam Gruterus in schedis notaverat. Sed tamen unice veram cur putemus, causa non est: *prodesse* isto significato *mores emen-*

- Tantaque non parvo crimina praetor emit.  
 Inspice ludorum sumptus, Auguste, tuorum;  
 510 Empta tibi magno talia multa leges.  
 Haec tu spectasti, spectandaque saepe dedisti;  
 Maiestas adeo comis ubique tua est.  
 Luminibusque tuis, totus quibus utimur orbis,  
 Scenica vidisti lentus adulteria.  
 515 Scribere si fas est imitantes turpia mimos,  
 Materiae minor est debita poena meae.  
 An genus hoc scripti faciunt sua pulpita tutum,  
 Quodque licet, mimis scena licere dedit?

518. Quodque libet.

*dandi* vix exemplis poterit adstrui: mimos, quo turpiores, eo maiore pretio venisse verum fortassis, sed *scenae* appellatio latius patet. Vide igitur, sitne aequae facilis, quam ad sensum melius conventuram paene sponderim, emendatio haec:

*Quodque minus prodest palma est; lucrosa poetae,*

*Tantaque non parvo cr. pr. e.*

*palma*, quia modo praecessisset, compendiosè exaraverant libraria *plma*, uti saepissime solent. Hinc est, quod Junianus servavit: *plena*. Dicit poeta palmam, quam minorum scriptores ferre solèant, vel minus esse emolumentum, quod capiant, si cum lucro comparetur. *Prodesse* pro iuvare usitatissimum; infr. 5, 1, 66;

*Hoc, mihi quod prodest, si tibi lector obest.*

Sen. ep. 2: *Nihil tam utile est, quod in transitu prosit.* De constructione verborum ipse ab interpunctione, quam posuimus: *lucrosa poetae* etc. cfr 3, 14, 49, 50:

*Crede mihi, timeo, ne sint immixta Latinis,*

*Inque meis scriptis Pontica verba legas.*

1, 8, 16. *amiciliae nomen* —

*Re tibi pro vili, sub pedibusque iacet.*

Senec. ep. 56: *Leve illud ingenium, nec se adhuc reduxit introrsus, quod ad vocem et accidentia erigitur.* Iam aut docti lectores, aut libri posthac conferendi inter nos atque Heumannum iudicet sunt. Vulgatam interim exhibuimus, quam ferri ullo modo posse desperamus.

510. TALIA MULTA. *talia scripta* Jun. *talia nempe* Bern. *talia mte* Seguer. Vers. seq. *spect. multa dedisti* Serv. Busl. Jun. Reland. Vers. 512. *mitis ubique* Bern.

513. UTIMUR ex Gottorphan. Reliqui libri omnes: *utitur.*

514. LENTUS Heinsius rectè expressit ex Palat. sec. Francof. Leid. utroque et tribus quatuorve aliis. Reliqui libri: *lactus, sives letus.* Vers. 516. *materia* — *mea* Barber. Reland.

518. QUODQUE LICET. *Quodque liber mim.* sec. Palat. *munus* Pirckh. *Quodque libet* Mor. Pirckh. Bersmanni cod. Bern.

et mea sunt populo saltata poemata saepe,  
 Saepe oculos etiam detinuere tuos.  
 scilicet in domibus vestris ut prisca virorum  
 Artifici fulgent corpora picta manu:  
 sic quae concubitus varios Venerisque figuras  
 Exprimat, est aliquo parva tabella loco.  
 Utque sedet vultu fassus Telamonius iram,  
 Inque oculis facinus barbara mater habet:  
 Sic madidos siccatur digitis Venus uda capillos,  
 Et modo maternis tecta videtur aquis.

520

525

Rel. novem Heinsiani et editio Bonon. At Guelf. prim. Palat. et reliqui libri omnes: *licet*, quod exhibemus. Alterum illud Bersmannus, D. Heinsius, N. Heinsius perperam probasse videntur. Neque enim quaeritur, quid liceat mimis, hoc enim et satis notum, et superioribus expositum erat, sed cur liceat. Multo efficacior est opposito, nostro quidem iudicio: *quod licet, ideo licet, quia in scena fit*, quam: *quod libet, licet*, quod de personis dici et solet et debet. Vers. 519. *populo recitata poem.* Busl. *poemata semper* Mor. pro v. scr. Vers. 520. *detin. suos* cod. Bersm. et sec. Palatin.

521. VESTRIS. *nostris* Busl. Pirckh. Rel. Crev. et sex Heinsii. *prisca parentum* Guelf. et Barberimianus. *prisca deorum* Burmannus Sec. ad Prop. 2, 5, 9.

522. ARTIFICI F. CORPORA PICTA. *Artificis* Putean. Gall. Leid. prim. Bern. Crev. et undecim alii cum vett. edd. *pectora* Serv. *fectora fida* unus Vaticanus, unde Heinsius *ficta* coniecit, quod ipsum noster Crevennae habebat. Vers. seq. *conc. varios variasque fig.* Leid. sec. *conc. Veneris variasque fig.* sec. Palat. *conc. Veneris variasque* Pirckh. et quatuor scripti, edd. vett. omnes ante Aldinam secundam.

524. EXPRIMAT. *Exprimit* Berol. et vett. edd. omnes ante Aldinam posteriorem. *vario picta* Gall. *alio* Heinsius coniecit. *tabella ioco* Serv. Mor. pro v. scr. Vers. seq. *Utque sit in vult.* cod. Bersm. Pirckh. *thelamonis* Guelf. Vers. 526. *Inque oculos* Palatinus uterque, Put. Busl. Serv. Leidd. duodecim Heinsii cum eiusdem prima editione, nostri Guelf. Bern. Rel. Berol. Crev. *nater agit* Heinsius coniecit, quod esset: *meditatur.*

527. SICCAT DIGITIS. *digitis siccatur* Busl. et tres Heinsii, edd. vett. ante Aldinam secundam; idque pro elegantiori Bersmannus recepit.

528. TECTA VIDETUR. *nata videtur* Pirckh. alius Heinsii t. ed. Bonon. *orta videtur* Gottorph. pro var. scr. *docta videtur* Berol. In Relandino erat: *creta videtur* cum glossa: *nata*, sed utrumque in rasura manu recentissima, fraude cuiusdam docti viri, qui eum codicem possedit. *vecta*, vel, *nare videtur* Heinsius tenta-

Bella sonant alii telis instructa cruentis,  
 530 Parsque tui generis, pars tua facta canunt.  
 Invida me spatio natura coercuit arcto,  
 Ingenio vires exiguasque dedit.  
 Et tamen ille tuae felix Aeneidos auctor  
 Contulit in Tyrios arma virumque toros:  
 535 Nec legitur pars ulla magis de corpore toto,  
 Quam non legitimo foedere iunctus amor.  
 Phyllidis hic idem teneraeque Amaryllidis ignes  
 Bucolicis iuvenis luserat ante modis.  
 Nos quoque iam pridem scripto peccavimus uno;

537. tenerosque.

bat. Burmanni commentum priori versu: *siccans*, in hoc: *Ut modo* — *orta*, vel, *nata* legentis post Schraderi demum comprobationem dignum visum est, de quo referretur. Cfr. igitur Am. 3, 12, 5: *Quae modo dicta mea est*, h. e. dicebatur. Vid. Hand. Tursell. 3. p. 645, n. 6., nisi mavoles p. 644, n. 3. Vers. 529. *Bella canant* Serv. *fovent* sec. Palat. *sonent* Leidenses. Coniecturam qualemcumque: *tonant* Burmannus Heinsio sublegit.

530. FACTA CANUNT secundum Heinsium ex Palatino primo, Gall. Leid. sec. Crev. quinque aliis et prima editione dedimus. *canant* Leidensis primus. Reliqui tamen codd. et edd. vett. nostrae omnes: *canit*, nisi quod solus Bernensis: *capit*, dignam scripturam, quae Burmanno alicui propter sequentia placeat, certe non indignam, quae ab illo annotaretur. Vers. 533. in Guelf. a pr. m.: *ille tu felix*.

535. DE CORPORE. *de carmine* solus Moret. pro var. scr. *corpore tanto* duo Heinsiani.

536. IUNCTUS AMOR. In excerptis ex vetere codice ab Isaaci Vossii manu: *iunctus amans* pro veteris editionis, ad quam codex manuscriptus conferebatur, *iunctus Hymen* aut pro codicis scriptura, aut Vossii coniectura annotatum erat.

537. TENERAEQUE vett. edd. et plerique codices praeter Bersmannianum, sec. Palat. prim. Politian. Gall. Leid. utrumque Guelf. a m. sec., Rel. et tres cum ed. Bon., qui: *tenerosque. teneraque* Guelf. a manu pr. *teneroque* Berolin. *hic teneros teneraque* A. Buslid. *Amaryllidos* tres Heinsiani; ita Ovidius in his libris, non Virgilius, vid. Wagner. v. d. ad ecl. 3, 12; 82. *igne* Guelf. a manu pr. *ignem t. A. idem* Seguer.

539. SCRIPTO PECCAVIMUS UNO. *facto peccavimus* Gall. *peccavimus isto* omnes libri tum scripti, tum impressi, exceptis quidem Palatino primo, altero Heinsii, quem non indicavit, et editione principe: quos libros aliquanto confidentius sequimur, quam Heinsius potuit, qui quanti pretii Palatinus esset, nondum satis per-

Supplicium patitur non nova culpa novum.

Carminaque edideram, cum te delicta notantem

Praeterii toties iure quietus eques.

Ergo quae iuveni mihi non nocitura putavi

fecerat. Vers. seq. *culpa meum* ed. Bonon. Vers. 541. *Carmina quae edideram* Pirckh. *quae dedideram* Francius.

542. IURE QUIETUS EQVES. Ita Heins. edidit ex Put. Gall. et Leidensi utroque, admonitus a Lipsio, qui de milit. Rom. I, 5. *Me quietus* tentaverat. *inrequietus* Moret. prima editio Heinsii et novem eiusdem codd. nostri Bern. Crev. *irrequisitus* Berol. Reliqui libri omnes: *inrequietus*. Si vera est Heinsii scriptura, sive cum illo coniungas *iure quietus*, (qui potuisset conferre Cirin v. 10: *iure requiescere*.) sive cum Ouwensio N. H. p. 159. *iure praeterii*, ex hoc loco docemur, quod aliunde minime constat, post annum ab U. c. 752 vel 753, quo Ars amatoria edita est, ad annum U. c. 761 pluries censum aut equitum recognitionem a Caesare Augusto institutam fuisse. Nam historici bis tantum id factum esse tradiderunt. Ipse Augustus, siquidem eius orationes legit Dio Cassius, cum libri 56. initium scriberet, in severa Ordinis Equestris correctione anno U. c. 762 in hunc modum locutus est (Dio Cass. 56, c. 7.): τὸ μὲν πρῶτον τρία ἔτη ὅλα πρὸς παρασκευὴν ἡμῖν ἰδῶκα; τὸ δὲ δεύτερον δύο, quae verba falso interpretes explicant ex illis l. 54, c. 16.: προσέταξε μηδεμίαν ἐγγύην λαχέειν, μεθ' ἧν οὐδὲ δυοῖν ἔτοιν διελθόντων γαμήσει τις, cum spectent ad recognitionem equitum anno 760, et legitimum censum anno 757 specie quidem proconsularis imperii habitum, de quibus vide diserte narrantem Dionem lib. 55, c. 13. et c. 31. Hinc liquido patet, si vel mense Julio anni 761 transvectio equitum fuerit, quam annum fortassis Augustus ab anno 760 instituit, (vid. Dion. Cass. 55, 31. Schwarz. ad Nieupoort. p. 110.) recognitionem non fuisse, quam *frequenter*, non *quotannis* fecisse eum Suetonius narrat Aug. c. 38. Ouwensius N. H. p. 158. hac in re mecum sentire videtur, sed nec transvectionem annuam agnoscit. Aut igitur ignoratur hodie, si quid eiusmodi annis quinque ante 757 gestum est, aut *toties* nostro in loco significat: *bis*, aut locus est coniecturae, quam en facillimam:

Praeteriit, *toties inrequietus, eques.*

Littera bis scribenda semel scripta fuit, quod saepissime commissum a librariis; similis error fecerat, ut locus Fast. 6, 755. corrumperetur. *Equitem*, h. e. Ordinem Splendidum *toties inrequietum* merito dixerit poeta, quia praeter graves animadversiones priores post relegationem suam denuo anno 762 verborum castigationem meruerit, de qua re cum haec scriberet, Ovidium ex amicorum litteris certiorum factum fuisse oportet. Ita *sors inrequieta* Met. 2, 386. et eandem vocem in eadem re supra habes v. 236.

543. ERGO QUAE IUVENI. *Ergo ea quae* duo Heinsiani. *quae iuvenis* Palat. prim. Put. Busl. Jun. Crev. et undecim alii. *putares* Put. man. pr.

- Scripta parum prudens, nunc nocuere seni?  
 546 Sera redundavit veteris vindicta libelli,  
 Distat et a meriti tempore poena sui.  
 Ne tamen omne meum credas opus esse remissum,  
 Saepe dedi nostrae grandia vela rati.  
 Sex ego Fastorum scripsi totidemque libellos;  
 550 Cumque suo finem mense volumen habet.  
 Idque tuo nuper scriptum sub nomine, Caesar,  
 Et tibi sacratum sors mea rupit opus.  
 Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis,  
 Quaeque gravis debet verba cothurnus habet.  
 553 Dictaque sunt nobis, quamvis manus ultima coepto  
 Defuit, in facies corpora versa novas.  
 Atque utinam revoces animum paulisper ab ira,  
 Et vacuo iubeas hinc tibi pauca legi:  
 Pauca, quibus prima surgens ab origine mundi  
 560 In tua deduxi tempora, Caesar, opus:  
 Aspicias, quantum dederis mihi pectoris ipse,

## 561. Adspicias.

544. NUNC NOCUERE SENI. sunt nocitura seni Leid. uterque. nocuere mihi Crev. Vers. 546. et admissi tempore uterque Polit. et amissi Moret. Jun. merito — suo prim. ed. poena fasti prim. Palat. Vers. 547. Non tamen Gall. Busl. Jun. Rel. et duobus. Nec Guelf. Leid. pr. et tres.

549. SEX EGO. Tres ego Auratus legebat, notante Jan. Douss., quod vehementer placèbat Schradero: nimirum, ne dolendum esset de dimidia ingeniosi operis parte amissa. Nam quod alii negant sex totidemque esse duodecim, satis id refellitur ex Fast. 6, 725:

*Iam sex et totidem luces de mense supersunt;*  
 et Ib. v. 376: *misit violentus in altum*

*Corpora cum senis altera sena rogam.*

550. VOLUMEN HABET. libellus habet Moret. Busl. Jun. Crev. et octo Heinsii. Ex Fast. 1. extr. Vers. 551. Iamque totum Palat. prim. scriptum nuper Busl. Seguer. Crev. et novem. cum nomine ed. Bonon. Vers. 553. scriptum relegare coturnis Guelf. scriptum regale Camoenis audacter, sed solito ingeniosius tentavit Francius. Cfr. de hoc versu Weichert. de Cass. Parm. p. 150. sq.

555. COEPTO. coeptis sec. Palat. et alius. coepti Serv. Vers. 560. In tua defluxit secundus Polit. deflexi unus Heinsii.

561. ASPICIES. Aspicias e solo Moreti receperat Heinsius. Aspicias Palat. uterq. Put. Gall. Serv. Busl. pr. Vatic. Guelf. Jun. Leid. prim. Rel. Berol. Seguer. Crev. et duodeviginti alii cum

Quoque favore animi teque tuosque canam.  
 Non ego mordaci destrinxi carmine quemquam,  
 Nec meus ullius crimina versus habet.  
 Candidus a salibus suffusis felle refugi;  
 Nulla venenato litera mixta ioco est.  
 → Inter tot populi, tot scripti millia nostri

565

prima et vett. nostris edd. *Aspiciens* Bern. Reliqui libri: *Aspi-*  
*res*, quod Aldus in secunda editione et Bersm. probarunt.

563. *DESTRINXI*. *distrinxi* plurimi. *distinxi* Pirckh. *destinxi*  
 v. vatic. sec. Palat. Serv. Leid. pr. Berol. *diffusi* Gall. *destrusi*  
 id. Bonon. *destraxi* cuiquam unus Heinsii.

565. *A SALIBUS SUFFUSIS*. *a nimio suff.* tres Heinsiani.  
 primo Hamburg. pr. m. et Crev. minimo emendatum in Hamburg.  
*suffusos* Pat. m. sec. Mor. exc. Voss. Jun. Leidd. Bern. Berol.  
 Crev. et quinque Heinsii.

566. *LITERA MIXTA*. *litera vincta* Barber. *iuncta* alius  
 Heinsii, unde ille: *vincta* coniiciebat, quae confusa etiam Met. 4,  
 603. et cfr. Markland. ad Stat. 2, 1, 47.

567. *TOT POPULI, TOT SCRIPTI MILLIA*. *tot populos* Bersm.  
 Bern. *tot scriptaque mill.* Palat. prim. *tot scripta millia* Palat.  
 sec. Sed vulgatam quoque tolerari non posse fuerunt, qui intelli-  
 gerent. *Scripti millia nostri* sane Burmanni tantum oscitantia igno-  
 rabat, quid esset, cfr. vs. 387, 517. Verum quid illud dicam esse:  
*Inter tot millia operum meorum mea Calliope me solum laesit?*  
 quae illa Calliope inter carmina? Correxerunt igitur varii varios in  
 modos. Tanaquilus Faber epp. 1, 37:

*Inter tot populi, tot scriptis, millia, nostris.*

sed durum in voce: *millia* hyperbaton, dure etiam illa dicuntur:  
*Calliope tot scriptis nostris*. Meibomius in epistola ad Heinsium  
 Jyll. t. 2. p. 820:

*Inter tot populi, quot scripti millia nostri;*

inconsiderate eatenus, quod carminum numerus non debuit cum  
 immensa populi Romani multitudine conferri. Burmannus:

*Inter tot populi, studii tot millia nostri;*

Behraderus in schedis autographis:

*Inter tot populi scriptorum millia nostri;*

Withofius in annot. orat. funebr. Pagenstecheri p. 67:

*Inque tuo populo, tot scriptis millibus olim.*

Fides correctiones aliam alia violentiorem, probabilem nullam. Pro-  
 bane verum tamen Tanaquilus Faber fuit, qui si una littera sibi  
 imperasset, certe effecisset, ne quis ultra ingeniosus esse voluisset.  
 ha enim legendum puto:

*Inter tot populi, tot scriptis, millia nostri;*

salva est carminis ratio, optime congruentibus hemistichiiis, cfr. 3,  
 1, 63. salva ab omni parte locutio: *scripta* saepissime libros suos  
 poeta dicit: 1, 7, 30; 5, 1, 16. *tot millia populi*, ut apud Sene-  
 am ep. 18: *multa millia servorum, multa millia pauperum*. *Cal-*  
*iope mea tot scriptis* ita dicitur, ut aptius vix possit.



Quem mea Calliope laeserit, unus ego.  
 Non igitur nostris ullum gaudere Quiritem  
 570 Auguror, at multos indoluisse malis.  
 Nec mihi credibile est quemquam insultasse iacenti;  
 Gratia candori si qua relata meo est.  
 His, precor, atque aliis possint tua numina flecti,  
 O pater, o patriae cura salusque tuae.  
 575 Non ut in Ausoniam redeam, nisi forsitan olim,  
 Cum longo poenae tempore victus eris.  
 Tutius exsiliium, pauloque quietius oro:  
 Vt par delicto sit mea poena suo.

568. QUEM MEA — UNUS EGO. *Quem sua* cod. Crev. et Francius contra sententiam. *intus ero* prim. Palatin. *unus ero* omnes libri scripti et editi praeter Serv. exc. Voss. Reland. et tres, quos cum Heinsio sequimur. Vers. 570. *ac multos* Guelf.

571. INSULTASSE meliores, h. e. Palatinus uterque, Guelf. Put. cod. Bersmanni, Gall. Moret. Serv. Leidd. decem et septem Heinsiani et nostri quatuor. Reliqui cum vett. edd.: *insultare*.

572. SI QUA RELATA. *reddita si qua* Busl. *si qua relicta* cod. Bersm. sec. Palat. Pirckh., quod Bersmannus recepit, Gruterus in schedis probabat.

577. TUTIUS — ORO. *Mitius* prim. Polit. Serv. et tertius Heinsii. *paucoque* Moret. *paulumque* Busl. Seguer. *quietius opte* unus Heinsii.

578. POENA SUO. *poena meo* Busl. Serv. a prima manu.

## LIBER TERTIVS.

## I.

**M**issus in hanc venio timide, liber exsulis, urbem.  
 Da placidam fesso, lector amice, manum:  
 Neve reformida, ne sim tibi forte pudori;

I. timidi.

## ANNOTATIO IN LIB. III.

## I.

Epistolam decimam tertiam Pirckh. numerabat, decimam quin-  
 tam Reland. Inscr.: *Pro se lectorem liber orat, pro patre regem*  
 Pirckh. Berol. *Lectorem liber alloquitur* edd. vett. septem. *Liber*  
*lectorem alloquitur* Ald.

1. VENIO TIMIDE. *timide venio* primus Polit. et duo Hein-  
 si. *timidus* Leidensis secundus et alius. *timid'* Berol. *tiandus*  
 Leid. prim. Omnes reliqui Heinsiani, nostri et vett. edd.: *timide*.  
*timidi*, quod post Heinsium editiones omnes habent, illius est cor-  
 rectio, non magis necessaria, quam Burmanni: *tandem*, vel, *tur-*  
*lus*, ex scriptura cod. Leid. pr. negligentius enotata, aut Schraderi:  
*multi*. Vulgatam rectius distinctam interpretaberis: *timide venio*,  
*apote liber exulis*. cfr. I, 1, 4:

*Infelix habitum temporis huius habe.*

*Liber exul in urbem Serv. et Bernensia.*

2. FESSO. *fasso* tres Heinsii.

3. NE SIM TIBI FORTE PUDORI. *quod sim* Pirckh. *tibi*  
*causa pudoris* Francof. tres Heinsii et noster Rel. *causa timoris*  
 Mor. pro v. scr. et alius. *causa doloris* Busl. et alter. *coloris*  
 Bernensis.

- Nullus in hac charta versus amare docet.  
 6 Haec domini fortuna mei est, ut debeat illam  
 Infelix nullis dissimulare iocis.  
 Id quoque, quod viridi quondam male lusit in aevum  
 Hei nimium sero damnat et odit opus.  
 Inspice, quid portem: nihil hic, nisi triste videbis,  
 10 Carmine temporibus conveniente suis.  
 Clauda quod alterno subsidant carmina versu:  
 Vel pedis hoc ratio, vel via longa facit.  
 Quod neque sum cedro flavus, nec pumice levis:  
 Erubui domino cultior esse meo.  
 15 Litera suffusas quod habet maculosa lituras:  
 Laesit opus lacrimis ipse poeta suum.  
 Si qua videbuntur casu non dicta Latine;  
 In qua scribebat, barbara terra fuit.

5. Nec. 6. ullis.

5, 6. HAEC DOMINI — INFELIX NULLIS. Sic codd. et vetusti Palat. primus, Guelf. Francof. Bersmanni et praeter haec Gall. Moreti, Jun. Leid. prim. Berol. et Crev.; multi praeter alterum utrum, *Haec vel nullis*. Librorum fides potior est elegantiae specie, quam altera librorum scriptura: Nec — prae se fert; quoniam Heinsius utramque coniungere infeliciter tavit ita: *Haec domini fortuna mei est, ne debeat illum Infelix ullis* etc.

Et cfr. 1, 9, 37:

*Hic status, haec rerum nunc est fortuna mearum,  
 Debeat ut lacrimis nullus adesse modus.*

9. INSPICE. *Aspice* vett. edd. omnes.

11. SUBSIDUNT. *subsidant* eadem omnes nostrae et multae anteriores. Vers. seq. *haec ratio* Francof. Bersm. Putean. Senar. Jun. Bern. Berol. Rel. *ratio est* Busl. Jun.

13. FLAVUS. *fulvus* Palat. prim. Guelf. Palat. sec. Leid. uterque, Gall. tres alii. *comptus* duo. *flavus cedro* Serv. Crev. *lenis* Palat. prim. Vers. 16. *Levis* Francius suadebat. *suis* Busl. Seguer. Rel.

17. LATINE. *latino* Guelferb. Bersm. Putean. Gall. Senar. Busl. Pirckh. Berol. Rel. Crev. et novem Heinsiani; idem ab antiqua manu superscriptum in Seguer. erat et ita vett. edd. In Guelf. antiqua manu additum: *pro latino*.

18. SCRIBEBAT. *scribebam* Strozzae, *scribebar* Hugoniam et Rel. liber.

dicite, lectores, si non grave, qua sit eundum,  
 Quasque petam sedes hospes in Vrbe liber. 20  
 Haec ubi sum furtim lingua titubante locutus,  
 Qui mihi monstraret, vix fuit unus, iter.  
 Tibi dent, nostro quod non tribuere poetae,  
 Molliter in patria vivere posse tua.  
 Huc age: namque sequar, quamvis terraque marique 25  
 Longinquo referam lassus ab orbe pedem.  
 Paruit; et ducens, haec sunt fora Caesaris, inquit:  
 Haec est a sacris quae via nomen habet:  
 Hic locus est Vestae, qui Pallada servat et ignem:

1. lingua furtim. 23. parenti 25. sequor. 29. focus.

19. quA. quo Palat. sec. Bersm. Francof. Pirckh. et quin-  
 Heinsiani cum ed. Bonon.

21. UBI SUM FURTIM LINGUA. tibi sum Palat. prim. lin-  
 furtim ex solo Busl. ne admonito quidem lectore edidit Hein-  
 Reliqui, quotquot innotuerunt, cum edd. vett. eo ordine,  
 quem sequimur. Vers. seq. monstrasset Leid. uterque.

23. POETAE. Sic omnes libri veteres praeter tres nescio  
 nos, qui pro var. scr.: parenti, repetitum scilicet ex v. 57.

25. SEQUAR. Sic iterum omnes libri scripti et editi praeter  
 eum Heinsii, qui: sequor. Coniunctivus autem cur potior sit, se-  
 nentia ostendunt, quamvis *duc sequor* pro formula quadam saepe  
 si recte Heinsius notaverit ad Fast. 4, 525. *nempe sequar* Gall.  
 que sequar Bern. Vers. seq. Longinquum Leid. uterque. Vers.  
 Haec a Caesaris ed. prim. Heins.

29. LOCUS EST. Burmannus ex solo Herculani codice pro  
 legato hoc omnium librorum edidit: *focus est*, quod non oportuit aut  
 riticum, aut linguae latinae veterisve historiae peritum. Nam hoc  
 te non dici: *focus Palladium et ignem servat*, Schraderus vidit.  
 sed vero ipsum, quod Burmannus notavit, *focum Vestae* proprie  
 si de eius deae sacrario, efficit, ne hoc loco ita scripsisse Ovi-  
 tum existimemus. Nimirum ipsa Vesta viginti fere annis antequam  
 nec scriberentur ex regione Urbis octava, qua de loquitur poeta,  
 decimam ipsumque Palatium migraverat. Iste iam *focus Vestae*  
 sit. Cfr. Virg. Georg. 1, 498. Ovid. Fast. 4, 949. 6, 455.  
 antiquo eius sacello *locus* tantum restabat, quo olim culta fue-  
 rat, cfr. Fast. 2, 280:

*Hic, ubi nunc Urbe est, tunc locus urbis erat.*

Fast. 8, 805: *Ventris erat pro ventre locus.*

sed ille tamen *locus* et ignem sacrum et Vestales suas habebat,  
 Fast. Foggium ad Verrii Flacci Fastos p. 70. Palladium illic reman-  
 sisse ex Herodiani lib. 1, 14, 4. cognosces, ubi in incendio  
 principatu Commodi illud potissimum ex flagrante Vestae aede ere-  
 tum per sacram viam in Palatium delatum narratur.

- 30 Hic fuit antiqui regia parva Numae.  
 Inde petens dextram, porta est, ait, ista Palati:  
 Hic Stator: hoc primum condita Roma loco est.  
 Singula dum miror, video fulgentibus armis.  
 Conspicuos postes, tectaque digna deo.  
 35 Et Jovis haec, dixi, domus est? quod ut esse putarem  
 Augurium menti querna corona dabat.  
 Cuius ut accepi dominum, non fallimur, inquam,  
 Et magni verum est hanc Jovis esse domum.  
 Cur tamen apposita velatur ianua lauro,  
 40 Cingit et augustas arbor opaca comas?

35. An. 40. fores.

30. HIC EX PALAT. PRIM. Guelferb. Putean. Reg. Busl. Jun. Leid. prim. Berol. Rel. octo Heins. prim. ed. et nostris vett. Reliqui libri: *Haec*.

32. STATOR. Omnes codd.: *sator* praeter Combii, Herculei et unum Politiani librum, qui: *Stator*, in postremo forsitan per coniectura adscriptum exhibebant. Idem ante Heinsium assecutus fuerat J. F. Gronovius. *hic primum* quidam Heinsiani et nostri *Roma fuit* unus ab illis diversus. *est* paucissimi et minimae auctoritatis omittunt.

35. ET IOVIS HAEC ETC. Palatinus primus: *En iocus haec dixi Jovis est*. Guelferhytanus: *Et iovis est dixi domus hoc*. Eodem modo reliqui libri ordinem variant: *Et domus haec dixi Jovis est* prim. Vatic. et duo alii, Bern. *Et domus est dixi Jovis* Busl. Jun. *En domus haec dixi Jovis est* vett. edd. omnes. Reliqui codd. fere cum Francof.: *Et Jovis haec dixi domus est*. *bet*, quo se commendat prioris classis scriptura: voci *Jovis* momentum additur, quod convenit. Sed in prima versus vocula mutandum esse videtur. Nam *Et* nihil offensivum habet, cfr. H. 9, 149: *Et quid adhuc habeo facti, cur Herculis uxor etc*, *En*, quod praeter modo recensitos Pirckh. exhibebat, sensu carum An. librorum auctoritate. Solus Herculani id habebat, cui libro Heinsius, qui olim in schedis adscripserat: forte, *Haec dixi Jovis domus* vel, *An dixi Jovis ista domus*, unde sua Burmannus derivavit, postea diffusus esse videtur. Vers. seq. *corona de* Reg. prim. ed. duo Heins.

37. ACCEPI DOMINUM. *accepi* Palat. prim. *numen* secundus teste Heinsio, *numerus* vero Jano Grutero, qui illum contulit.

39. APPOSITA EX JUN. Leid. prim. exc. Voss. Gall. M. septemdecim aliis et prima editione recepit Heinsius; accedunt octo stri codd. et vett. edd. omnes. Reliqui libri: *opposita*, quod et abiciendum sit, ex Heinsii et Loersii notis ad Her. 7, 100., et ex iis, quae ad versum sequentem dicemus, facile apparebit. Heinsius etiam adscripserat: *f. vallatur*.

40. OPACA COMAS. Discedunt codices in partes. Palatinus

primus, Regius, Moreti, Bualdianus, Herculani, aliquot Ciofani et quinque Heinsii cum nostro Berolinensi: *opaca fores*. Contra Guelferbytanus et reliqui omnes Heinsii et nostri libri, etiam impressi veteres: *opaca comas*. Huc adde Pirckh. et alium cum ed. Bonon., qui: *domos* et unum Heinsianum, qui: *domus* exhibebant. ubi ubique sola librorum auctoritate res gerenda esset, Palatino, ut tibi saepissime, obtemperaremus. Verum nonnunquam penitus de discrepantiae sunt excutiendae. Accedit, quod ea scriptura, quam codd. interpolationis suspecti exhibent, ab editoribus ad hunc diem omnibus, Naugerio, Ciofano, Jac. Rovero, Heinsio, relinquitur, ideo posthabita est, quia intellectu difficilis, certe altera illa perspicua esset. Num igitur qui interpolaverunt obscuritatem operati sunt? Num scripturam excogitare illos potuisse putemus domum, quam pro intellectu tot ingeniosorum hominum? Nam *Augustae comae* sensu nequaquam carent: *comae* quid docet Ruell. I, 115, 16: *seniumque sarati*

*Verticis in virides, Roma, recingit comas.*

*Augusta* proprie dici, quae ad *Jovem* pertinent, patet ex Fast. I, 16: *Hic (Augustus) socium cum Jove nomen habet*; eo enim Idibus, Ioviali die, illud nomen in Augustum collatum erat. Porro *quercum* in Iovis tutela esse ex ipsius huius elegiae 35, 36, Phaedr. 3, 17, 2, Serv. ad Virg. Ecl. 1, 17; 7, 24. constat. Iam si nihil impedit, quominus *augustas comas* de corona quercina ex quernis foliis, quae foribus Palatinae domus affixa erat, colligamus, quae sit *arbor opaca*, quernae coronae circumdata, loquitur indicat Met. 1, 562:

*Postibus Augustis eadem fidissima custos*

*Ante fores stabis mediamque tuebere quercum.*

illo autem, ex nostro, tum e Fastorum loco 4, 953. et Dionisii verbis 53, 16: *τὸ τὰς δάφνας πρὸ τῶν βασιλείων προτίθειν*, quomodo vestibulum Caesareae domus lauro decorata erat, tibi informabis, si viva ea arbore fuerit, quod Fastorum locus minime solus evincit: potest enim illic indicari simul illud, quo Servius ad Aen. 6, 230. *Opacam* dicit laurum, quia frondem imper indeciduam habet: quemadmodum *siccam arcton* alibi, quia equam occidit. Aut enim illud adiectivum apud alios quoque, Met. Fl. 3, 533, Sen. Herc. fur. 689. ita intelligendum est, aut si non est Ovidius, eadem certe metalepseos (Charis. l. 4. p. 244.) praedixit *umbrosum Haemum* Her. 2, 113, Virgilius Ecl. 9, 20: *di fontes induceret umbra*, Georg. 1, 156: *ruris opaci Falce mens umbras*, 342: *densaeque in montibus umbrae*, ubi vid. Serv. et Aen. 1, 165. Cfr. Fest. s. v. *Umbræ*. Hactenus pro veteri scriptura militavimus. Illa, quam impense omnes probaverunt: *arbor opaca fores*, cur suspecta sit, et unde in libros adeoque primum latinum irrepserit, monstrandum est. Adscripserant librarii non recte versus Fastorum I, 614:

*Protegat et vestros querna corona fores.*

et in tres Heinsii codd. et primam eius editionem: *querna corona arbor opaca*, in illos vero, quos supra recensuimus, libros:

- An quia perpetuos meruit domus ista triumphos?  
 An quia Leucadio semper amata deo est?  
 Ipsane quod festa est, an quod facit omnia festa?  
 Quam tribuit terris, pacis an ista nota est?  
 45 Utque viret semper laurus, nec fronde caduca  
 Carpitur, aeternum sic habet illa decus?  
 Causa superpositae scripto testata coronae  
 Servatos cives indicat huius ope.  
 Adiice servatis unum, Pater optime, civem,  
 50 Qui procul extremo pulsus in orbe latet:  
 In quo poenarum, quas se meruisse fatetur,  
 Non facinus caussam, sed suus error habet.  
 Me miserum, vereorque locum, vereorque potentem,  
 41. Num — domus uba. 50. iacet. 53. vereorque — v-  
 nerorque.

*fores* eodem a librariis consilio, quo postea ab editoribus, admissum est, ne de intellectu laborandum esset.

41. AN QUIA. Num ex codd. pr. Vatic. pr. Polit. sec. Palat. Jun. Serv. et novem aliis cum prima editione, quibus nostris Guelferb. accedit, recepisse videtur Heinsius, quia v. 35. An protulisset. Palatinus primus cum ingenti reliquorum numero: An, tantum Heinsiani Putean. Gall. et duo, nostri Berolinensis et Reland. decedunt: Non exhibentes. Vid. Hand. Turs. 1. p. 355, 18. Cic. in Verr. 3, 80, §. 186. *domus unu* Burmanni levitas utroque Leid. arripuerat: idem Puteaneum nominat pro Regio.

42. LEUCADIO — DEO EST. *leudio* Palat. prim. est in versus addidimus idoneis auctoribus Palatino primo, Guelferb. Putean. Francof. Palat. sec. Regio, Busl. Jun. Leid. pr. Bern. Rol. Crev. prim. ed. et veteribus nostris omnibus: Vers. seq. *festa* Guelf. est omittit Palat. prim.

45. SEMPER LAURUS. *laurus semper* Palat. prim. cum quot Heinsii et nostris. Vers. seq. *aeterno* Palat. prim. Pater et quidam peiores. Relandinus a pr. m.: *aeternum sic viret domus*.

47. SCRIPTO TESTATA. Palatinus primus cum viginti duobus libris, quos enumerare non attinet, tum vet. edd. omnibus *scripto testante*, quod intelligi vix satis potest. *testata* omnes reliqui habuerunt, quorum Heinsiani nominantur Gallicus, Palat. Francof. Polit. uterque, nostri Guelf. Bern. Crev.

50. LATET. *iacet* Heinsius e primo Politiani, Moreti et quae aliis codd. recepit, quibus accedit noster Berolinensis. Ex his septem ab illo excitatis unum detraho, Pont. 1, 8, 8., alio oppono lb. v. 12. Vers. seq. *In qua* Palat. prim.

53. VEREORQUE LOCUM, VEREORQUE POTENTEM. *ovos*

Et quatitur trepido litera nostra metu:  
Aspicis exsanguis chartam pallere colore?

55

Aspicis alternos intremuisse pedes?  
Quandocunque, precor, nostro placata parenti  
Isdera sub dominis aspiciare domus.

Inde tenore pari gradibus sublimia celsis

Ducor ad intonsi candida templa dei:  
Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis

60

que — venerorque ab Heinsio editum est ex uno Vaticano. *venerorque* — *venerorque* Servii, pr. Polit. sec. Palat. et tres alii. Reliqui omnes libri, Palatino primo et Guelf. ducibus, id, quod expressimus, tuentur. Cur retinuerimus, causa est, quia reliqua etiam sanissima censemus, neque aut ex Naugerii quibusdam, Herculani et uno Vaticano, nostroque Berolinensi: *parentem*, aut ex Heinsii coniectura: *penates* corrigi facile pateremur. Ex usu loquendi minime infrequenti ad: *potentem* subaudies: *loci*. Sic apud Statium Silv. 1, 1, 90: *Tantum dicat equos, quantum distare regentes, ad regentes* accusativum repete: *illos*, quod vulgatissimum est genus. Apud Horatium in epistola ad Tibullum:

*Di tibi divitias dederunt artemque fruendi,*

ablativum intelliges: *fruendi* iis. Apud ipsum Ovidium Pont. 4, 8, 71: *Sed dare materiam nobis, quam carmina, maius,*

eodem prorsus, quo hic, modo genitivum cogitatione supplebis: *materiam carminum*: aliter enim sententia non procedit. Iam vero in his tribus exemplis unum verbum duobus substantivis iunctum vides; quo fit, ut hoc etiam loco idem: *veneror* repeti malimus, quam duobus diversis perpetuam quasi orationis iuncturam interpellari. *potens loci* ut *potens maris* Hor. od. 1, 5, 15, 16. *Janus utriusque ianuæ coelestis potens* Macrob. Sat. 1, 1. vid. Kopp. ad Mart. Cap. p. 231.

54. QUATITUR TREPIDO. *queritur* Palat. prim. duo Heins. et Berol. *rapido* Guelferb. pr. Vatic. uterque Polit. sec. Palat. Putean. Francof. Gall. Serv. Busl. Pirckh. Leid. uterque, Jun. Seppier. Crev. duodecim Heinsii et ed. Bonon., unde Heinsius: *palato* coniciebat in schedis, postea in codice quodam inventum. Vers. seq. *exiguo* — *cruore* Palat. prim. Alii vulgares: *rubore*, *timore*, *tremore*, *rigore*, quas scripturas perperam ad v. 59. Burmannus distulit.

57. PLACATA. Palatinus primus, Guelferb. et duo Heinsii: *placare*, Puteaneus, Regius, secundus Palat. et duo: *placere*. Adeo ipsi vetustiores libri fidem interdum fallunt, deteriorum invidetur annona. Vers. seq. *Isdem* Palat. pr. *Hisdem* Guelf.

59. TENORE PARI. *timore* Palat. prim. cum tribus aliis, qui etiam: *gravi*. Franciana est coniectura: *tremore*, Bothiana, Vindic. p. 7.: *gradibus longis*.



- Belides et stricto barbarus ense pater,  
 Quaeque viri docto veteres cepere novique  
 Pectore, lecturis inspicienda patent.  
 65 Quaerebam fratres, exceptis scilicet illis,  
 Quos suus optaret non genuisse parens.  
 Quaerentem frustra custos e sedibus illis  
 Praepositus sancto iussit abire loco.  
 Altera templa peto, vicino iuncta theatro:  
 70 Haec quoque erant pedibus non adeunda meis.  
 Nec me, quae doctis patuerunt prima libellis,  
 Atria Libertas tangere passa sua est.  
 In genus auctoris miseri fortuna redundat,  
 Et patimur nati, quam tulit ipse, fugam.  
 75 Forsitan et nobis olim minus asper, et illi  
 Evictus longo tempore Caesar erit.  
 Di, precor, atque adeo, neque enim mihi turba re-  
 ganda est,  
 Caesar, ades voto, maxime dive, meo.

67. me sedibus.

62. BARBARUS Palat. prim. Guelferb. et optimi quique  
 servant. Correctio Itolorum est, quod pr. Polit. sec. Palat. Bonon.  
 Jun. et novem Heinsiani cum prim. ed. et veteribus nostris praeter  
 Bonon. ostendunt: *stat ferus*.

63. CEPERE. Sic Guelferb. Polit. uterque, Palat. sec. Leu-  
 uterque, Francof. Jun. Pirckh. Reg. Put. Gall. Mor. Serv. Bonon.  
 Bern. Berol. Rel. cum septemdecim aliis et prima editione. Voss.  
 Gronov. Obs. 2, 3. Palatinus pr. tamen cum reliquis utriusque  
 artificii libris: *fecere*. Cfr. 1, 1, 45. Nolim hanc rem diiudicare.

66. OPTARET. *optarat* Palat. prim. et duo libri. *parat*  
 ex utroque Palatin. utroque Politiani et sex aliis cum vett. et  
 omnibus edidit Heinsius. Accedunt Berol. Crev. Guelf. tamen  
 reliquis: *pater*.

67. CUSTOS E SEDIBUS ILLIS. Quam scripturam damus  
 brorum et vett. edd. est omnium, nisi quod: *desidibus* Pirckh.,  
*sedibus* Segner., *a sedibus* Relandinus. *me sedibus* correctio  
 Heinsii, quam damnemus oportet, cum ad vivum haec reserantur.  
 Nam *e sedibus abire* aptius liber dicitur, quam *custos sedibus*  
 brorum, v. 20.) *praepositus*. Et rursus *sancto loco* melius convenit  
*custos*, quam severa repulsa supplicum; nam *nullas summovet*  
*manus*. illos editiones veteres praeter Bonon. Vers. seq. ad  
 Palat. prim. Vers. 76. *eris* Regius pro v. scr.

77. DI, PRECOR. *De precor* levi errore, ut fit, Guelf.  
 Putean. Francof. et sedecim alii cum prima editione. Hinc

Interea, quoniam statio miki publicâ clausa est, 80  
 Privata liceat delituisse loco.  
 Vos quoque, si fas est, confusa pudore repulsae  
 Sumite plebeiae carmina nostra manus.

## II.

Ergo erat in fatiſ Scythiam quoque visere nostris,  
 Quaeque Lycaonio terra sub axe iacet?  
 Nec vos, Pierides, nec stirps Latonia, vestro  
 Docta sacerdoti turba tulistis opem?

79. statio quoniam. 3. Latoia.

Palatinus prim. novem Heinsiani et ed. Bononiensis. No-  
 stri codd. omnes in has mendas discedunt. Singulos recensere  
 non attinet.

79. INTEREA, QUONIAM STATIO. *Intranti* Putean. et duo.  
*statio quoniam* Heinsio placuit inventum in libris vulgaris notae  
 Gall. Mor. Pirckh. Leid. utroque, Jun., quibus Bern. Seguer. Rel.  
 accedunt. Palatinus, Guelferb. et reliqui omnes inverso ordine,  
 quem efficaciorē revera esse iam aliquoties annotavimus. Vers.  
 neq. *delituisse* Guelferb. Vers. 81. *repulso* Palatinus prim. et  
 Guelferb. Vers. 82. *plebes* Berol. *Phebeias* Serv. *Phaebeas*  
 prim. ed. Heinsii.

## II.

Cohaeret superiori in Palat. prim. Putean. Francof. Pirckh.  
 Serv. Busl. Berol. prima editione et Bonon. In Francof. in mar-  
 gine erat additum: *Ad Musas. Vel hoc continuatur ad praece-*  
*ptens, ut sit una epistola et modo victus* (leg.: modo Ovidius) *lo-*  
*quitur, postquam liber suus fuit locutus.* Inſcribitur in Aldina  
 prima: *Queritur se in exilium missum.* In reliquis libris separatur  
 sine inscriptione. Primum distichon abest in Serviano.

1. SCYTHIAM QUOQUE VISERE. *scythiamque* Guelf. *inſers*  
 Palat. prim.

3. LATONIA. *Latoia* Heinsius sibi videbatur pro consuetu-  
 dine Ovidiana correxisse. Verum neque lib. 5, 1, 57. codd. a  
 Romana forma: *Latoniis* discedunt, et hoc in loco Heinsium fal-  
 sum esse video in duobus ex quatuor, quos laudat, codd. numero,  
 Moret. et Serv., qui: *Latoia* habebant: de reliquis duobus nihil  
 constat. Omnes igitur codd. praeter duos, de quibus incerta

- 5 Nec mihi quod lusi vero sine crimine prodest,  
 Quodque magis vita Musa iocosa mea est?  
 Plurima sed pelago terraque pericula passum  
 Vstus ab assiduo frigore Pontus habet.  
 Quique fugax rerum securaque in otia natus  
 10 Mollis et impatiens ante laboris eram,  
 Ultima nunc patior, nec me mare portubus orbem  
 Perdere, diversae nec potuere viae.  
 Suffecitque malis animus; nam corpus ab illo  
 Accepit vires, vixque ferenda tulit.  
 15 Dum tamen et ventis dubius iactabar et undis,  
 Fallebat curas aegraque corda labor.  
 Vt via finita est, et opus requievit eundi,  
 Et poenae tellus est mihi tacta meae;

omnia, et Regium, qui: *Latoica*, vett. item edd. omnes id tuentur, quod revocavimus. *nec tu Latois Francius, nostro Guelf.*

5. VERO SINE CRIMINE, Regius pro var. scr.: *carmen sine crimine*. Bernensis: *verbo sine cr.* Hinc Burmannus coniecturam; *versus sine crimine* non potuit reticere. Capillum, puto, promississet; hariolum sese iactavisset, si Berolinensem librum vidisset, qui a pr. m.: *quod lusi nunc sum sine cr.*, quod per compendia exaratum, uti extat, proxime abest a: *versum sine cr.*, sed quam longissime ab elegantia Ovidiana. *versu sine cr.* ex isto olim suo codice Santenius coniciebat. *predest* Palat. prim.

6. VITA. *visa* Reg. Put. Mor. Jun. Leid. prim. Francof. (omisso in fine *est*), duodecim alii et prim. ed. Glossator cod. Leid. tamen adscriperat: *Inde illud: Vita verecunda est, Musa iocosa mea. viso* et deinde correctum: *iusto* in Berolinensi extabat. *visa est Musa* praeterea, deleto in fine *est*, Palatinus uterque, Berns. Gall. Serv. Busl. Pirckh. Leid. sec. Bern. Rel. et duo ignoti. *Musa visa* Crev. *Musa est visa* vett. edd. omnes. *iocata* prim. Vatic. *iocasa* Guelferb.

8. USTUS. *Vinctus* Richel. Pirckh. et alius cum ed. Bonon. *Iunctus* Jun. Utrumque ex Pont. 3, 1, 15. repetitum, notante in libro suo Gronovio patre. Vers. 14. *nec patienda tulit* Moret. et alius Heinsii.

15. ET VENTIS. *et terris* Guelferb. Putean. Regius, Gall. Serv. Palat. sec. Leid. uterque, exc. Voss. Jun. Bern. Rel. et sedecim Heinsiani cum prim. ed. *et ternis* uterque Politiani. *et terra* Moret. cum duobus. *inventis dubius* Busl. Sensus et codd. Palatinus primus cum reliquis et vett. edd. illud satis tuentur, quod exhibemus. Vers. seq. *dolor pro: labor* Palat. prim. Jun. et quatuor. Vers. 18. *facta* vett. edd. praeter Bononiensem.

Nil nisi flere libet, nec nostro parciior imber  
 Lumine, de verna quam nive manat aqua. 20  
 Roma domusque subit, desideriumque locorum,  
 Quidquid et amissa restat in urbe mei.  
 Hei mihi, quod toties nostri pulsata sepulcri  
 Ianua, sed nullo tempore aperta fuit!  
 Cur ego tot gladios fugi, totiesque minata 25  
 Obruit infelix nulla procella caput?  
 Di, quos experior nimium constanter iniquos,  
 Participes irae quos deus unus habet:  
 Exstimulate, precor, cessantia fata, meique  
 Interitus clausas esse vetate fores.

---

23. nostri toties.

19. LIBET. *licet* Putean. Palat. sec. Bersm. Berol. Rel. Crev. *vocat* Hafniensis.

20. DE VERNA QUAM ex Palat. prim. Guelf. Putean. Gall. Francof. Mor. Jun. Leid. prim. Seguer. Berol. decem et septem aliis. *de verna quae* Palat. sec. Reg. Serv. Pirckh. prim. ed. et vett. nostrae octo. Reliqui codices, ed. Aldi et pleraequè ante Heinsium: *quam verna de.*

22. MEI. *mihî duo. mea* Guelf. a sec. m.

23. HEI MIHI, QUOD TOTIES NOSTRI. *Ei* Putean. Guelferb. Idem a sec. m. cum multis: *Heu. totiens nostri* omnium paene codd. et vett. edd. ex unius Medicei auctoritate in: *nostri toties* notavit Heinsius. Magis pro nostro, quam quo ipse alibi usus, iudicio et addicente cod. Berol., fortassis etiam Bern. Nondum tamen liquet.

24. SED NULLO. *sub nullo* Palat. sec. et Guelferb. a pr. m. sed ab eadem correctum. *sub titulo* Leid. pr. *sed titulo secundus. aperta fuit, vel, subit, vel, premit* Regius.

28. QUOS DEUS Palat. prim. Guelferb. et Putean.; quorum sufficit auctoritas, ne viginti sex alios enumeremus, qui idem tuentur. Reliquus tamen numerus cum prima ed. et vett. nostris: *quam deus.*

30. EXSTIMULATE. *Extenuate* Palatin. pr. *Exstimulare* Guelferb.

---

## III.

- H**aec, mea si casu miraris, epistola quare  
 Alterius digitis scripta sit: aeger eram:  
 Aeger in extremis ignoti partibus orbis  
 Incertusque meae paene salutis eram.  
 5. Quid mihi nunc animi dira regione iacenti  
 Inter Sauromatas esse Getasque putas?  
 Nec coelum patior, nec aquis assuevimus istis,  
 Terraque nescio quo non placet ipsa modo.  
 Non domus apta satis, non hic cibus utilis aegro,  
 10 Nullus, Apollinea qui levet arte malum.

6. putes. 7. patimur.

## III.

Epistolam decimam quartam numerat Pirckh. Inscr. *Quos patitur casus hic narrat Naso fugatus* Pirckh, Berol. *De suis adversitatibus* Berol. *Ad uxorem Putean.* Francof. *Ad uxorem, quod aeger esset* Ald. *Ad uxorem, quod aegrotus esset* septem vett. edd. Nescio an unus Heinsii superiori adiunxerit.

1. **SI CASU.** *si coniunx* Busl. et sex codd. cum vett. edd. sed Ald. pr.: *coniunx. quare m. e. casu* unus Heinsii. Vers. 4. nescio quo nomine suspectus erat Heinsio. *aeger eram* Ovidianum esse negabat Jo. Schraderus.

5. **QUID MIHI NUNC ANIMI ETC.** Ita hunc versum concipiebant Leid. uterque, Berol. Rel. et Crev., nisi quod Leidenses: *dura* et Berol.: *tunc a. d. r. latenti.* Palat. prim. Guelferb. cum reliquis: *Quem mihi nunc animum*, praeter Jun. et Francof., qui cum prima et vett. nostris edd.: *Quem mihi tunc animum. dura regione* Palat. pr. Gall. Pirckh. Seguier. et quinque. Edd. vett.: *dura in regione.*

6. **PUTAS.** *putes* Leidenses, Jun. Gall. Mor. Berol. Rel. Crev. et octo.

7. **PATIOR** omnes codd. et vett. edd. praeter unum Heinsianum, qui: *patimur*. Frequentissima numeri ista inaequalitas est apud poetas, notissima etiam librorum ista vulgaria sectantium libido, vid. de utraque re ed. Burm. ad Ibin, v. 5. *illis* Palatin. pr.

8. **IPSA.** *ista* Reg. Gall. Serv. Jun. Bern. Berol. Rel. Crev. undeviginti Heinsii et vett. edd. omnes.

9. **APTA SATIS.** *ampla satis* Moreti. *ipsa satis* Guelferb. *satis et non cibus* Pirckh., quo abuti Francius potuisset pro mala coniectura, quam adscripserat: *non est cibus.*

10. **MALUM.** In vett. edd. et omnibus, puto, ante Heinsium addebatur: *est*, quod ille secundum Pal. pr. et viginti quatuor codd.

Non qui soletur, non qui labentia tarde  
 Tempora narrando fallat, amicus adest.  
 Lassus in extremis iaceo populisque locisque,  
 Et subit affecto nunc mihi, quidquid abest. 16  
 Omnia cum subeant, vincis tamen omnia, coniux,  
 Et plus in nostro pectore parte tenes.  
 Te loquor absentem, te vox mea nominat unam:  
 Nulla venit sine te nox mihi, nulla dies.  
 Quin etiam sic me dicunt aliena locutum,  
 Vt foret amentis nomen in ore tuum. 20  
 Si iam deficiam, suppressaque lingua palato

20. amenti. 21. deficiat suppresso.

delevit. Ignorat etiam Guelferb. et nostri, quos solemus appellare, quinque. Vers. seq. qui solatur Serv., unde Heinsius coniciebat: *consolator*.

13. LASSUS. *Lapsus Palat.* sec. pr. Vatic. exc. Voss. Se-guer. Crev. Bersm. et quatuor Heinsii. *Laesus Jun. Reg. Pat. Busl.* et duo. *Solus Bernensis.* *externis* volebat Santenius, quia versu 3. *extremis* praecessisset; non audio. Duodenis versibus compositis ter quasi lassus subsistens versu 13. ad vers. 3., versu 25. ad vers. 4., versu 37. ad vers. 5. recurrit.

14. AFFECTO, quod verum esse apparet, in libris compluribus Nangerius et Heinsius pater aiunt invenisse. Nicolaus in uno tantum, et in altero: *afflicto.* *affectum* sec. Palat. et Crev. Guelf. et nostri omnes cum vett. edd. vulgatum: *affectu* servant. Passeratus ad Propert. p. 361. et J. Gruterus in schedis autographis *affecto* probaverant. *sic mihi Francius.* Vers. seq. *Omnia si subeant Guelferb. vinces Francof.*

16. PARTE TENES. *partis habes Reg. Busl. Pirckh. Leid. uterque, Jud. prima ed. et quatuor. tenes pro v. scr. Reg. caru tenes Bersm. sex Heinsii, Rel. et Berol.,* quorum illi omnis varians scriptura, huic vera adscripta erat, quam Palatinus pr. Guelferb. Francof. et vett. edd. tuentur, probat Zinzerling. Prom. Crit. p. 168. Vers. seq. *vox et mea Francof. Vers. 18. Seguerianus: Nulla mihi sine te nox venit nulla dies* et in margine: *Nulla dies sine te nox mihi nulla venit.* Discet hinc aliquis, qui nescit, quo modo in transponendis verbis rem gesserint librarii.

20. AMENTIS. Hoc, quod in libris et edd. vett. extat, Heinsius correxit ex primo Vatic., ubi: *amenti* legebatur. Potest satis emendata videri vulgata, et probabat certe, sat scio, non propter librorum consensum, Petrus Francius. Vaticano tamen suffragatur Guelferb., in quo: *amenti* addita superne s ab eadem quidem manu, sed, ut apparebat, timida et haesitabunda, legebatur.

21. DEFICIAM, SUPPRESSAQUE LINGUA. Sic libri omnes praeter unam. Heinsius corrigebat satis audacter: *deficiat sup-*

Vix instillate restituenda mero;  
 Nuntiet huc aliquis dominam venisse: resurgam,  
 Spesque tui nobis caussa vigoris erit.  
 25 Ergo ego sum vitae dubius: tu forsitan illic  
 Ipcundum nostri nescia tempus agis?  
 Non agis, affirmo: liquet hoc, carissima, nobis  
 Tempus agi sine me non nisi triste tibi.

27. o cariss.

*presso* etc. Editores omnes receperunt in ordinem, tanquam praestaret Heinsium non intelligere, quam Ovidium. Burmannus quod res est, fatetur, sed coniectat, quod tum denique excusationem haberet, si Heinsiana emendatio in codd. extaret: *sub fesso lingua palato*; ac miror hoc placere potuisse Schradero in schedis autographis: nusquam enim de fesso palato me legere memini. Vulgata scriptura nihil habet, quod offendere possit. *palato* dativus est: *lingua* h. e. vox, loquela restituitur palato. Cfr. Her. 15, 111: *Et lacrimae deerant oculis et verba palato*; *suppressa vox* legitur Met. 5, 193. cfr. ib. 1, 715. Hoc in loco ita intellige, ut *semesam et tenuem atque elisum ieiunio vocem Seneca rhetor dixit* Controv. 1, 1. p. 80. Gron. cfr. Sen. ad Aea. 7, 533. Restat igitur verbi ellipsis coniunctivo modo subaudiendi. Verum talia occurrunt Fast. 1, 248:

— *patiens cum terra deorum*

*Esset, et humanis numina mixta locis;*

Met. 10, 651: *Docuique, quis usus in illis*; cfr. 14, 2.

Propert. 1, 8, 27:

*Quamvis magna daret, quamvis maiora daturus,*

*Non tamen illa meos fugit avara sinus.*

Certe hanc molestiam ne tum quidem subterfugies, si, quae olim mea fuit sententia, cum cod. Berolinensi legas: *supremaque lingua coll. infr. v. 87.*, ubi idem Berol. et Guelf., uti hic semper, *supremo*, Met. 8, 521; 11, 547; Her. 2, 97.

23. NUNTIET. Nunciat Palatin. prim. Jun. et Berol. hic Bersmanni, Pirckh. Jun. et quinque. huic Leidensis prim. hinc secundus.

25. ERGO EGO SUM. *Dumque ego sum* Putean. Gall. Mor. Bern. Rel. Guelferb. m. sec. in vulgata erasa et duodecim cum vet. edd. *Dum quoque sum* Jun. *Hic ego sum* Pirckh. *En ego sum* Crev. *dubius vitas* Serv. Busl. Leid. uterque, Pirckh. Bern. *dub. cum tu fors.* Rub. Vic. *sic forsitan* Francof. Postremo libri aequo utrinque numero, editionum quoque ab altera parte Rubeana et quae illam e vestigio sequuntur, ab altera Bononiensi stante: *illio et istic*, sed illud fide Palatini primi, Guelferb. et Putean., quoniam reliquos praestantiores Heinsius reticuit, exhibemus. Vers. seq. *Jocundum* Guelferb.. *Jocunde* Berol.

27. LIQUET HOC, CARISSIMA. o carissima ex Palatino sec.

Si tamen implevit mea sors quos debuit, annos,  
 Et mihi vivendi tam cito finis adest: 80  
 Quantum erat, o magni, morituro parcere, divi;  
 Ut saltem patria contumularer humo!  
 Vel poena in tempus mortis dilata fuisset,  
 Vel praecepisset mors properata fugam.  
 Integer hanc potui nuper bene reddere lucem; 85  
 Exsul ut occiderem, nunc mihi vita data est.  
 Tam procul ignotis igitur moriemur in oris,

31. perituro. 33. mortis tempus.

et duobus Heinsius ediderat; Bernensis videtur cum his facere. *liquet hic* Leid. prim. *liquet haec* Berol. et vett. edd. praeter Aldinam, quae cum Palatino primo, Guelferb. et reliquis omnibus: *liquet hoc*, quod cur abiciendum sit, causam nondum videmus. *carissima contur* Serv. Bern. Vers. seq. *Tempora* vett. edd. praeter Aldinam. Vers. 30. *Et tibi* prim. Palat.

31. MORITURO non sane *ferè omnes*, quod Burmannus opinatur, sed dimidia parte paulo plures: Palatinus primus, Guelferb. Putean. Francof. Reg. Gall. Mor. exc. Voss. Leidenses, Berol. Bern. Crev. et tredecim cum prima ed. Heinsii. Neque propter numerum, sed propter codd. in eo numero et sententiae bonitatem admisimus. Alteri scripturae: *perituro* non inest fatalis necessitatis notio, quae tamen propter praecedens distichon requiritur. Atque eam proprietatem adeo elegantiam interdum esse intelliges, si in loco Met. 9, 607: *potui moritura videri*, periculum facias legendi: *peritura*. Habebis sententiam languidiorum et illic et nostro in loco.

32. UT SALTEM. *Et saltem* Palat. prim. *At* malebat Heinsius, Francius: *saltem in patria*.

33. TEMPUS MORTIS Palat. prim. Guelferb. Putean. Francof. Reg. Mor. Serv. Pirckh. Leidenses, Seguér. Reland. Crev. viginti unus alii cum pr. ed. Idque expressimus flagitante oppositionis acumine. *Vel poenâ in longum nobis Jun. dilata fuisset* Hamburg.

34. PRAECEPISSET. *praecessisset* Mor. Leid. uterque, Jun. exc. Voss. Bern. Rel. decem et septem alii cum vett. edd. omnibus, Reg. pro var. scr. Guelferb. a secunda manu, ita tamen, ut alterum, quod vetusti et emendati fortassis omnes habebant, haud aegre dignoscatur.

35. LUCEM. Omnes codd. et vett. edd. *reddere vitam* praeter Vatic. primum et Leidensem utrumque, qui: *lucem*. Haerebit aliquantisper haec res. In Guelferb. enim *vitam* a sec. manu in improbissima rasura erat. Interim vix est, ut vulgata scriptura excusetur. Vers. seq. *non mihi Comb.*, unde Heins.: *num mihi*.



- Et fiant ipso tristia fata loco?  
 Nec mea consueto languescunt corpora lecto?  
 40 Depositum nec me qui fleat, ullus erit?  
 Nec dominae lacrimis in nostra cadentibus ora  
 Accedent animae tempora parva meae?  
 Nec mandata dabo? nec cum clamore supremo  
 Labentes oculos condet amica manus?  
 45 Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri,  
 Indeploratum barbara terra teget?  
 Ecquid, ubi audieris, tota turbabere mente,  
 Et feries pavida pectora fida manu?  
 Ecquid, in has frustra tendens tua brachia partes,  
 50 Clamabis miseri nomen inane viri?

39. languescunt. 47. Ecquid ut.

38. FIENT. *fiant* uterque Leid., unde Heinsius etiam in longiore versu: *moriatur* repositurus erat.

39. LANGUESCUNT duo optimi Palatinus primus et Guelferb. ac praeter hos Mor. Serv. Busl. Heinsii tredecim, nostri quinque et princeps editio. His fideiussoribus vulgatum: *languescunt loco* movimus. Vide ad 1, 1, 9. *languescant* duo libri. Vers. seq. *qui me nec* Palat. prim.

42. ACCEDENT. *Accedant* Leid. uterque et ed. princ. *Accedunt* Moret. Berol. Crev. et sex Heinsii. *tempora grata* duorum librorum olim placebat Heinsio.

44. LABENTES ex Guelferb. Putean. duobus Ciofani, Palat. sec. Jun. Leid. pr. Pirckh. Reg. Serv. Seguer. Berol. octo Heinsianis; principe et vett. edd. *Languentes* ex v. 39. repetitum Palatinus pr. et reliqui. Deinde rursus *condet* ex Palat. prim. Putean. iisdem Ciofani, exc. Voss. Leid. utroque, Jun. Reg. Serv. Seguer. Bern. Crev. (sed lii duo: *cum det*) undecim Heinsianis, principe et vett. edd. *claudet* apertam glossam Guelferb. cum reliquis. *condat* Busl. et alter. Vers. 46. *barbara turba* duo Heinsii et Bernensis.

47. ECQUID UBI edendum nobis erat, qui Palatinum primum et primam Guelferb. manum sequi soleamus. *Accedunt* codd. plurimi cum novem vett. edd. *Ecquid ut* Heinsius ex Politian. sec. Jun. et octo libris recepit, quibus Bernensis et Crev. (sed qui: *Haec quid*) *accedunt*. *Haec simul* Putean. Gall. Pirckh. Reland. et quatuor cum ed. Bononiensi. *Hac simul* Moret. *mota mente* et ex: *mirabere* unius codicis: *miserabere* olim cogitaverat Heinsius. Vers. seq. *feries panda* Berol.

49. ECQUID. *Nunquid* Gall. Leid. sec. Pirckh. *Meu quid* ed. Bonon. *Et quid* plures. *tendes* Guelferb. Leidensis pr. Gall. pr. ed.

Parce tamen lacerare genas, nec sciinde capillos;  
 Non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero.  
 Cum patriam amisi, tum me periisse putato:  
 Et prior et gravior mors fuit illa mihi.  
 Nunc si forte potes, sed non potes, optima coniux, 55  
 Finitis gaude tot mihi morte malis.  
 Quam potes, extenua forti mala corde ferendo,  
 Ad quae iampridem non rude pectus habes.  
 Atque utinam pereant animae cum corpore nostrae,  
 Effugiatque avidos pars mea nulla rogos! 60  
 Nam si morte carens vacuum volat altus in auram

60. pars mihi.

51. SCINDE CAPILLOS. *tende capillos* Palatin. prim. unus Vatic. et alius, sive forsitan idem ab Heinsio collatus.

52. NUNC PRIMUM. *tunc primum* Mor. et ita volebat Francius; *raptus ego* Heinsius.

53. TUM. Omnes codd. Heinsii, nostri et vett. edd.: *tunc*, praeter Put. Jun. Leidens. pr. et, si accurate collatus est, Bernensem.

57. QUAM POTES ex Palatino primo, decem Heinsianis, Bern. Berol. Rel. *Quod potes* Guelferbytanus. et plurimi cum vett. edd.; quod Francio placebat. *Qua potes* Moret. Pirckh. et duo, *Quo* unus Heinsii.

58. AD QUAE. Vulgata in codd. scriptura: *Ad mala*, quam edd. vett. tenent, nisi quod Rubeana, Vicentina et Veneta: *At*, glossam utique traxisse videtur. Igitur Guelferb. Regius, Gall. Moreti, Buslidianus, Pal. sec. Seguer. Berol. et septem: *Ad quae*. Palatinus prim. Putean. Serv. Leid. uterque, Jun. Rel. et duodecim: *Ut quae*. *Utque* Bern. *Et quae* Francof. Crev. Correctioni Heinsianae: *Quorum iampr.* longe praestat, quod exhibemus, cfr. Met. 11, 313. Pont. 3, 7, 18. Ita *avidus ad aliquid* Seneca trag. Here. Fur. 839. *pauper ad aliquid* Sen. ep. 25.

60. PARS MEA. *pars mihi* Heinsio placuit inventum in Gall. Pirckh. Leid. utroque et fortassis alio. Nobis praestabilius videretur, quod reliqui omnes ingenti numero servant: *pars mea*, etiam paucissimi tuerentur. Iam vero in ordinem recipiendum erat, si vel minus placeret.

61. VACUAM — AURAM Heinsius edidit ex Putean. Politiani utroque, Reg. Mor. Serv. Jun. Francof. decem aliis et prim. edit. Accedunt Bern. et Rel., neque longe discedunt Palatinus primus, qui: *vacua* — *aura*, et Guelferb., qui: *vacua* — *auram* habebant. *vacuus* — *auram* Gall. et Crev. Reliqui omnes cum vett. edd.: *vacuas* — *auras*, nisi quod Pirckh.: *vacuus* — *auras*. *volat actus* Francius tentabat. *transibit in a.* Reland.

- Spiritus, et Samii sunt rata dicta senis;  
 Inter Sarmaticas Romana vagabitur umbras,  
 Perque feros manes hospita semper erit.  
 65 Ossa tamen facito parva referantur in urna;  
 Sic ego non etiam mortuus exsul ero.  
 Non vetat hoc quisquam: fratrem Thebana peremptum  
 Supposuit tumulo rege vetante soror.  
 Atque ea cum foliis et amomi pulvere misce,  
 70 Inque suburbano condita pone solo.  
 Quosque legat versus oculo properante viator,  
 Grandibus in tumuli marmore caede notis:  
 Hic ego qui iaceo, tenerorum lusor amorum,  
 Ingenio perii Naso poëta meo.  
 75 At tibi, qui transis, ne sit grave, quisquis amasti,  
 Dicere, Nasonis molliter ossa cubent.

## 67. Nec.

63. SARMATICAS — UMBRAS, *Sauromatas* Palatin. prim. Pirckh. Seguer. Bern. et tres cum, ed. Bonon. *umbra* Palat. prim. Guelferb. exc. Voss. Reg. Busl. Leidens. uterque, Jun. et quatuor. Vers. 65. *parva ferantur* Palat. prim. ex unius virgulae omissione.

66. SIC EGO NON ETIAM. *Sic non ex toto* unus Heinsii. non ut iam Francius coniciebat.

67. NON VETAT. *Nec* Heinsius ediderat ex Pirckh. et quinque aliis, quibus noster Crev. et edd. Bonon. et Ald. accedunt. Reliqui tamen, inter quos Palatin. et Guelferb., id, quod revocavimus.

70. INQUE SUBURBANO ETC. *Atque* unus Heinsii et vett. edd. praeter Aldinam: idque Jos. Scaliger in margine libri sui adscripserat. *crede solo* vett. edd. omnes, codex nullus, uti videtur. *solo* codd. Palatinus uterque, Guelferb. Reg. Gall. Serv. Leidens. uterque, Jun. Francof. decem et septem Heinsii cum eius prim. ed. nostri praeter Bern. et Seguer. pr. m. Reliqui: *loco*. A vers. seq. novam elegiam orditur Palatinus primus. Vers. 72. *in tituli Hamburgensis*.

73. HIC EGO ETC. Guelferb. sequentia pro integro carmine seiungit. Litteram maiorem initialem Segueriamus, Berolinensis, cui in margine adscriptum: *Epitaphium*, et Crev. habebant. Relandinus hunc et sequentem versum tantum paulum subducebat a regula.

75. QUISQUIS. *quicquid* pr. Vatic. *quicquid* tres Heinsii. *quicquid* Seguer. et Leid. pr. a pr. m. *quicquid* Medonii. *siquis* vel si *quid* Heinsius tentabat.

**Hoc satis in tumulo est; etenim maiora libelli**

**Et diuturna magis sunt monumenta mei.**

**Quos ego confido, quamvis nocuere, daturus**

**Nomen et auctori tempora longa suo.** 80

**Tu tamen extincto feralia munera ferto,**

**Deque tuis lacrimis humidaserta dato.**

**Quamvis in cinerem corpus mutaverit ignis,**

**Sentiet officium moesta favilla pium.**

**Scribere plura libet: sed vox mihi fessa loquendo** 85

**Dictandi vires siccaque lingua negat.**

**Accipe supremo dictum mihi forsitan ore,**

**Quod tibi qui mittit non habet ipse, vale.**

---

77. in titulo.

77. IN TUMULO EST. *in titulo est ex Puteaneo, pr. Vatic. sec. Palat. utroque Politiani, Serv. et quatuor aliis, quibus Berol. et Rel., cui est deerat, accedunt, Heinsius ediderat et coniciebat: in titulos; Francius: in titulum. Sive de interpolatione suspicandum sit, sive sicilicet errorem creasse putes, vide, quam illepide libelli maiora monumenta vocentur cum tetrasticho illo comparati, non cum toto lapide sepulchrali. Rectius ergo Palat. prim. Guelf. et reliqui omnes cum vett. edd.: in tumulo est, praeter Bern. et Crev., qui est omittunt.*

78. MONUMENTA MEI. *monumenta mihi Guelferb. Pal. sec. Leid. uterque, Jun. Serv. Busl. Francof. Rel. novem Heinsiani cum prima editione.*

81. TU TAMEN. *Et tamen Putean. Jun. Pro: extincto Re-landinus monachale commentum: aeterno, pro: feralia Regius: coniu haec, pro: munera quinque Heinsiani, Berol. Rel. Crev.: ferala, prim. ed.: funera. munera semper vett. edd. omnes et co-dex Leidensis primus.*

82. TUIS. *suis lacrimis Heinsii coniectura posthac in Bern. comparuit.*

84. FAVILLA PIUM. *favilla tuum Putean. Gall. Busl. et sex Heinsii.*

85. VOX MIHI. *vox mea Palat. prim. Vers. seq. lingua celat Jun. Seguer. Crev. Vers. 88. habet ille vale Jun. Bern. et vett. edd.*

## IV.

**O** mihi care quidem semper, sed tempore duro  
 Cognite, res postquam procubuere meae;  
 Vsibus edocto si quidquam crēdis amico,  
 Vive tibi et longe nomina magna fuge;  
 5 Vive tibi, quantumque potes praelustria vita:  
 Saevum praelustri fulmen ab arce venit.  
 Nam quamquam soli possunt prodesse potentes,  
 Non prosit potius, si quis obesse potest.

## IV.

*Ad amicum Francof. Berol. Linquere nobilium coetus hortatur amicum Pirckh. et Berol. Ad amicum, ut magnorum virorum consuetudinem fugiat vett. edd. octo. In Crevenn. superiori adhaerebat.*

2. PROCUBUERE. *succubuere Jun.*

6. AB ARCE VENIT. *ab igne venit Guelferb. Putean. Palat. sec. Leid. uterque, Pirckh. Reg. Gall. Mor. Serv. Seguer. Berg. Rel. Berol. Crev. quindecim, floril. Berol. et prima editio. hoste Jun. igne fuit unus, unde Heinsius faciebat: ruit.*

7. POSSUNT. *possint Serv. Jun. Berol. floril. Berol. et prima editio.*

8. NON — POTEST. *Palatinus primus et Vatic. Ciofani Non potius prodest, si quis obesse potest. Guelferbytanus: Vd non prodest, si quis obesse potest; prima vox erasa, syllaba: des, si quis et: potest in rasura a seriori manu scripta erant, sub qua sunt plurimum et: solent fuisse dignoscebatur. In ea scriptura, quam exhibemus: Non prodest Francof. Reg. Mor. Busl. Pirckh. Jun. Bern. Rel. Crev floril. Berol. ed. Bonon. prosunt Gall. Serv. Reliquorum codd. quinam eam, quam secuti sumus, scripturam, quive alteram, quae vett. edd. octo insedit, quamque floril. Murmell. habet: Non prosunt potius; plurimum obesse solent habuerint, noluit annotare Heinsius, quia suppositum esse distichon sibi persuaserat. Meliorem scripturam Leidenses, quorum tamen alter: si quid, alter: sed quid, Politiani utrumque, sed in postremo tantum hemistichio, Berol. unum Ciofani et Aldinam secundam, in deteriore Palat. sec.: Non potius prodest exhibuisse constat. Francius Heinsii iudicium sequebatur, Burmannus singula defendere conatus est, quem non recte tamen rem gessisse Schraderus censerebat. Nobis ab his omnibus discedendum est. Neque enim aut cur spurium esse debeat distichon, aut qua defensione indigeat, aut quomodo, si opus sit, aliter defendi possit, atque a Burmanno factum est, intelligere nos fatemur. Si de codicibus melius constaret, paucissimos fortasse incorruptam praestantiorē scripturam ostendere pateret, quod argumento esse dixerim a recentiori inter-*

- Effugit hibernas demissa antenna procellas,  
 Lataque plus parvis vela timoris habent. 10  
 Aspicias, ut summa cortex levis innatet unda,  
 Cum grave nexa simul retia mergat ouus.  
 His ego si monitor monitus prius ipse fuissem,  
 In qua debueram, forsitan Vrbe forem.  
 Dum tecum vixi, dum me levis aura ferebat, 15  
 Haec mea per placidas cymba cucurrit' aquas.  
 Qui cadit in plano, vix hoc tamen evenit ipsum,  
 Sic cadit, ut tacta surgere possit humo:  
 At miser Elpenor tecto delapsus ab alto  
 Occurrit regi flebilis umbra suo. 20

13. Haec ego. 20. debilia.

polatore, vel interpolatorum potius versuum correctore illam pro-  
 ectam non esse.

9. DEMISSA. *dimissa* Palat. prim.

11. INNATET. *innatat* vett. edd. omnes, Pirckh. et floril.  
 Murnell. Vers. seq. *nexa sibi* Francius tentabat.

13. HIS EGO. *Haec ego* Burmannus edidit et optimas edi-  
 tiones ita habere annotavit. Nos in sola Barth. Merulae illud re-  
 perimus, verum in codd. diversae notae, Guelferb. a prima manu,  
 Francof. Politiani utroque, enotante Gronovio, Serviano Heinsii,  
 Relandino nostro, qui: *monitis monitus* habebat. Nostram scri-  
 pturam habuerunt Palat. prim. Gall. Mor. Busl. novem Heinsii,  
 Bern. Berol. et ed. princeps. Nimirum ita ad duo priora disticha  
 ratio refertur, suavius quidem, quam apud Burmannum ad omnia,  
 quae praecesserunt. *His ego si monitis monitus* Reg. Putean. Jun.  
 quinque Heinsii, Seguer. Crev. et vett. edd. nostrae; probabat hoc  
 Schraderus. *His ego si monitus monitis* Leid. uterque. *His ego*  
*quae moneo monitus* exc. Voss. *prius ante fuissem* Francof.

14. DEBUERAM ex Palat. prim. tribus Heinsii, aliquibus Cio-  
 aci, Relandino. Guelferb. cum reliquis et vett. edd.: *debebam*;  
 Schraderus: *degebam* divinabat.

15. TECUM VIXI. *mecum vixi* Heinsius coniciebat; pro-  
 nante Tan. Fabro epp. 2, 10. Scilicet ita Seneca ep. 2.: *secum*  
*norari*, ep. 25.: *secum esse* dixit. Vers. seq. *Tunc mea* Tan.  
 Faber l. l., *Et mea* Francius in ora libri sui suadebant. Vers.

19. *Alphenor* Palat. pr. Guelferb. *Alpenor* quidam Heinsii, no-  
 tri et ed. Rubei.

20. FLEBILIS. *debilis* utinam in Palatino primo legeretur!  
 iam codd. Guelferb. pr. Vatic. utrumque Polit. sec. Palat. Pirckh.  
 utrumque Leid. Reg. Serv. Busl. Bern. Crev. editiones principem  
 cum Bononiensi, in quibus extat, suspectos interpolationis habemus;  
 probabat in schedis Gruterus. Gronovius pater annotaverat: vi-

Quid fuit, ut tutas agitaret Daedalus alas,  
 Icarus immensas nomine signet aquas?  
 Nempe quod hic alte, demissius ille volabat;  
 Nam pennas ambo non habuere suas.  
 23 Crede mihi, bene qui latuit bene vixit, et intra  
 Fortunam debet quisque manere suam.  
 Non foret Eumedes orbis, si filius eius

21. agitarit. 24. suas?

*tiata ea parte, qua corpus laesum; eleganter.* Cfr. Met. 10, 49. Debilitatem de pedum vicio dixit Sen. ep. 55. de gestatione in lectica: *Debilitatem nobis indixerunt deliciae.*

21. AGITARET. Sine libris Heinsius correxit: *agitarit*, quod nec ex nostris ullus confirmat. De Francof. et Bernensi nescio an obliti fuerint annotare, qui contulerunt.

22. IMMENSAS. *Icareas* Busl. Bern. et duo Heins., quod Bentleius ad Hor. carm. 2, 20, 13. probabat. *aequoreas* duo libri. *immersas* Leidensis uterque, Serv. Berol. et prim. ed. Hanc enallagen videtur probasse olim Heinsius, qui adscripserat: *mersis Tiberinus in undis*, quomodo Fast. 2, 389. ex Hamburg. et Vat. codd. legi vult in schedis suis. *emensas*, vel *Aegaeas* Francus coniecit. *signat* Reg. Mor. Leid. uterque, Jun. et quatuor. *fecit* Gall. Busl. Pirckh. quinque Heinsii, Bern. Seguer. Rel. et ed. Bonon. Barberinianus ita versum concipiebat: *Icarias aequor nō, mine sumat aquas.*

23. DEMISSIUS. *demissus ille* Palat. prim. Bern. *dimissus at ille* Pirckh. ed. Bonon. *demissus et ille* Gall.

24. NON HABUERE. *nonne habuere* Heinsius suadebat; *Non pennas* Brukhusius. Interrogationis notam sustuli suadente Jahn v. d. in Annal. paedag. t. 9. p. 62., quem tamen nolim Bentleii obloqui de structura: *non suas*. Flagitat eam constans poetarum usus, quo adiectiva et verba addita negandi particula non negant, sed contrarium affirmant. Chartam perderem, si vel ex his libri exempla adscriberem; copiose rem tractavit Marklandus ad Stat. silv. 1, 1, 82.

25. INTRA. *infra* Palat. prim. Mor. Busl. et duo Heinsii, quod ille probabat. Discriminis quid sit inter utramque scripturam, Seneca commonstrat ep. 26: *supra omnem potentiam est, certe extra omnem*. Sententiae tamen ratio, frequentior scriptorum usus, quos vide apud Burmannum, et librorum ingens numerus id, quod praeter Heinsium ab omnibus criticis probatum exhibemus, commendant.

27. EUMEDES, veram scripturam, Regius et Servii tantum et fortasse Bernensis, si accuratius Francof. sit collatus, servabant. *Eumerides* Palat. prim. Guelferb. Francof. et multi cum vett. edd. *Emitrides* Putean. Alii alias ineptias, quas referre tanti non est. Glossa Pirckh.: *Panocles Eumenis filius*. Num Patroclum voluit,

- Stultus Achilleos non adamasset equos:**  
**Nec natum in flamma, vidisset in arbore natas,**  
**Cepisset genitor si Phaëthonta Merops.** 30  
**Tu quoque formida nimium sublimia semper,**  
**Propositique, precor, contrahe vela tui.**  
**Nam pede inoffenso spatium decurrere vitae**  
**Dignus es, et fato candidiore frui.**  
**Quae pro te ut voveam, miti pietate mereris** 35  
**Haesuraque mihi tempus in omne fide.**  
**Vidi ego te tali vultu mea fata gementem,**  
**Qualem credibile est ore fuisse meo.**  
**Nostra tuas vidi lacrimas super ora cadentes,**  
**Tempore quas uno fidaque verba bibi.** 40

## 32. memor contrahe.

velut librarius unius codicis, qui seq. versu: *agitaret equos* scripsit? *Plus olim* Francius emendabat, dia antequam Bentleius ad Hor. carn. 3, 11, 18. commentatus esset.

29. **FLAMMA.** Palatinus primus, Putean. Reg. Mor. Busl. Jun. octo Heinsiani et editio Bononiensis: *flammas*. Solus Gall. ia omittit, neque satis eleganter coniiciat quis: *Nec natum flammam* etc. *flammam* duo cum prim. edit. *flammis* Palat. sec. Pirckh. Gall. Crev. et tres. Interpunctionem vett. edd. exhibemus.

30. **CEPISSET.** Tan. Faber ep. 1, 38: *Flexisset* emendabat. Neque Heinsium, neque Ovidium capiebat Burmannus, qui negaret haec ita intelligenda esse, ut Senec. ep. 20. extr.: *ab his initiis nos regna non capiunt*. Vide alia exempla apud Markl. ad Stat. Silv. 1, 2, 107. Manil. 4, 541. *phetoonta* Palat. prim. *phetonta* Guelferb. *Phaetonta suum* unus Heinsii, qui quae annotaverat sua fecit Burmannus.

32. **PROPOSITIQUE, PRECOR.** Sic omnes libri cum florileg. Murm., praeter Busl. Pirckh. et unum alterumve Heinsii cum ed. Bonon., qui: *memor*. Sensus praestantia auctoritatis imbecillitatem emendare non videtur. *Lataque propositi* etc. Francius scribi posse putabat.

33. **NAM PEDE INOFFENSO SP. DECURRERE.** *Nam per inoffensas* Francof. pro v. scr. *percurrere* Pirckh. *procurrere* Palat. sec. et vett. edd. omnes.

35. **QUAE PRO TE.** *Quod pro te* vett. edd. omnes. *ut unus* codex Heinsii et editio Aldi prima omittunt, venuste, Heinsii iudicio. *Hoc pro te ut* Berol. et Jun. *tanti pietate* Leid. uterque a pr. m. tanta putabat Heinsius latere. *meriti piet.* ed. Bonon.

40. **FIDAQUE VERBA.** *verbaque fida* Palat. prim. et quinque alii. *verba dabas* Gall. Bern. quinque Heinsiani, Moret. cum Rel. pro var. scr. et vett. edd. *dedi* Busl. pr. m. *tuli* Regius.



Nunc quoque summotum studio defendis amicum,  
 Et mala vix ulla parte levanda levas.  
 Vive sine invidia, mollesque inglorius annos  
 Exige, amicitias et tibi iunge pares:  
 45 Nasonisque tui, quod adhuc non exsulat unum,  
 Nomen ama. Scythicus caetera Pontus habe.  
 Proxima sideribus tellus Erymanthidos Vrsae  
 Me tenet, astricto terra perusta gelu.  
 Bosporos et Tanais superant Scythiaeque paludes,  
 50 Vixque satis noti nomina pauca loci.  
 Ulterius nihil est, nisi non habitabile frigus:  
 Hei quam vicina est ultima terra mihi!  
 At longe patria est, longe carissima coniux

## 49. Scythicaeque.

41. SUMMOTUM. *semotum* noster Reland. et decem, ni fallor, Heinsiani.

47. PROXIMA ETC. Novum carmen incipiunt noster Reland. et quidam Heinsii, quos quia nominatim noluit indicare, eiusdem atque illum, notae, hoc est, non egregiae fuisse putaverim. Optimos non fuisse constat, Glossa Francof.: *Alii dixerunt hic incipere epistolam, in qua alloquitur omnes suos amicos.* Hoc certum falsum est: quae sequuntur ad eundem scribuntur, ad quem Pont. 3, 6: argumentum duco ex locutione *anceps esse nominare amicos* versu huius epistolae 69., illius 60. obvia, qua illum ipsum, qui quis est, usum identidem puto. Iam vero quae modo absolvimus optime in eundem quadrant; cfr. v. 15, 16. et illic v. 53. Adde quod si carmen dividatur, ut ad diversos haec scribantur, ad quatuor amicos carmina ex ordine et ad quintum, quem 1, 7. etiam alloquitur, ultimum huius libri poeta dirigit, quos duos tantum tresve 1, 5, 34., sive quatuor 3, 5, 10. se habuisse profiteretur Heinsius tamen et Francius non improbant librorum pauculorum rationem.

49. BOSPOROS — SCYTHIAEQUE. *Bosphorus* Palatin. prim. *Bosphorus* Guelferb. et multi. *scythieque* Palat. pr. et Guelferb. *Scyctieque* Putean. viginti quatuor Heinsiani, tres nostri. *Scythiaeque* Bern. Jun. Leid. pr. et vett. edd. omnes. Reliqui non ita multi. *Scythicaeque*, quod Heinsius praetulerat.

50. VIXQUE SATIS NOTI. *Vix satis et noti* Palat. prim. *novi* Busl. Pirckh. Jun. Bern. Berol. ed. Bonon. *noto n. p.* loc. Servii. *nomina tuta* Putean. *nom. plura* Reg. pro var. scr. *Vix satis est nato n. p.* legi Leid. uterque. *Vix satis est noto. n. p.* loci Palat. sec. *nomina rauca soli* Heinsius malebat. Sed hactenus ineptiis reverentia praestanda erat: Burmannianas vide apud ipsum. Vers. seq. *Alterius* Palat. prim. Vers. 53. *longe est*

Quidquid et haec nobis post duo dulce fuit.

Sic tamen haec absunt, ut quae contingere non est 55  
Corpore, sint animo cuncta videnda meo.

Ante oculos errat domus, Vrbs et forma locorum,  
Succeduntque suis singula facta locis.

Coniugis ante oculos sicut praesentis imago est;  
Illa meos casus ingravat, illa levat. 60.

Ingravat hoc, quod abest; levat hoc, quod praestat  
amorem,

Impositumque sibi firma tuetur onus.

Vos quoque pectoribus nostris haeretis, amici,

Dicere quos cupio nomine quemque suo;

Sed timor officium cautus compescit, et ipsos 65

In nostro poni carmine nolle puto.

Ante volebatis, gratique erat instar amoris

Versibus in nostris nomina vestra legi.

57. errant. 67. honoris.

Gall. Serv. Berol. vett. edd. Vers. 55. *contingere non sunt* Fran-  
cofurtanus.

57. ERRAT. *errant* Gall. Jun. tres Heinsii, Bern. Berol.  
Bel. idque expressit Burmannus. *aderat* Busl. *extat* Leid. pr. a  
pr. m. *haeret* unus Heinsii. *domus urbsque et forma* Berol. Me-  
donii: *Ante oculos urbs ac haeret fortuna locorum. domus et for-*  
*tuna locorum* Seguer. et Crev. cum duobus Heins. Hamburg.: *Ante*  
*oculos domus urbis erat et forma locorum.* Heinsius tentabat: *Ante*  
*oculos urbsque domus et forma locorum est.* Nos Guelferb. et  
Palat. cum plurimis aliis et vett. edd. sequimur. *oberrare* similiter  
dixit Sen. Her. fur. 1146, 1281.

58. SUCCEDUNTQUE. *Acceduntque* Leidens. pr. Palat. sec.  
Pirckh. et vett. add. *tecta locis* Francius.

59. IMAGO EST. *est* Guelf. a pr. m. cum per multis codd.  
et edd. vett. omittebat.

60. INGRAVAT. *aggravat* Serv. tres et vett. edd. Vers.  
seq. *Aggravat* Serv. et alter cum vett. edd. *haec* Palat. prim.  
cum maiore codd. numero et vett. edd. *hoc* Guelferb. Put. cum  
sedecim aliis tuentur.

62. FIRMA TUETUR. *fida tuetur* Guelferb. *opus* Palatin.  
prim. cum nonnullis Ciofani et Heinsii. Vers. sequentem littera  
affabre picta Guelferb. incipiebat. Vers. 64. *cupiam* Heinsius et  
Francius, *cupimus* editor Elector. Etonens. malebant. Vers. 65.  
compressit Pirckh.

67. AMORIS. Ex uno Vaticano praeter necessitatem: *hono-*  
*ris* Heinsius admiserat. In schedis autogr. ad Fast. 2, 633: *omen*  
*honoris* scribendum esse ex Vatic. codice annotaverat.

- Quod quoniam est anceps, intra mea pectora quemque  
 70 Alloquar, et nulli caussa timoris ero.  
 Nec meus iudicio latitantes versus amicos  
 Protrahet. Occulte si quis amavit, amet.  
 Scite tamen, quamvis longa regione remotus  
 Absim, vos animo semper adesse meo.  
 75 Et quam quisque potest, oro, mala nostra levate,  
 Fidam proiecto neve negate manum.  
 Prospera sic maneat vobis Fortuna: nec unquam  
 Contacti simili sorte rogetis idem.

## V.

**V**sus amicitiae tecum mihi parvus, ut illam  
 Non aegre posses dissimulare, fuit:

75. potest, aliqua. 77. vobis maneat. 78. rogetis opem.  
 72. PROTRAHET. *Protrahit* Palatinus prim. et duodecim vulgares.  
 73. SCITE ETC. Hoc distichon pro spurio notant Heinsius et Schraderus.  
 74. QUAM QUISQUE ex Palatin. pr. Jun. Leid. pr. Pirckh. Gall. Bern. Berol. Rel. Crev. et decem aliis. Guelferb. cum reliquis et vett. edd: *qua*. *aliqua*, quod pro vulgato: oro ex primo et alio Vatic. Rottendorph. sec. Palatin. Heinsius receperat, a Guelferb. agnoscitur.  
 77. MANEAT VOBIS ex Guelferb. Palat. pr. Francof. Gall. Leid. pr. tredecim Heinsianis et vett. edd. recipiendum putavimus.  
 78. CONTACTI — IDEM. *Contracti* Guelferb. *opem* ex Combiano, Hamburgensi et aliis nonnullis sese deprompsisse dicit Heinsius; in schedis Combianum tantum adscripserat. Nobis donec certius de illis codd. constabit, reliquorum librorum omnium in scriptura minime ineleganti consensus potior habetur.

## V.

*Ad amicum* Francof. Berol. *Sanguine coniunctum Naso* *laudat amicum* Pirckh. Berol. *Ad Carum* Aldina. Reliquae editiones inscriptiones abhinc nullas habent.

1. USUS. *Osus* Guelferb. *Ausus* Leid. sec.
2. POSSES. *possis* Palat. primus, maior Heins. numerus, noster Rel. et vett. edd. praeter Bonon. et Ald.

Ni me complexus vinclis propioribus esses

Nave mea vento forsán eunte suo.

Vt cecidi, cunctique metu fugere ruinam,

Versaque amicitiae terga dedere meae;

Ausus es igne Iovis percussum tangere corpus,

Et deploratae limen adire domus.

Idque recens praestas, nec longo cognitus usu,

Quod veterum misero vix duo tresve mihi.

Vidi ego confusos vultus, visosque notavi,

Osque madens fletu pallidiusque meo:

5. ruinae.

3, 4. NI ME COMPLEXUS — FORSAN EUNTE SUO. Burmannus et duo nostrates editores haec non intellexerunt; quare aut emendare conati sunt: *Qui me complexus, Nec me complexus*, aut interpretando sategerunt. Lubet brevissime, quamvis nostrae non sit provinciae, subnotare, construendum esse ita: Ni me complexus esses (nimirum post relegationem) vinclis propioribus, quam forsitan complexus esses navem meam vento secundo actam, Navem suam pro se ipso posuit, uti etiam 4, 5, 6; 1, 5, 17. Structurae eandem immutationem et declinationem a persona ad metaphoram habes 1, 9, 17, 19. *Dum stetimus* —

*At simul impulsa est, (domus.)*

Miror haec latuisse Handium, V. D., de hoc loco disputantem Tursell. 2, p. 719.

5. METU FUGERE RUINAM. *metu ruinae* ex solo Palatino secundo non optimo recepti Heinsius. *ruinam* optimi fere consensu: Palat. prim. Guelferb. prim. Vatic. Mor. Pirckh. Leid. prim. Berol. Seguer. Rel. quinque Heinsii et vett. edd. omnes. Cfr. Met. 7, 133. Fast. 3, 645. *meam ruinam* Bern. Crev. et plurimi. *mei ruinam* Francof. et Gall. Vers. 6. *dedere fugae* Pirckh. *dedere suae* Seguer. pro v. scr. Vers. 9. *praestans* Palat. pr. et ed. Bonon.

11. VIDI EGO CONFUSOS VULTUS VISOSQUE NOTAVI. *ego* omittant Putean. et ed. Bonon. *confusus* Gallicus. *vultu* Palat. prim. *ususque* Guelferb. a manu sec. correctum in: *visusque*, quod pr. Polit. Mor. Leid. pr. Reg. pro v. scr. et octo vel novem Heinsii habebant. Fugit Heinsium ratio, cum omnes fere codd. id tueri scriberet, coniceretque: *visusque notavi*; Schraderus: *visosque* probavi divinabat; poterat etiam quis: *visusque natantes*, scil. fletu, cuius locutionis exempla Markl. ad Stat. Silv. 2, 1, 17. col. legit. Et eadem audacia emendavit idem criticus 1, 2, 105. Sed vulgata scriptura vera est: *videre* et *notare*, quae coniungi aegre ferebat Heinsius, coniuncta leguntur Stat. Silv. 2, 6, 21;

*vidi ipse animosque notavi.*

paregmenon illud: *vidi visosque* ubique fere obvium apud Ovidium.

- Et lacrimas cernens in singula verba cadentes  
 Ore meo lacrimas, auribus illa bibi:  
 15 Brachiaque accepi moesto pendentia collo;  
 Et singultatis oscula mixta sonis.  
 Sum quoque, care, tuis defensus viribus absens:  
 Scis carum veri nominis esse loco.  
 Multaque praeterea manifesti signa favoris  
 20 Pectoribus teneo non abitura meis.  
 Di tibi posse tuos tribuant defendere semper,  
 Quos in materia prosperiore iuves.  
 Si tamen interea quid in his ego perditus oris,  
 Quod te credibile est quaerere, quaeris, agam:  
 25 Spe trahor exigua, quam tu mihi demere noli,  
 Tristia leniri numina posse dei.  
 Seu temere exspecto, sive id contingere fas est;  
 Tu mihi, quod cupio fas, precor, esse proba.  
 Quaeque tibi est linguae facundia, confer in illud,  
 30 Vt doceas votum posse valere meum.

29. tibi linguae est.

Vers. seq. *meo* Guelferb. in rasura habebat scriptum. Vers. 14. *lacrimas quae cecidere bibi* Reland. pro var. scr.

15. ACCEPI meliores et plures codd. ex dodrante fere cum prima editione. Reliqui et edd. vett.: *excepi. nostro pendentia* Leid. uterque, Jun. et tres. *presso pend.* Palatinus sec. et alius cum vett. edd.

16. SINGULTATIS Palat. pr. et plurimi, ex editis Bononiensis servavit. *Insingultantis* Guelferb. *singultantis* Francof. teste Heinsio, Putean. Palat. sec. Serv. Busl. Jun. Leid. pr. Bern. Rel. Berol. Crev. duodecim Heinsii, vett. edd. octo. *singultosis* Gall. Vers. seq. *defessus* Palat. primus.

19. SIGNA FAVORIS. *signa pudoris* pr. Vatic. Putean. Busl. Reg. pro v. scr. et tres Heinsii. *doloris* Reland. et alius, sive fortasse idem ab Heinsio inspectus. Vers. seq. posteriorem in *meis* syllabam in rasura habebat Guelferb.

26. LENIRI. *molliri* Gall. Pirckh. Mor. pro v. scr. et duo Heins. *posse duci* alter Polit. Heinsius: *deo* volebat, quod non intelligo.

27. SIVE ID codd. dimidio numero aliquanto plures, inter quos Palat. pr. Guelferb. Putean. Francof. Reliqui cum vett. edd.: *sive hoc. contingere certum* Francius.

28. ESSE PROBA. *esse fave* Barberin., unde *face* Heinsius eliciebat.

29. TIBI EST LINGUAE. *tibi linguae est* Heinsius ex solo

Quo quis enim maior, magis est placabilis irae;  
Et faciles motus mens generosa capit.

Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni;  
Pugna suum finem cum iacet hostis habet.

At lupus et turpes instant morientibus ursi

33

Et quaecunque minor nobilitate fera est.

Maius apud Troiam forti quid habemus Achille?

Dardanii lacrimas non tulit ille senis.

Quae ducis Emathii fuerit clementia, Poros

Praeclarique docent funeris exsequiae.

40

Medonii libro correxerat; Francof. et Bern. ita habuisse vix credo. Crev. tamen: *linguae stat facundia. est* Leid. uterque et quatuor omittunt. Vers. seq. doceat Putean.

31. QUO QUIS ENIM MAIOR ex primo Vaticano et tribus melioribus se edidisse ait Heinsius: horum unus erat Leid. primus, qui habebat: *Quo quis enim est maior.* Sub rasura Guelferb. idem fuisse credo. *Quo quisquam maior* Serv. Reliqui omnes cum florileg. Berol. et Murrnell. vett. edd.: *Quo quisque est maior;* Vinc. Bellov. Spec. hist. 7, 119. et Spec. doctr. 5, 68. ita habet: *Quanto quis maior magis est etc.* Favet hoc scripturae Heinsianae; enim in excerptis locum non habebat. Quidquid sit, de constructione vide supra ad 2, 507. et cfr. Met. 11, 437, 38.

36. FERA EST. *est* Guelferb. a pr. m. cum pr. Vatic. Pat. sec. Mor. Serv. Busl. Berol. et alio omittit.

37. QUID HABEMUS. *quid habetur* Busl. et alius Heinsii. *fortique videtur* Seguer.

39. QUAE DUCIS — POROS. *Quod ducis Eumachii* Bern. Porus Leidensis uterque servavit, coniectura assecuti fuerant Nauergerius in notis ad postreman Aldinam, Micyllus, Georg. Fabricius, Bersmannus, Tan. Faber. epp. 1, 38. *foros* Gallicus. *pharos* unus Heinsii et Berol. Reliqui cum vett. edd.: *pharos*, Guelferb.: *faros*, unus: *pharus*.

40. PRAECLARIQUE DOCENT. Istoc: *Praeclari* hesterni rosa languidius esse quivis criticus iudicet oportet. Pro quo Putean.: *Dardaniique*, Servii: *Phariiue*, duo Heinsiani: *Pompeiue*, florileg. Murrnell, et v. scr. in Francof.: *Praeclareque*. Heinsius *Dariiue* docent etc. corrigebat, acclamante Schradero: *feliciter! de eo agi ne dubita*. Posterius certissimum est, sed duo genitivi moleste leguntur, adiectivum *Dareus* esse non potest, quomodo Salvagn. Boess. ad Ib. v. 317. *Darei* pro *Dariaei* dictum putabat. Sed neque feliciter ipse Schraderus: *Rogalisque* repositurus erat, neque nos invenimus propter quod suovetaurilia faceremus. Potest nomen oppidi latere; vin' igitur *Tharaci*? illud ultimum in fuga Codomannus attigit: potest regionis; num fortasse: *Bastrini*? cfr. Appian. l. 3, c. 21, §. 9. Apulei. Metam. p. 472. Oud.: potest adiecti-

Neve hominum referam flexas ad mitius iras,  
Iunonis gener est qui prius hostis erat.

Denique non possum nullam sperare salutem,

Cum poenae non sit caussa cruenta meae.

45 Non mihi quaerenti pessumdare cuncta petitum

Caesareum caput est, quod caput orbis erat:

Non aliquid dixi, violentaque lingua locuta est,

Lapsaque sunt nimio verba profana mero:

Inscia quod crimen viderunt lumina, plector,

50 Peccatumque oculos est habuisse meum.

Non equidem possum totam defendere culpam;

Sed partem nostri criminis error habet.

Spes igitur superest, facturum, ut molliat Ipse

51. totam possum.

rum, vel participium, sed doctius et efficacius, velut: *Prædator* cfr. Prisc. 8, 6. *funus tunc esset cadaver*, cfr. Markland. ad Stat. silv. 3, 5, 52. *Collatque si concedis in vulgatum abire potuisse* explica duce Marklando ad Stat. 3, 3, 134.

41. FLEXAS AD MITIUS. *versas iras Francius malebat. flexas modo amitiis* pr. Palat. *ad amicus tres Heins. Crev. ad lemius unus. ad mitius aures Seguer.*

43. NULLAM SPERARE. *missam sper.* pr. Palat.

44. CUM POENAE NON SIT. *Cum non sit culpae* Palat. *primus et unus vel duo. Cum non sit poenae decem fere codd., quorum Bersmanni et Bernensis optimi, edd. vett. omnes, Vinc. Bellov. sp. hist. 7, 120. Poenae cum non sit* Leid. sec.

45. NON MIHI. *Nec mihi* Reland. *cuncta parentum* Berol. Vers. seq. *Augustum caput* Reland. pr. v. scr.

47. NON ALIQUID DIXI ETC. *Num dixit* codd. exhibuerint minus constat. *Nostrorum certe et impressorum veterum nullus agnoscit. violataque lingua loquendo est* pr. Vatic. et Guelferb. unde Heinsius coniiciebat: *loquenti*, memor fortasse illius in Fast. 2, 474: *Nec violant timidi piscibus ora Syri. violandaque lingua* Laurentius Santenius tentabat.

48. LAPSAQUE nostri quatuor. *Lapsave* vett. edd. omnes Heinsianorum paulo plures illud, quam hoc.

50. HABUISSE MEUM. *habuisse meos* Guelferb. et plurim. cum vett. edd. octo. *mih* Reg. cum Moret. pro v. scr. et tres *meum* Palat. sec. Gall. Mor. a pr. m. quinque Heins. Bern. Berol. ed. Bonon. et Vincent. Bellov. Sp. h. 7, 120.

51. POSSUM TOTAM ex Palat. pr. Leid. utroque, Busl. et quinque aliis. Reliqui: *totam possum*, nisi quod *tantam def. causam* Barber. *totam possim* Berol., quod in schedis divinaverat Heinsius. *coram possum* ed. Bonon. *def. vitam* Busl.

53. FACTURUM, UT MOLLIAT IPSE. *Quam servavimus scri-*

## Mutati poenam conditione loci.

Hunc utinam nitidi Solis praenuntius ortum  
Afferat admisso Lucifer albus equo.

53

pturam Heinsiani codd. plurimi, nostri et vett. edd. omnes exhibebant. *tacturam* Busl. habebat, *fatorum* sec. Palat., ut tres Heinsiani omiserant. Igitur in vulgata scriptura pronomen illud *Ipsæ* rectissime sese haberet: more enim satis consueto pro clarioris cuiusvis nomine, quod intelligitur, poneretur, velut Met. 1, 178. Fast. 2, 744. Cic. de nat. deor. 1, 5. Sen. Herc. Fur. 798. vid. Loers. ad Her. 2, 20; si modo *facturum* haberet, quo referri posset, nisi ad *deum* versu abhinc duodetricesimo. Nec ad obsoletam illam loquendi formam, quam illustrat Gell. N. A. 1, 7., quaque ipse utitur 13, 5. et 17, 9. confugiendum existimo. Qua de causa Heinsius cod. Hafniensis scripturam: *superest, ut nostram molliat ipse* non malam iudicabat, ex Combiani var. scr.: *futurum: superest, ut molliat ipse futurum* eliciebat, postremo vel sine codd. *facturum, ut molliat ipsum* suadebat. Burmannus quae hoc loco disputat a re, quae agitur, aliena sunt: coniecturam, quam protulit,

*Spes igitur superest, ut duram molliat ipse,*

a Schradero probari potuisse admiror. Nam *spes est, ut veteres dixisse, Ausonii uno versiculo vix evincitur. Ignota hactenus fuit Josephi Scaligeri de hoc loco sententia, qui adscripserat: facturum, te scilicet.* Quae interpretatio istis correctionibus facile praestat: nam pronomen ubivis fere omittitur, si sponte intelligi possit, cfr. Fast. 6, 393: *Posse fame vinci spes excidit*; Met. 9, 445: *credensque suis insurgere regnis*; ib. 11, 787: *Indignatur amans invitam vivere cogi*; 14, 203, 204; Manil. 1, 414; denique ut hic secundae personae apud Sabin. ep. 3, 18: *Laederis et laesam scribis amare tamen.* Tamen non intelligitur, quomodo Carus, poeta et causidicus, neque dum vel illa dignitate Caesaream domum attingens, quae Pont. 4, 13. indicatur, id praestare potuisset, quod Fabius Maximus totque multo potentiores Nasonis amici non valuerunt. Neque versibus 29, 30. hoc poscitur, sed longe aliud, ut quis intelligit. Restat igitur, ut hunc locum aut quoad eius fieri possit interpretemur, aut emendemus. Simplicissimum forsitan fuerit attractionem agnoscere eius generis, de quo doctissimus G. T. A. Kruegerus disseruit libri de Attractione L. L. p. 179. sqq. ubi tamen cum de enunciatis tantum, altero primario, altero per pronomen relativum adiuncto, agatur, hoc exemplum peculiare id habet, quod tribus ordine enunciatis coniunctis vox *ipse*, quae ad secundam pertinet, tertio additur, quod per *ut* coniunctionem a secundo suspenditur. Coniectura si opus sit, quod dubito, facillimam hanc fore non dubito:

*Spes igitur superest facturum, ut molliat Ipse.*

*facturum, scil. te, uti Scaliger voluerat: favere, ut, ignota lexi-*



## VI.

**F**oedus amicitiae nec vis, carissime, nostrae,  
 Nec si forte velis, dissimulare potes.  
 Donec enim licuit nec te mihi carior alter,  
 Nec tibi me tota iunctior Vrbe fuit.

**5** Isque erat usque adeo populo testatus, ut esset  
 Paene magis quam tu, quamque ego, notus amor.  
 Quique erat in caris animi tibi candor amicis  
 Cognitus est ipsi, quem colis, iste viro.

8. illi q. c. ipse.

cographis locutio, veterum exemplis satis constat, cfr. Pont. 3, 2, 22: *At meus excusat caros ita candor amicos,*

*Utque habeant de me crimina nulla, favet.*

Seneca Controv. 1, 2, p. 98. Gron.: *favetis illi, ut quam primum servitutem mutet.* Tibullus 4, 6, 7. (edd. praeter Lachm.):

*At tu, sancta, fave, ne nox divellat amantes.*

cfr. Serv. ad Virg. Georg. 1, 18: *favere enim veteres etiam velle dixerunt.* Certe ex hac scriptura illa vers. 28. in libro Barber. orta videri possit, vel adeo debet.

## VI.

Inscr. *Ad amicum Francof. Laudat amicum Berol. Ignotum plebi fedus collaudat amici Berol. Pirckh. Ad amicum, quo familiarissime usus Aldus.*

1. **NEC VIS, CARISSIME, nobis car.** Palat. pr. Putean. cod. Bersm. Pirckh. Rel. Crev. et sex Heinsii. *non vis* viginti fortasse et vett. edd., excepto tamen Guelferb. Francof. Bern. et qui illis similes sunt. Vers. seq. *Non si* Bersm. Pirckh. Vers. 3. *notior alter* Moret.

7. **QUIQUE ERAT** se tueatur licebit auctoritate Palat. prim. exc. Voss. Busl. et cod. Bersm. *Qui fuit* Leid. uterque. *Quisquis es* in Berol. Reliqui omnes scripti et editi Heinsii et nostri: *Quique est.*

8. **IPSI, QUEM COLIS, ISTE.** ipsi Palat. uterque, cod. Bersm. Guelferb. Francof. Reg. Mor. Serv. Leidd. Jun. quatuordecim alii meliores Heinsii cum prima editione, Seguer. Rel. Berol. Crev. illi paucissimi: Putean. Gall. cum duobus aliis et vett. edd. Reliqui cum Politianeis: *isti.* — *iste viro* ex prim. Vatic. Guelferb. Palat. sec. Serv. *ipse* reliqui. Si quid hic difficultatis est, est id in eo, utrum ex his pronominibus: *iste*, an: *ipse* locum habeat. Priores critici minus recte rem gesserunt. Heinsius emendabat: *ipsi deo*, vel sic tamen de mendo alio suspicatus, interpretem postea

Nil ita celabas, ut non ego conscius essem,  
Pectoribusque dabas multa tegenda meis.

10

nactus Jo. Schraderum Emend. p. 225, qui immanem illam mutationem appellans totum distichon abolendum censet his argumentis: *candorem in amicis* non esse Ovidianum, si vel Latinum sit: in praecedentibus et in sequentibus agi de amore mutuo Ovidii et amici, nihil igitur de Caesare, sed de candore Ovidii expectandum fuisse: denique turbari denuo orationis decursum temporum mutatione — *erat — erat — est — celabas*, etc. Nam quantum frivolum est, iterari voces: *notus, cognitus, erat, erat, carior, caris*: primae enim non litteris tantum diversae sunt, secundae ex codd. variari poterant, tertiarem certe in hoc versu propria est significatio, si quasi fraternum amorem indicare voluit poeta. Reliquas obiectioes uno verbo licet eludere: *candor in amicis* non est candor erga amicos, ipsi Augusto cognitus, qui illum ideo amabat, quae Burmanni interpretatio est, sed candor in amicitia, cui opponitur candor in clientela vel in potentiorum cultu. *cognoscere est* experiri, probatum habere, quod notissimum, cfr. Met. 14, 15:

*Quanta sit herbarum, Titani, potentia, nulli,  
Quam mihi, cognitius, qui sum mutatus ab illis;*

Am. 1, 8, 105. Met. 9, 727. Iam sive ad Celsum hoc carmen spectat, Fabii Maximi clientem, quod Politianus sese arbitrari in archedis Florentinis notaverat, sive ad alium apud Augustum ipsum gratiosorem, quam rem vix diiudicaverim, tota hac ecloga nihil dicit poeta, nisi quod ad illum finem collineet, ut ad auxilium sibi ferendum alterum permoveat. Prima igitur pars est, ut posse eum demonstrat: poterat autem ille salva existimatione sua, quia notissima erat familiaritas cum Nasone, quia gratia pollebat. Altera pars est precatio, ut nunc velit, cum olim quo minus voluerit, per poetam steterit. Tertia pars est culpa excusatio. His ita expositis mirum non est Schraderum offendisse in iis interruptis, quae coniungenda esse sibi citra necessitatem persuaserat. ipsi viro quomodo interpreteris, Servius docebit ad Virg. Buc. 4, 43: *ipse aries: ipse autem quod addidit, non vacat: nam sunt quaedam pronomina, quae addita nominibus faciant dignitatem etc. iste*, quod edidimus, refer ad *candorem* et versum licet accenseas iis, quos tibicines appellarunt veteres grammatici, cfr. Serv. ad Aen. 6, 186., modo ne tam ineleganter abundare vocolam credas, atque in vulgata scriptura: *ipse*, sed ita, ut ille 3, 12, 39; Met. 8, 497; 10, 328; Pont. 1, 1, 12. Cfr. Her. 20, 90:

*Tam bene qui servit, serviat iste mihi;*

infr. 4, 4, 3, 4: — *patrii candoris imago,*

*Non careat nervis candor ut iste suis;*

Pont. 2, 5, 14: *Moribus ista tuis tam mitia vota dedisti.*

Art. am. 2, 415: *Sunt qui praecipiant herbas, satureia, nocentes*

*Sumere, iudiciis ista venena meis.*

9. NIL ITA ETC. Nil mihi cel. Berol. quod non ego unus  
Vaticanus: glossemata apertissima; noli cum Burmanno posteriori

- Cuique ego narrabam secreti quidquid habebam,  
 Excepto quod me perdidit, unus eras.  
 Id quoque si scisses, salvo fruerere sodali,  
 Consilioque forem sospes, amice, tuo.
- 15 [Sed mea me in poenam nimirum fata trahebant:  
 Omne bonae claudunt utilitatis iter.]  
 Sive malum potui tamen hoc vitare cavendo,  
 Seu ratio fatum vincere nulla valet;  
 Tu tamen, o nobis usu iunctissime longo,  
 20 Pars desiderii maxima paene mei,  
 Sis memor: et si quas fecit tibi gratia vires,  
 Illas pro nobis experiare rogo.

scriptura commendari putare Heinsii correctionem: *'cui non ego*.  
 Vers. seq. Fabri commentum propositum in epistolis inde ab  
 Heinsio omnes commemorant: *cuncta tegenda*. Schraderus dubitare  
 se adscripserat, cum damnare debuisset non una de causa.

15. SED MEA. Sic mea Jun. mea me poenam Leid. prim.  
 facta trah. Palat. prim.

16. OMNE BONAE CLAUDUNT. *Omne bonum claud.* Palat.  
 prim. Guelferb. Serv. Bersm. et Vatic. apud Ciof. *Omne mihi*  
*claud.* Bern. Jun. Rel. *Omne bonae et claud.* editiones pleraeq.  
 post Aldinam secundam. Multa in hoc disticho tentata sunt post  
 Janum Doezam, qui: *Omne bonae haec claudunt* et Jacobum Röve-  
 rum, qui sequente Heinsio patre: *bonae ut claudunt* suadebant.  
 Burmanni altera coniectura solito minus est inficeta:

*Dum pronum claudunt utilitatis iter.*

Nos tamen in Nic. Heinsii et Jo. Schraderi concedimus senten-  
 tiam, spurium omnino videri distichon, vocis *poenae* potissimum  
 significatu, qui requiritur, minime latino, quem nec supra 2, v.  
 607. tulimus, adinoniti. Causa autem interpolandi vocula *tamen*  
 vers. seq. a librariis minus intellecta fuisse videtur.

18. SEU RATIO ETC. *Seu fatum ratio nulla vitare potest*  
 Bern. *nulla potest* Reg. pro v. scr. Gall. Pirckh. Jun.

19. TU TAMEN. Quoniam non immerito Heinsius offendit  
 in repetito tantulum per intervallum *tamen*, et quoniam superior  
 in loco vix est, ut aliud quid lectum fuisse videatur, hoc in vers.  
 fortassis substituendum est: *tantum*, levissima certe mutatio.  
 Ista particulas nullus non vel antiquissimus codex per compendia  
 scriptas olim habuit; ac plerumque *in* significat: *tamen*, interdum  
 autem, velut in codice Reland. Fast. semper: *in*, quod alias solet  
 notare: *tantum*. usu iucundissime prim. Vatic.

21. SI QUAS FECIT TIBI. *si quas tibi fecit* Leid. uterque.

Numinis ut laesi fiat mansuetior ira,

Mutatoque minor sit mea poena loco.

Idque ita, si nullum scelus est in pectore nostro, 25

Principiumque mei criminis error habet.

Nec breve, nec tutum, quo sint mea, dicere, casu.

Lumina funesti conscia facta mali;

Misque reformidat, veluti sua vulnera, tempus

Illud, et admonitu fit novus ipse dolor. 30

Et quaecunque adeo possunt afferre pudorem,

Illam tegi caeca condita nube decet.

27. Nec leve, nec tutum est. 32. nocte.

Vers. 23. *Numinis illaesi* Seguer. *fiat mihi mitior ira* Comb.

Vers. 25. *Facque ita* Bern. *si missum scelus* Palat. prim.

26. PRINCIPIMUMQUE. *Principiumve* Guelferb. Seguer. Reg. prima omnium editio et septem alii Heinsii codices. *Principium nostri crim.* Moret. Pirckh. *Praecipuumque* suadebat Heinsius.

27. NEC BREVE, NEC TUTUM, QUO SINT. *est loco movimus auctoritate optimorum et plurimorum codd.* Palat. prim. Guelferb. a pr. m. Reg. Gall. Serv. Leidd. Bern. Berol. duodecim aliorum Heinsii; atque ita sine discrimine legitur Pont. 1, 6, 21. Quod vero illic post Heinsium legimus: *Nec leve, nec tutum*, factum id est ideo, quod hoc in loco in suis sibi schedis erravit Heinsius. Scriptum nimirum invenio: „*Nec leve* Gottorph. *bene unus.*” Videbatur igitur sibi olim probasse scripturam unius libri, quae in Ponticis aliquorum habetur, verum sensu aequae paene cassa est, atque altera: *Nec bene.* Reliqui libri scripti et impressi omnes id tuerentur, quod revocavimus.

30. ADMONITU FIT NOVUS IPSE DOLOR. *amonitu* Palat. prim. *ipse pudor* Vatic. prim. Palat. sec. Moret. pro v. scr. et duo alii eiusdem, opinor, notae, quippe ab Heinsio meliores appellati.

31. ET QUAE CUNQUE ETC. *Et quodcunque* Palat. prim. *quaecunque at eo* Vatic. prim. *quaecunque deo* Servian. et margo additionis Micyll. et aliarum. *possint* Palat. prim. cum codd., si recte computo, decem, mediocris notae omnibus, et vet. edd. *af- ferte dolorem* Bern.

32. TEGI CAECA CONDITA NUBE DECET. *tegi sera cond.* ed. Bonon. *nube* pro vulgato: *nocte* Palatini primi potissimum fide receptum existimari velim, accedentibus Bersm. Busl. Pirckh. Leid. prim. Moret. et Rel. v. scr. quatuor alii Heinsii cum ed. Bonon.; quamvis olim iam Grutero placuerit, quamvis, si ad vivum nuda resces, habeat fortassis, cur unice placeat. Nam *casca* et *egre* et *nox*, et *nubes* passim dicitur apud Ovidium: *condere* autem *noctem* aequae, ac *nubem aliquid*, nisi addito alio substantivo, velut ter. 8, 187: *Nox ubi me thalamis — Condidit;*

Nil igitur referam, nisi me peccasse, sed illo  
Praemia peccato nulla petita mihi:

35 Stultitiamque meum crimen debere vocari,

Nomina si facto reddere vera velis.

Quae si non ita sunt; alium, quo longius absim,

Quaere; suburbana est hic mihi terra locus.

38. suburbana haec sit mihi terra, locum.

neque ab hoc poeta dici memini, neque ab aliis dictum esse potest verim. *decent* Palat. prim. Caeterum Heinsius et Schraderus tum hoc distichon interpolationis suspectum habuerunt. Velle aperte impugnassent, non tecte insinulassent magni viri. Nam emendatione Burmanni nihil aptius dici possit, quam hoc ipsum distichon. Hoc si inter verba Ovidiana placere nobis vel displicere dixerimus, cum argumenta in neutram partem parata habeamus nihil dixerimus. Floril. Berol. cum codd. omnibus agnoscit.

34. PETITA MIHI. *petita meo* Busl. et exc. Voss. *Voss* seq. *meam crim.* solus Moret. pro *v.* scr.

36. NOMINA SI FACTO. Heinsii scripturam retinimus, de promptam e sex illius codicibus nostrisque Guelferb. Bern. Berol. Reland. Aliquanto plures cum vet. edd. habent: *Nomina factis*; non prohibito hemistichiorum concentu, Lachm. ad Prop. 1. 5, 20; quamquam aequalitate illa in *nominibus* et *factis* sibi oppositis facile carendum est, cfr. supra 2, 434:

*Nomen adest rebus, nominibusque pudor,*  
et infra 5, 12, 12: *Remque piam praestas, et mihi verba nega-  
fato* Palat. sec. Leid. sec. *si fatis addere* Pirckh. *Nomina si  
ficto* Palat. prim. Crev. *Nomina sic ficto* cod. Bersm. *Nomine si  
ficto* sedecim aut viginti quatuor Heinsiani, inter quos Putean. Francof. et exc. Voss. praestant. *reddere verba* Palat. prim. Politian. sec. Reg. et alius. *Nomine si vero reddere verba* *voss* Sequer.

37. QUAE SI NON ITA SUNT ETC. *ita sint* quatuor Heinsii et prima eius editio. *alium quoque longius* Palat. sec. Jun. *alium quoque longius orbem* Pirckh. *longius absim* Serv.

38. QUARE; SUBURBANA EST HIC MIHI TERRA LOCUS. Vulgatam, quam in malam rem ablegatam volumus, durissimos numeros habere indicabat Schraderus, explicari non potest quivis sentire debet: nititur auctoritate octo veterum editionum, quarum origo est Rubeana anni 1475. Si ab ista scriptura discesseris, quodcunque arripias ex iis, quae Heinsius in schedis notae reliquit, plus habebit fidei, pleraque erunt elegantiora illa; ad verum autem agnoscendum, vel certe inveniendum, nulla opus est sagacitate. Scripturam partim a Bersmanno, partim a Dan. Heinsio confictam: *suburbana hic sit mihi terra locum* pauculi, aliqui tamen

## VII.

Vade salutatum subito perarata Perillam  
Litera, sermonis fida ministra mei.

add. habuerunt. *suburbana est haec mihi terra locum Guelferb.*  
*ed. Bersm. et sex Heinsiani. est haec mihi terra locus Bern. Berol.*  
*al. Serv. Jun. est hic mihi terra locum Busl. et aliquot. subur-*  
*bana est mihi terra locum Crev. est hic mihi terra locus Palat.*  
*rim. Politian. uterque, Putean. Francof. Reg. Gall. Moret. Rel.*  
*leger. et novem alii cum prima Heinsii et veteri Bononiensi edi-*  
*tionibus. suburb. est hoc mihi terra loco Pirckh. Qui restant:*  
*suburbana hic sit mihi terra locus. Harum scripturarum cum una*  
*tantum per se absurda sit, damnandae ante omnia eae erant,*  
*quae: locum habent. Eo enim recepto enunciatorum, quorum*  
*verba sunt: quaere et: sit, vel: est, ea sancitur ratio, quae impro-*  
*moda est: Si mentior, alio a te relegari volo: hoc erat impu-*  
*gnari, nam ab amico illo relegari non poterat; verba: suburbana*  
*hic sit mihi terra sensum nullum, ne absurdum quidem habent.*  
*Contra simulac probaveris: locus, verba: alium, quo long. abs.*  
*enunciati loco erunt, primum vero illud: Si mentior,*  
*hic locus mihi suburbanus est vel sit. Sed posteriorem modum*  
*etque libri optimi et plurimi admittunt, neque aut sententia, aut*  
*praecepsit, indicativus. Nihil enim imprecationis his inest, si-*  
*mi edimus, qualis in illis Fast. 4, 227: si mentiar, inquit,*

*Ultima, qua fallam, sit Venus illa mihi,*

sed simplex contestatio: tam vera dico, quam vere in suburbano  
 locum sum. Ita per indicativos locutus est Eurip. Medea v. 411.  
 seq.: *Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι πῶλαι* etc. Claudian. in  
 Prop. 1, 350: — *si talibus, inquit,*

*Creditur, et nimis turgent mendacia monstris;  
 Iam testudo volat, profert iam cornua vultur,  
 Prona pelunt retro fluvii iuga, Gadibus ortum  
 Armenii texere diem etc.*

Verba: *alium, quo longius absim, quaere* significant inventum alium  
 locum non iri; supplendum enim cogitatione: *si potes*. Ea  
 nomina regnat in iis praesertim imperativis, quibus praeponitur: *I*  
 Am. 1, 7, 35. Art. am. 2, 222. Pont. 1, 3, 61. et alibi;  
 best etiam illis Met. 6, 201:

*Ita sacris, properate sacris laurumque capillis  
 Ponite;*

nam acerbam perorationem minus ceperunt interpretes.

## VII.

Inscr. *Ad suum librum Francof. Ad Perillam Berol. Libros*  
*scribendos suadet modo Naso puellam Pirckh. Berol. Jubet episto-*  
*re, ut Perillam adeat Ald.*

- Aut illam invenies dulci cum matre sedentem,  
 Aut inter libros Pieridasque suas.  
 5 Quidquid aget cum te scierit venisse, relinquet;  
 Nec mora, quid venias, quidve, requiret, agam.  
 Vivere me dices; sed sic, ut vivere nolim:  
 Nec mala tam longa nostra levata mora.  
 Et tamen ad Musas, quamvis nocuere; reverti,  
 10 Aptaque in alternos cogere verba pedes.  
 Tu quoque, dic, studiis communibus ecquid inhaeres  
 Doctaque non patrio carmina more canis?  
 Nam tibi cum fatis mores natura pudicos  
 Et raras dotes ingeniumque dedit.  
 15 Hoc ego Pegasidas deduxi primus ad undas,

4. PIERIDASQUE SUAS. *Pieridasque tuas* Vatic. prim. Palat. prim. et fortassis Palatinus secundus, lapsio, cum enotaret Grutero. *Pieridesque*, ut solent, veteres editi cum uno vel altero scripto.

7. DICES, SED SIC, UT VIVERE. *dices sic ut me viv.* cod. Bersm. Pirckh.

11. TU QUOQUE. *Haec quoque* Putean. *dic Musis communibus* Reg. Put. Busl. Jun. Pirckh. Bersm. tredecim alii et ed. Bonae. *dic scriptis communibus* Bern. *dic tu diis* Reg. pro v. scr. *dic et diis* comm. Crev. *dic musis et carminibus quid inh.* Seguer. *haec quid inh.* Guelferb. et *quid, ut quid, inquit* alii.

12. NON PATRIO. *num patrio* Vatic. unus et Seguer. *num patrio* Leid. prim. *Ductaque Francii vel Hoogstratani fuit commentum.*

13. NAM TIBI CUM FATIS. Codd. triginta duo, inter quos Palat. prim. Guelferb. et meliores omnes, cum vet. edd. omnibus: *fatis*, reliqui libri: *facie*. Illi in schedis Heinsius olim adscripserat: *male*, hoc Schraderus probabat propter v. 33. sqq., ita tamen, ut coniceret: *cum vita*, coll. 1, 6, 24. Burmannus cum *Fatis* interpretabatur non indocte, cfr. Mythogr. Vatic. p. 40., quod tamen simplicius fit in vulgata scriptura ex locis, quales hi: Pont. 4, 9, 9:

*Atque ego si fatis genitus melioribus essem;*  
 Fast. 4, 232: *fatum Naidos arbor erat.*

14. ET RARAS. *Et caras* Guelferb. Vatic. prim. Gottorph. Rottendorph. *Clarius* coniciebat Heinsius, improbante recte Schraderi propter ea, quae sequuntur. *ingenuisse dedit* Berol.

15. HOC EGO PEGASIDAS. *Hoc pegasidas* Guelferb. a pr. m. *pegaseas* Palat. prim. *pegasias* Moret. m. pr. et sex. *pegasus aduari* Leid. prim. *pegasidis ab undis* Gall. *in undas* Palat. sec. Pirckh. Bern.

Ne male fecundae vena periret aquae.

Primus id aspexi teneris in virginis annis:

→ Vique patet, venae duxque comesque fui.

16. NE MALE FECUNDAE. Ne male e fundo Palat. prim. Guelferb. ab antiqua manu, in rasura tamen vulgatae lectionis. male effundo Berol. male e funde Seguer. malee, vel maleas fundo codd. viginti tres, inter quos meliores omnes exceptis Bern. et Bersm. males in fundo Rel. male fundo Crev. Neimidem novi, qui Maleam pro Taenaro dixerit: coniunxit utrumque quodammodo Serv. ad Virg. Ge. 4, 467.

17. PRIMUS ID ASPEXI. Primus et asp. Buslid. Palat. sec. Bersm. et septem alii. Primus ut asp. unus Heinsii. Primus id emplexus ten. Pirckh.

18. UTQUE PATET, VENAE DUXQUE ETC. Sic Palat. prim. Serv. Moret. Comb. Utque pater venae Gall. Pirckh. Francof. pro v. scr. et duo alii ignoti. pater venis duo item incogniti. pater veni Reg. et alius. pater Veneris Politian. sec. Hamburg. Medic. unus, Francof. a pr. m. Seguer. a pr. m. pater iuveni Jun. pater nemo Polit. prim. pater patriae Berol. pater nati Putean. pater natis Crev. Reliqui codd. omnes: pater nate, nisi quod Guelferb.: patet nate; vett. edd.: pater natae. — His ita accuratius propositis, atque a Burmanno factum fuit, audi praestantiorum criticorum de hoc disticho iudicia. Heinsius nihil nisi: „latet ultimus” adscripsit. Schraderus Emendationum p. 225. totum pro suppositio proscibit, quia nihil in eo dicatur, nisi quod in prioribus, quia ingrate repetantur: primus, venae, dux, quales repetitiones propria esse versuum spuriorum indicia constet, quia: patet venas intelligi non possit. Huius argumentationis pars maxima eluditur, si cum libris plerisque legas: Utque pater natae et intelligas de privigna, quam Nasonem habuisse fidem faciunt Pont. 4, 8, vv. 11, 12. Tr. 5, 5, 19. Conferes autem locum simillimum Statii Silv. 3, 5, 55: Sic, ut mater amas etc.

de noverca dictum. Lucraberis inde meliorem Heinsiana versus 12. interpretationem: illam enim redarguit cum res ipsa, notissimis aliis eius aevi poetris, Plotia, Hostia, Sulpicia, tum sequens versus 13. animadvertente iam Withofio. Sed tamen vel sic primum orationis quaedam scabrities, ac deinde mira librorum discordia iudicium moratur. Verum et hos et Schraderi, qui restant, scrupulos tolli, nisi coniectura, posse desperandum est. Potest igitur noster scripsisse: Primus ut aspexi teneris in virginis annis,

Usque perennanti duxque comesque fui.

Ita anaphorae figura et repetitionis offensionem et sententiae hiatum inter hoc et superius distichon amolitur. Ingenium perennare dicitur, ut amor Art. am. 3, 42. quod verbum cum de perenni aqua acciperent librarii, sive quia vena substantivum proxime praecederet, glossam adscribere: venae. Hinc atque ex erroribus in ipso illo verbo commissis, uti et Fast. 1, 721; 2, 265., istae scripturae librorum natae sunt, quorum Puteaneus proxime a vero abest, Po-



- Ergo si remanent ignes tibi pectoris idem,  
 20 Sola tuum vates Lesbia vincet opus.  
 Sed vereor, ne te mea nunc fortuna retardet,  
 Postque meos casus sit tibi pectus iners.  
 Dum licuit tua saepe mihi, tibi nostra legebam;  
 Saepe tui iudex, saepe magister eram;  
 25 Aut ego praebēbam factis modo versibus aures;  
 Aut ubi cessaras, caussa ruboris eram.  
 Forsitan exemplo, quia me laesere libelli,  
 Tu quoque sis poenae facta ruina meae.

28. poenae fata secuta.

lit. prim. et Berol. soli interpolationem passi videntur. Reliquae quae mutavimus, partim ex codd. desumpta, partim levissima esse vides. Post hoc distichon sequitur istoc:

*Tunc quoque, si forsā nostrum delevit amorem*

*Tempus, eram magno iunctus amore tibi*

in Palatino primo multisque alijs codd. leviter inter se discrepantibus. Abest in Guelferb. Francof. Bern. Reg. Put. Serv. Berol. Pirckh. Berol. Crev. Ex editionibus primus removit Aldus ao 1516. et cum denuo irrepisset aut Scaliger ipse, aut qui eius auctoritate obtemperaverunt. Confictum Schraderus putabat propter scripturam: *veneris duxque* etc. in priori versu. At ego ex opinione illam quam Sidonius Apollinaris sequitur epp. 2, 10. his verbis: *removiscere, quod saepe versum Corinna cum suo Nasone complectitur*. Hic Perillam de Corinna, Corinnam de Iulia maiore, ut puto, interpretabatur, versu tertio huius carminis fortasse de Scribonio somnians.

19. SI REMANENT. si manent Putean. et duo. Hunc sequentem versum omittit Francof.

20. VINCET. vincit Bersm. Busl. Pirckh. Crev. et septem cum octo vett. edd. vincat Leid. prim.

21. SED VEREOR, NE TE MEA NUNC. Hunc verborum ordinem Heinsius constituit secundum Putean. et duos tantum codd. ex nostris accedunt Guelferb. Bern. Berol. *Sed ne nunc mea timeo Mor. Sed te ne mea nunc tres Heinsiani.* Reliqui omnes cum vett. edd.: *Sed vereor ne nunc mea te fort.* Vers. seq. *Postque meos casus* Francof. et fortasse Bern. Vers. 23. *tua scriptis mihi Busl. legebas Serv. Vers. 24. tuus iud.* duo Heins. *S. f. iud.* Reg.

26. CESSARAS. cessabat Palat. prim. cessares Guelferb. Reg. Berol. Crev. et ed. princeps Heinsii.

27. EXEMPLO, QUIA ME. ex. quod me Bern. qui me Crev. *Forsitan ex illo quo me l. l. Schraderus,*

28. TU QUOQUE SIS POENAE FACTA RUINA MEAE. Praeterea ineptias librariorum: *Nunc quoque sit p. Mor. y. scr. scis p.*

Pone, Perilla, metum: tantummodo femina non sit  
Devia, nec scriptis discat amare tuis.

30

Reg. duplex est in hoc versu scriptura: altera interpolatorum librorum, quorum: *facta secuta* Vatic. prim. Polit. prim. Gottorph. Palat. sec. et duo Heinsii: *fata secuta* Guelferb. cod. Bersm. duo Heinsii et ed. princeps eiusdem; altera Palatini prjmi et reliquorum codd. et vet. edd.: *facta ruina*, nisi quod Crev.: *fata ruina* et Serv.: *poenae pars bona facta meae*. Si neutra istarum lectionum intelligi posset, excusari possent docti viri nova molientes, Heinsius: *tacta Perilla meae*, Muretus: *facta remissa*, editor Electorum Etonensium: *facta severa*; si par esset utriusque auctoritas, posset verum esset, quod utrique simillimum esset, a nobis olim propositum: *facta supina*, eo sensu, quo Seneca ep. 49. inicit: *supinus et negligens* usurpavit. Iam vero utrumque, *fata secuta* et *facta ruina* explicatum suum habet, modo ne exemplo *poenae* quae coniungantur, quod ab omnibus hactenus factum video, sed exemplo per se seorsim intelligatur: eodem exemplo, quemadmodum Manilius Astron. 1, 460: *Credimus exemplo*, quod analogia explicat Scaliger, Bentleius non intelligit, ex usu linguae latinae ne Jacobus Vir Dss. in program. Lubecensi 1833. p. 22. adstruit; Heinsius, Tristivm imitator, 1, 414:

*Cernimus exemplis oppida posse mori.*

Interpolatur cum sit codicum impar numerus, fides non eadem, origo interpolationis aperta in scriptura: *fata secuta*, denique intellectus in interpolata forma multo, atque in altera expeditior; res omnis peracta erit, simul atque demonstraverimus, quid sit: *Tu quoque sis poenae facta ruina meae*. Figurate locutus est poeta: metaphora satis ipsi consueta, qua ruinam pro infortunio ac supplicio suo saepissime posuit. Porro metonymia nequaquam insolenti ruinam fieri dixit, qui ruinam patitur h. e. calamitatem accipit. Huius figurae in hoc ipso vocabulo exemplum in promptu non habeo, verum nego eo opus esse: rem eandem certe habes in illis versibus 1, 9, 17. sq.: *Dum stetimus, turbae quantum satis esset habebat*

*Nota quidem, sed non ambitiosa domus;*

*At simul impulsus est, omnes timere ruinam;*

viden' ipsum stare, domum impelli? numquid cum domus ruina fieret (Met. 15, 424.) ipse fiebat? Iam si Perillam ruinam *poenae* fieri dicit poeta, facile eius mentem assequeris, si agnoveris similiter locutum esse Fast. 1, 523. sq.:

*Victa tamea vinces, eversaque Troia resurges:*

*Obruet hostiles ista ruina domos;*

contrariam autem sententiam posuisse infra 5, 14, 22. sq.:

*Area de nostra nunc est tibi facta ruina:*

*Conspicuum virtus hic tua ponit opus.*

29. PONE PERILLA ETC. Demo Perilla Jun. tantummodo femina nulla omnes libri scripti atque impressi praeter Pirckh. Rel. et quinque Heinsianos, qui receptam ab Heinsio scripturam habebant, et unum eiusdem, qui: *femina rara*.

30. DEVIA, NEC SCRIPTIS. Quod cum Heinsio exhibentus

Ergo demidiae remove, doctissima, causas,  
 Inque bonas artes et tua sacra redi.  
 Ista decens facies longis vitiabitur annis,  
 Rugaque in antiqua fronte senilis erit;  
 35 Iniiçietque manum formae damnosa senectus,  
 Quae strepitum passu non faciente venit.  
 Cumque aliquis dicet: fuit haec formosa, dolebis,  
 Et speculum mendax esse querere tūm.  
 Sunt tibi opes modicae, cum sis dignissima magna;  
 40 Finge sed immensis censibus esse pares.  
 Nempe dat id, quodcunque libet fortuna rapitque;

40. dat id cuicumque.

Putean. Serv. Pirckh. Jun. exc. Voss. Rel. et duo Heinsii alii libri suppeditarunt. *Devia neu* Gall. *Devia ne scriptis* Palat. prim. Polit. sec. Francof. Berol. Crev. et septem Heinsiani. *Devia a scriptis* Reg. Mor. Busl. et alius. *Devia ne a scriptis* Polit. prim. *Neve vir nec scriptis* Bern. *Neve vir a scriptis* Guelferb. a m. cum reliquis libris omnibus, praeter tres scriptos et ex ed. Bononiensem, qui: *Nec iuvenis scriptis*. Unus praeterea: *Neve et a numeris disc*. Vides item in hoc, ut in superiori disticho, duplicem interpolationem, alteram paucorum impudentissimam, alteram fraudulentioŕem integræ Italorum familiae, sed plurium praeterea librorum, atque paulo ante; notabis etiam hic, ut illic, Politianum primum medium esse inter verum et fraudem. Gronov. Observ. 2, 3. legentem: *femina ne sit Devia, neu scr. iustis causis non sequimur*. Reliquorum commenta oblivioni mandamus.

32. BONAS ARTES. *tuas artes* Berol.

35. MANUM. Codd. solus Bersmanni videtur habuisse: *manus*, edd. vett. tamen omnes ante Aldinam secundam et multas posteriores.

36. STREPITUM. *strepitus* Guelferb. Polit. uterque, Francof. et octo minoris rei: editiones hoc habere temere quidam affirmat.

37. DOLEBIS. *rubebis* unus Medic. *dolebit* floril. Berol. et Vinc. Bellov. Spec. hist. 7, 119.

39. SUNT TIBI OPES. Palat. prim. Guelferb. et meliores omnes codd., numero triginta et unum secuti sumus. Reliqui cum vett. edd. nostris: *Sunt et opes*.

41. DAT ID, QUODCUNQUE LIBET. Ante Heinsium in editionibus omnibus legebatur, quemadmodum etiam codd. longe plurimi habent: *Nempe dat et quodcunque*. Nam soli ex tot Berol. Put. Gall. Bern. Jun. Leid. pr. et duo alii: *dat id quodcunque* *dat et quascunque* Pirckh. Rel. et *cuicumque* unus Mediceus. Verulam *id*, quam tacitus Heinsius admiserat, retinemus, alteri emen-

Irus et est subito qui modo Croesus erat.  
 Singula quid referam? nil non mortale tenemus,  
 Pectoris exceptis ingenique bonis.  
 En ego, cum patria caream, vobisque, domoque; 43  
 Raptaque sint, adimi quae potuere, mihi:  
 Ingenio tamen ipse meo comitorque fruorque:  
 Caesar in hoc potuit iuris habere nihil.  
 Quilibet hanc saevo vitam mihi finiat ense;  
 Me tamen extincto fama superstes erit. 50  
 Dumque suis septem victrix de montibus orbem  
 Prospiciet domitum Martia Roma, legar.

51. suis victrix omnem de.

nationis parti nec ipse satis confisus suasit: *dat has cuiusque.*  
 Quidam igitur librorum potissimum sequamur auctoritatem in scri-  
 ptura et per se bona, et, si cum altera conferas, concinnitatis nomine  
 praestabiliore? Vincentium idem legisse in vetustiore nostris omni-  
 bus libro, certe *cuiusque* non invenisse existimo: alioquin non ita,  
 ut fecit, interpolasset hunc versum:

*Largitur quodcumque libet Fortuna rapitque.*

42. IRUS ET EST SUBITO. *Cirus et est subito* Berol. *Fit*  
*tenuis subito* Busl. *Fit cenius sub.* Reg. *Fit subito pauper* Rel.  
 et duo. *Fit gracilis subito* Mor. Vinc. Bellov. et septem. *Esus*  
*et est subito* Putean. *Egenus est subito* Crev. Eodem modo pro:  
*Croesus* libri alii: *crassus*, alii: *grossus*, singuli: *cossus*, *Cyrus*,  
*ives*, alia.

43. SINGULA QUID REFERAM. Palatinus primus cum dimi-  
 diato fere codd. numero et vet. edd. hoc tuetur; Guelf. Franc.  
 et reliqui: *Singula ne referam.*

45. CUM PATRIA CAREAM. *non caream patria* Guelferb.  
*terram patria* viginti Heinsiani partim meliores.

49. QUILIBET. Reg. a pr. m. Busl. et fortassis unus an al-  
 ter Naugerii correctionem habebat: *Qui licet.*

51. SUIS SEPTEM VICTRIX DE MONT. *suis victrix omnem*  
 neque sensu egregio, neque versus conformatione, cum si illum  
 spectes, omnem langueat, si hanc, *domitum*, e codicum numero;  
 quem pluris faciebat, atque oportuit, Heinsius edidit: Vatic. prim.  
 Guelf. Politiann. Palat. sec. tribus aliis et prima editione. *suis*  
*tolum* Serv. et alius. *Dumque suum victrix* Seguer. *Dum septem*  
*victrix omnem de m.* Comb. Reliquorum librorum neque scriptus  
 neque impressus quisquam discedit a meliore scriptura, quam e fuga  
 invocavimus.

Tu quoque, quam studii maneat felicioꝝ usus,  
 Effuge venturos qua potes usque rogos.

## VIII.

**N**unc ego Triptolemi cuperem conscendere currum  
 Misit in ignotam qui rude semen humum:  
 Nunc ego Medeae vellem frenare dracones,  
 Quos habuit fugiens arce, Corinthe, tua:  
 Nunc ego iactandas optarem sumere pennas,  
 Sive tuas, Perseu; Daedale, sive tuas:  
 Vt tenera nostris cedente volatibus aura  
 Aspicerem patriae dulce repente solum,

54. *QUA POTES, quos potes* Putean. *quam potes* Gall. Mor. Pirckh. Franc. Leid. prim. Bern. et tres quatuorve. *Novarum rerum cupidi* Leid. primi scripturam: *ipsa rogos poterunt probare* ne aut quo usque, aut qua arte, ut olim quidam, coniectent.

## VIII.

Inscr.: *Patriam et suos videre desyderat* Ald. A superiori non separatur in codd. Palat. prim. Guelferb. Put. Francof. Mor. Bess. Jun. Leid. prim. Pirckh. Berol. Seguer. Crev. aliis, atque prima editione. Gloss. Francof. a sec. m.: *Nova epistola secundum quosdam et alloquitur autor quemlibet.*

1. *CONSCENDERE CURRUS.* consistere curru Vatic. prim. Guelferb. a prim. man. Palat. sec. et unus Mediceus.

2. *IGNOTAM.* ignaram Richelian. probante Burmanno. T. confer Met. 1, 134: *Fluctibus ignotis insultavere carinas;* Virg. Georg. 1, 50:

*At prius, ignotum ferro quam scindimus aequor.* Schraderus tentabat: *imnotam.* Santenius denique, probata scilicet in versu priori Leid. primi scriptura: *currum*, in hoc legebat: *quo rude.* Sed restabat, ut quis *rude semen* mutatum iret, fortassis auxilio scripturae cod. Seguer.: *rude nomen.* Verum est intelligi nec illud posse, nisi duplicem hypallagen animum inducas, qualem apud Virg. Aen. 6, 268. 8, 542.

3. *VELLEM.* malle Vatic. prim. Palat. sec. Guelferb.

5. *IACTANDAS.* iactantes Palat. prim. octo Heinsii et novis excepto Guelferb. iactatas Heinsii quinque. portantes duo.

8. *PATRIAE DULCE REPENTE SOLUM.* patriae tecta vellet meae Voss. pro v. scr.

desertaeque domus vultus, memoresque sodales,  
 Caraque praecipue coniugis ora meae. 10  
 Stulte, quid haec frustra votis puerilibus optas,  
 Quae non ulla tibi fertque feretque dies?  
 Si semel optandum est, Augustum numen adora,  
 Et quem sensisti, rite precare deum.  
 Ille potens pennasque tibi currusque volucres 15  
 Tradere: det redditum, protinus ales eris.

9. vultum. 10. ora mihi. 11. quid o frustra. 15. Ille  
 tibi pennasque potest currusque volucres.

9. DOMUS VULTUS. Heins. ad *ὀμοιοτέλειον* vitandum sine  
 libris correxit: *vultum*; cuius generis plurima in poetis multo in ta-  
 libus curiosioribus reperiuntur. Nam de sensu nihil periclitamur,  
 si domum de familia accipiamus.

10. MEAE. mihi Busl. Rel. Berol.

11. QUID HAEC FRUSTRA. *quid hoc* quinque Heinsiani, prima  
 editio et noster Reland. Isti neque sunt multi, neque Heinsii  
 correctio: *quid o*, si penitus inspiciatur, locum hic habet. Aduva-  
 tur enim sententia et augetur oppositionis efficacia pronomine de-  
 monstrativo. Burmanniani sane stuporis est putare agi hic de re-  
 ditu quocunque modo efficiendo, sed tamen ne ille quidem ineptire  
 potuisset, nisi Heinsiana scriptura ei nocuisset.

12. ULLA TIBI FERTQUE REFERTQUE. *ulla tibi fertque*  
 Vatic. prim. Guelf. Palat. sec. Rottendorf. His nominibus lectis,  
 ut scio, iam iam iudicasti de scripturae pretio, nihil nos auditurus,  
 si vel elegantissimam esse affirmaverimus. Ac iure quidem; *tibi*  
 pronomem cave, otiosum esse credas; spectant ad illud e sequenti-  
 bus verba: *quem sensisti*. Debilis esset ea ratio, si sibi opponeren-  
 tur vanitas illa fabularum et sensus praesentioris numinis. *fertque*  
*refertque* Palat. prim. Guelf. et duodeviginti alii, *dies f. q. r. q.*  
*sibi* Francof. Seguer. et unus vel alter. *ulla sibi fertque* Bonon.  
*Quae tibi non ulla fertque* Pirckh.

13. AUGUSTUM NUMEN secundum Hafn. et Medon. verum et  
 nobis videtur. Quamquam reliqui libri omnes: *Augusti. nomen*  
 Francof. Putean.

14. SENSISTI. *laesisti* Serv. Mor. pro v. scr. et quatuor.  
 Ita Heinsius olim et Burmannus in prima editione ediderant.

15. ILLE — CURRUSQUE. Ita codicis Palatini primi aucto-  
 ritate, longe illa maiore, quam reliquorum librorum omnium, tradi-  
 tum est, uno quidem apice omisso in: *potes pro: potens*. Tacit.  
 hist. 3, 70: *neque iubendi, neque vetandi potens*. Ille tibi ca-  
 cabos potest Crev. *currusque volantes* Bersm. *currusque volan-*  
*tes* Pirckh. et quatuor codd. cum ed. Bonon. Reliqui libri omnes:  
*Ille tibi pennasque potest currusque volucres.*

16. ERIS. *ero* Serv. et Seguer. a s. m.

Si precer haec; neque enim possum maiora precari  
 Ne mea sint, timeo, vota modesta parum.  
 Forsitan hoc olim, cum iam satiaverit iram,  
 20 Tunc quoque sollicita mente rogandus erit.  
 Quod minus interea est instar mihi muneris ampli,  
 Ex his me iubeat quolibet ire locis.  
 Nec coelum, nec aquae faciunt, nec terra, nec aura  
 Hei mihi, perpetuus corpora languor habet.  
 25 Seu vitiant artus aegrae contagia mentis,  
 Sive mei caussa est in regione mali:  
 Vt tetigi Pontum, vexant insomnia, vixque  
 Ossa tegit macies, nec iuvat ora cibus.

17. possim. 19. cum se satiaverit ira. 20. Tum. Et mihi.

17. SI — PRECARI. *Si preter hoc n. e. possum maiore* Palat. prim. hoc etiam Guelferb. Bersm. Rel. et princeps *possim* ex uno Italico admiserat Heinsius. *maiore rogare* viginti duo codd., inter quos Guelferb. Palat. sec., puto etiam reliqui notae; non Palat. prim., Francof., Putean. Burmannus quasi scripturam „librorum fere omnium” recepturus erat, nisi statim sequitur, in hoc uno interpolatoribus priscis cautior.

19. HOC — IRAM. *haec olim* Putean. et octo Heinsii. *olim tres eiusdem.* Ex solo Juniano Heinsius ediderat: *cum se satiaverit ira*, nullo ex nostris libris agnoscente, nisi quod Bern., Stettleri constiterit fides, habuisse oportet: *cum se satiaverit ira*. Nos quod res exigebat fecimus, caeterum Heinsii iudicium reverentes, quo illud, quod librorum consensu excluditur, leviter praestrepervidit, scilicet tam levi discrimine, quo Palatini primi scripturae iras vulgatae: *iram*, quam mutare ausi non sumus.

20. TUNC. Ita libri longe plurimi et praeter Guelferb. Bersm. Putean., qui: *Tum* tuentur, etiam optimi.

21. QUOD MINUS ETC. *Hoc minus interea, quod ad instar muneris ampli* Barberin. *Quod minus interea est ad instar muneris ampli* Relandinus. Hic certe librarius voluit: *sed ad instar etc.*

24. HEI MIHI. Praeter Vatic. prim. et Palat. sec., quos sequendos in scriptura: *Et mihi* Heinsius putavit, et duodecim Heinsii, duos nostros, qui: *Heu mihi*, omnes libri aut: *Ei* cum Godefr. a pr. m., aut cum vett. edd.: *Hei mihi*, quod sensu nostro sollicitandum non fuit. Sequitur enim *meum malum*; quamobrem apud dicetur: *Hei mihi*, quam: *mihi habet*. Vers. 26. *Sive mea causa est et regione* Leid. prim.

que per autumnum percussis frigore primo  
 Est color in foliis, quae nova laesit hiems, 80  
 mea membra tenet: nec viribus allevor ullis;  
 Et nunquam quéruli caussa doloris abest.  
 Nec melius valeo, quam corpore, mente; sed aegra est  
 Viraque pars aequae, binaque damna fero.  
 Haeret, et ante oculos veluti spectabile corpus 85  
 Astat fortunae forma legenda meae.  
 Cumque locum, moresque hominum, cultusque, so-  
 numque  
 Cernimus, et quid sim, quid fuerimque subit;  
 Tantus amor necis est, querar ut cum Caesaris ira,

29. PERCUSSIS FRIGORE PRIMO. *percussus* Palat. sec. Beron. Minum Jun.

30. QUAE NOVA. *quo nova* Putean.

36. ASTAT — MEAE. *Astat* non quidem meliores omnes, *taes*. Palat. prim. Guelferb. et duodeviginti Heinsiani. Reliqui *am* vett. edd.: *Astans*. Verum *forma legenda* non tantum plurimi, undetriginta Heinsii, nostri omnes, sed etiam optimi cuiusvis familiae, Palat. prim., Itali, h. e. Vatic. prim. Politiani uterque, Palat. sec. Guelferb., tum Francof. Bern. Putean. etc. Igitur Pirckh. et duo cum ed. Bonon.: *verenda*, Hamburgensis: *lugenda*, Servii: *luenda*, ed. princ.: *tacenda*; qui restant libri, ut vides, non multi: *videnda*, quod in octo vett. edd. nostris extat. De interpretatione sitius *formae legendae* desperandum non videtur, quamquam, si Heinsium audias de apographo Edicti, quod secum abduxerit poeta, abundanti illa verba: *veluti spectabile corpus*. Igitur aut, si *capite* coniungas *legere formam*, cogitabis quasi de pictura aliqua, quam legi docet Serv. ad Aen. 6, 34; aut si figurate dictum accipias pro *forma fortunae legendae*, ut *forma* idem sit ac *species* Pont. 3, 9, 30., ad partes vocabis exempla eius verbi insolentiora, quo vid. Markl. ad Stat. Silv. 1, 2, 267. Heyn. ad Virg. Aen. 10, 815. Valer. Flacc. 4, 440.: *Proxima quaeque legens*; qui fidem facere videtur eorum, quae de origine locutionis Servius movit ad Aen. 6, 34.

37. LOCUM — SONUMQUE. *locos* cum edd. vett. nostris undecim plus minus codd. *cultumque* Moret. Leid. prim. *sonosque* tres scripti, princeps editio et veteres nostrae.

38. QUID SIM, QUID FUERIMQUE. *quis sim quis f.* Palat. prim. Reg. Seguer. Crev. *qui sim qui f.* Guelferb. Palat. sec. Francof. Bern. Put. Gall. Busl. Berol. et ed. princ. *quis sim qui* Leid. prim. *qui sim quid* exc. Voss. *fuerimque* Serv.

39. QUERAR UT CUM. Hanc scripturam ex Heinsianis libris Palatinus primus, Franc. et sedecim partim vulgares, partim ignoti



40. Quod non offensas vindicet ense suas.  
At quoniam semel est odio civiliter usus;  
Mutato levior sit fuga nostra loco.

## IX.

- H**ic quoque sunt igitur Graiae, quis crederet? urbes,  
Inter inhumanae nomina barbariae.  
Huc quoque Mileto missi venire coloni,  
Inque Getis Graias constituere domos.  
5 Sed vetus huic nomen, positumque antiquius urbe,  
5. positaque.

cum prima editione tuentur, ex nostris Guelferb. Rel. et vett. edd. Reliqui: ut de Cass., nisi quod tres: ut tum C., Jun.: ut tunc, Serv.: ut iam.

40. ENSE SUAS. ipse suas Putean. ille suas Seguer. et suas exc. Voss.

41. AT QUONIAM. Palat. prim. et optimi quique Heinsian. aliter non habuerunt. Aut quon. Guelferb. Serv. et sex Heinsian. cum prima illius et veteribus nostris edd. Et quon. Gall. Vett.

42. sis mea poena loco Bersm. sis mihi poena loco Leid. prim.

## IX.

Inscr.: De Medea Francof. Epla de eadem Berol. ep. XIX. Pirckh. Absirti terram narrat nec Naso notatam Berol. Pirckh. Unde Tomos dictus Ald. „Quosdam codd.” superiori connectere notaverat Heinsius.

1. SUNT — URBES. sunt urbes Graiae quis credere possit Moret. et sex Heinsiani cum vett. edd. nostris. sunt nobis graiae quis crederet urbes Seguer. sunt unquam Graecae quis crederet urbes Jun. sunt unquam quis Graiae crederet urbes Putean. sunt urbes Graiae quis crederet unquam Palat. prim. Guelferb. in rasura et punctis suppositis, Rel. editio princeps.

3. VENERE. movere Berol.

5. SED — URBE. Si vetus Palat. prim. positaque Guelf. Palat. sec. Francof. et vix decem Heinsiani cum vett. edd. nostris omnibus. Si qui inter illos meliores sunt libri, Italos puta potissimum esse, nam de Palatino primo, Putean. Bern. Bersm. exc. Voss. alterum constat. Si levis videtur discrepantia, quia, ut solet, proxima sibi nomina copulaverint librarii, obstant scripturae: antiquitas et: urbi, novem utraque codicibus tradita, non iisdem,

Constat ab Absyrti caede fuisse, loco.

Nam rate, quae cura pugnacis facta Minervae

Per non tentatas prima cucurrit aquas,

Impia desertum fugiens Medea parentem

Dicitur his remos applicuisse vadis.

10

Quem procul ut vidit tumulo speculator ab alto:

Hospes, ait, nosco Colchide vela sequi.

17. nosco, Colchide, vela, venit.

ed ex eorum numero, qui: *positumque* servant: quamvis hoc de  
eptem tantum constet. Credibile autem non est eos, qui: *posi-*  
*umque* pro: *positaque* scribendo erraverint, statim reliqua corru-  
nisse. Probabilius multo est modo hac, modo illa ratione locum  
entasse, quem ita scriptum, uti exhibuimus, non caperent. Nam  
Jurmanner quoque dubitasse videtur, utrum rectius diceretur, *po-*  
*nere nomen*, an *ponere urbem*; utrumque dici posse intellexit; de  
nostro vid. Fast. 4, 812. Manil. 1, 783. At nos utrumque di-  
ctum a poeta affirmamus. Nam nisi quis forte adverbium *antiquius*  
comparandi gradu, nam *antiquum* habes Fast. 1, 641., reprehendat,  
zeugma illud tam Ovidianum sponderim, ut quod maxime,  
vid. Fast. 2, 260; 3, 225; Met. 13, 623. Adde acutum Schra-  
deri iudicium his verbis pronunciatum: „Mihī non satis latinum vi-  
detur: *Sed constat huic loco fuisse nomen ab Absyrti caede; ideo*  
*positum fuisse praestaret.*”

6. AB ABSYRTI. et *Abs.* Pirckh. Rel. et vett. edd. nostrae.  
vetti Palat. prim. *assirti* Guelferb.

7. FACTA. *stucta* Seguer. a pr. m.; a sec.: *tuta Mi-*  
*servae.*

11. QUEM. *Quam* Polit. prim. Palat. sec. quatuor alii et  
ed. Bonon.

12. HOSPES — SEQUI. *Colchide vela venit* Guelferb. Palat.  
sec. Berolinensis, Seguer. et pauci. *nosco Colchide vela dari* uter-  
que. Polit. Bersmann. Putean. Moret. Francof. Reland. Crev.  
vett. edd. omnes. *Colchidus vela dari* Vatic. prim. *Colchidis vela*  
*dari* Bern. *posco Colchida vela dari* Palat. prim. *Colchida vela*  
*dari* Reg. Gall. Serv. Busl. Pirckh. Jun. Leid. prim. *Colchida*  
praeterea duodeviginti, *dari* quindecim. *Colchicu* Moret. pro varia  
scriptura. *Colchide vela dedit* duo Heinsii; *vela velit* unus, quem  
Politiani primum in notis impressis dicit, Gronovii testimonio, quod  
supra posuimus, adyersante. Denique Zulichemianus liber: *Col-*  
*chide vela sequi*. Haec postrema loci pessime habiti scriptio sola  
sensum tolerabilis est, et meruit in ordinem recipi. Is enim li-  
ber et in his libris et in Fastis non nisi egregia exhibet. Vulgata  
inde ab Heinsio huius loci conformatio et suspecta est propter  
rectores, et propter scabritiem non mediocrem. *Hospitem* dici vo-  
vunt Aetam: egregie! puto, etiam *socerum* dicere oportebat. At-  
que commode sane ita additur: *Colchide*, quod si abesset, quis ho-

- Dum trepidant Minyae, dum solvitur aggere funis,  
 Dum sequitur celeres anchora traeta manus;  
 15 Conscia percussit meritorum pectora Colchis  
 Ausa atque ausura multa nefanda manu.  
 Et quamquam superest ingens audacia menti,  
 Pallor in attonitae virginis ore sedet.  
 Ergo ubi prospexit venientia vela: tenemur,  
 20 Et pater est aliqua fraude morandus, ait.

## 18. attonito.

*opes* intelligatur, omnes nesciremus; si sciremus, vel si legatur: *Hostis*, ineptissimum esset: *Colchide*. Restat, ut orationis insolentiam notemus, cui nequaquam conferri possunt, quae Heinsius ad Fast. 2, 370. protulit; illis in exemplis iusto sermonis ordini imperati tantum singuli vel plures interponuntur, dialysin vocant grammatici; huiusmodi synchysin num sensus communis ferat, nescio. Atque hanc ob causam Heinsius coniciebat: *Hostis, ait, nosco Colchidi, vela, venit*: scilicet dissectus versus manet, cuius antea dispersa erant membra. Sub tertia, quam posuimus, scriptura; h. e. Palatini primi et multorum, qui leviter inde secedunt, poterit fortasse verum latere, verum ex illa farragine vix poterit ideo, quod corruptio non ex litterarum similitudine derivanda videtur: quod esset, non nisi singulari casu legeremus: *vela dari*, usitatissimum quamvis hoc loco ineptam locutionem. Quare nihil tribuentes coniecturae subnae: *Hospes, ait, nosco Colchico vela mari*, cuius farinae multae proferri possunt, nec tamen receptae scripturae ex toto fidentes id tantum monemus *hospitem* eleganter dici *Medeam*, quae 2, 526. Art. Am. 2, 381. Met., 7, 276. Hor. Epod. 5, 62. et saepissime quasi prae aliis *barbara* audit. Feminino genere eam vocem semel tantum alibi Fast. 6, 510. Ovidius, sed tamen usurpavit.

14. TRACTA. *pacta* coniciebat Schraderus adducto idoneo Heroidum versu.

18. ATTONITAE. *attonito* ex Leidensi primo (in notis impressis Gottorph. nominatur) Heinsius receperat, accedente nostro Rel. *sedet* ex Pirckh. Seguer. et uno alterove praeterea a Gronovio Obs. 2, 3. et Heinsio adscitum nolimus mutare, quamvis rell. II.: *fuit* consensu tuentibus.

19. TENEMUR. *tenemur* Guelferb. adscripto saniore tanquam varia scriptura.

20. FRAUDE MORANDUS. *parte morandus* exc. Voss. *fraude tenendus* Polit. prim. et Gottorph. pro v. scr. Ceterum Heinsius *Aut pater* legendum putabat, ne hiscentibus quidem interpretibus praeter Schraderum, qui probasse videtur. Opus minime est *tenere* nauticum verbum, teste Serv. Aen. 9, 98., idem est, quod *patere*, *iter dirigere aliquo*, cfr. Met. 3, 690:

— *Dianque tene;*

**Dum quid agat quaerit, dum versat in omnia vultus,  
Ad fratrem casu lumina flexa tulit.**

**Cuius ut oblata est praesentia: vicimus, inquit:**

**Hic mihi morte sua caussa salutis erit.**

**Protinus ignari nec quidquam tale timentis**

25

**Innocuum rigido perforat ense latus.**

**Atque ita divellit, divulsaque membra per agrös**

**Dissipat in multis invenienda locis.**

**Neu pater ignoret, scopulo proponit in alto**

**Pallentesque manus sanguineumque caput:**

30

**Vt genitor luctuque novo tardetur, et artus**

**Dum legit extinctos triste retardet iter.**

23. vincimus. 32. moretur iter.

Met. 2, 140: *inter utrumque tene.* ib. 13, 721: *simulataque Troia tenetur.* Vers. seq. *dum vertit* Seguer.

22. FLEXA. *versa* Palatin. prim. Leid. prim. Reland. et quatuor.

23. VICIMUS. *Vincimus* meliores habere dicit Heinsius, de qua re mihi non liquet: Putean. Gall. Mor. Busl. Jun. Leid. prim. et quatuordecim illius libri, Bern. Rel. Berol. Crev. ex nostris id habebant; Palat. prim. Guelferb. Francof. et reliqui cum vett. edd. omnibus id, quod retinimus. Nam quae res Heinsii iudicio favent, levis elegantiae species et quod littera *n* per errorem facilius omitti quam addi videatur, vix tanti sunt, ac sex aliorum Ovidii versuum exempla, in quibus editores veterum librorum observantissimi perfectum maluerunt. Vers. 25. *ignati — timetis* Palat. prim.

29. SCOPULO PROPONIT IN ALTO. *tumulo prop.* Palatin. prim. et duo, ex v. 11., uti et *ab alto* Jun. Rel. *disponit* exc. Voss. Leid. prim. *praeponit* Palat. sec. Bern. et duo. *suspendit* unus. Vers. seq. *Exsanguisque manus* unus Heinsii. Vers. 31. *luctuque suo* Reland. pro v. scr. *nova tardet et* Palat. prim. uno apice omissio.

32. DUM LEGIT ETC. *Dum legit* Palat. prim. Reg. Gall. Mor. Busl. et quatuor Heinsii; *legat* Leid. prim. Bern. Berol. et tres. *triste moretur iter* Vatic. prim. Polit. prim. Palat. sec. et duo Heinsii, nullus praeterea, ne Guelferb. quidem. *retardat* Putean. Gall. Illud, quod Heinsius sine haesitatione pigeratus est, non sine haesitatione loco movimus, his tamen argumentis. Primum, quia Danaos timemus et dona ferentes. Deinde, quia *morari iter* de eo dictum, qui *iter differt*, Ovidianum esse non videtur, si modo Latinum est: dicitur res rem morari, res hominem, homo hominem, homo seipsum, Art. am. 2, 690., homo rem, sed non eam, quam agit, nisi addito infinitivo verbi, non, quod sciam, accusativo nominis. Quodsi hoc in loco *iter moratur* intelligas

Inde Tomis dictus locus hic, quia fertur in illo  
Membra soror fratris consecuisse sui.

## X.

**S**i quis adhuc istic meminit Nasonis adepti,  
Et superest sine me nomen in Vrbe meum;  
Suppositum stellis nunquam tangentibus aequor  
Me sciat in media vivere barbarie.  
5 Sauromatae cingunt, fera gens, Bessique Getaeque  
Quam non ingenio nomina digna meo!

*iter differtur, ut alia omittam, proleptis illa, quae adiectivo: triste inest, elevatur atque ad irritum cadit: iter enim triste dicitur e animo Aetae, qui illud differebat. Haec res Heinsio probe perspecta causa fuit coniiciendi: iusta morentur. Contra in vulgata scriptura quid adeo displicet? repetitio verbi? at levis immutatio potius est et ipsa repetitio, si adesset, excusationem haberet ab oppositione eorum, quae per que — et copulantur; ipsum hoc oppositionis frigus? at pertinet illa ad calliditatem Medae exprimentis, quae ex altera re alteram captabat: et si vel maxime et figura abusum esse poetam confitendum esset, more suo fecisset Cfr. Fast. 3, 64. Her. 9, 78. 17, 158.*

33. TOMIS. Sic Polit. prim. Guelferb. et quatuor. Tomos Vatic. prim. Putean. Buslid. Reland. Bernens. Crev. et quinque Heinsii. Reliqui libri omnes scripti atque editi: Tomos, nisi quod Serv.: *Inde Tomitanus dictus locus quia fertur, et Bern. cum Rel. et schol. Senecae apud Burm.: locus est quia.*

34. CONSECUISSE. *subsecuisse* Palat. prim. et quatuor alii *conticuisse* Guelf. Ineptiora alii. Scholiastes Traiectinus Senecam trag. apud Burm.: *Membratim fratrem dilacerasse soror.*

## X.

Inscr. *De frigore et ponto Francof. De suo exilio Berol. Qua docet Ovidius manet orbis parte fugatus Berol. Pirckh. Quibus cum gentibus vivat Ald.*

4. BARBARIE Heinsius ex Hamburgensi cod. recepit accedente qualicunque Crev. et ed. Bonon. ex nostris auctoritate; reliqui libri: *barbaria.*

6. QUAM NOM. *Quae non* quindecim Heinsii codd. cum Latino primo et Guelf., vett. edd. omnibus. Hos omnes fere libros dicit Burmannus.

**Dum tamen aura tepet medio defendimur Istro;**

**Ille suis liquidus bella repellit aquis.**

**At cum tristis hiems squalentia protulit ora,**

**Terraque marmoreo est candida facta gelu,**

**> Dum patet et boreas et nix iniecta sub arcto,**

10

10. marm. c. f. gelu est.

8. **LIQUIDUS.** *liquidis* omnes fere libri, teste Burmanno: si numerum quaeris, viginti sex septemve. Vers. seq. *scaletia* Pat. prim.

10. **MARMOREO EST.** Relicta Burmanniana scriptura, quam cum codicum fuit, Gall. Mor. Leid. pr., poteramus cum D. Heinsio Palat. pr. et codd. magnum numerum sequi, verbum omittente, nisi veterum edd. et codd. Guelf. Put. Polit. utr., quindecim aliorum ratio esset simplicior.

11. **DUM PATET.** In loco intricatissimo varias scripturas cum pulvisculo exhibeam, quas inveni; sed scito periisse complures ab Heinsio in schedas separatas redactas. *Tum* pr. ed. Heins. *Dum patet* Pirckh. ed. Bon. *Tum statimur boream* Reg. et nos nonnulli, teste Heinsio. et nos unus. *nix ingesta* Put. *nix inventa* Busl. *nix advecta* Seguer. *nix agitata* Moret. pro v. scr. *nix habitata* Francof. in text. *nix subiecta* Leid. pr. *nix iactata* Bersm. vett. edd. *nix habitare sub a.* Palat. sec. Serv. Berol. prim. ed. Heinsii et secundum eius notas impressas multi veteres: eorum numerus infelici casu subtractus erat in schedis idiographis: idem tamen sub rasura, quam in vulgata scriptura habet Guelf., olim fuisse auguror. *sub antro* unus. In Burmanniana lectione: *est* addunt Palat. prim. Put. Jun. Busl. — Nemo hucusque haec, sicut vulgantur, intellexit. Ios. Scaliger abiiciendum distichon esse tensebat, notante Heinsio et, quod mireris, ad stipulante. Quivis enim videt, nihil rectius quae sequuntur pro apodosi esse posse, quam quae ingenti plus quadraginta versuum intervallo distant: *Protinus aequato* etc., ut illo disticho: *Sive igitur* etc. repetantur, quae versu 10. abrupta fuerint. Emendationes ab Heinsio, Schraderi aliisque tentatas praestat reticere. Ego interpretationem primum propono dignam certe iis, qui medioemiter interpretari malent, quam confidentius emendare. Marklandus ad Stat. Silv. 2, 1, 217. docuit ventos a veteribus ore hiante pictos fuisse: *Boreas igitur patet*, cum fiat vehementissime. Quis ita dixerit praeter grammaticos sermonis inelegantis Diomedem p. 334. Putsch. et Serv. ad Ecl. 4, v. 20., hercle nescio. Et *nix num patere* recte dicatur, dubito. Ergo nec de zeugmatis eius elegantia quicquam averterim. Emendationem iam olim periclitatus sum hanc:

*Dum vetat et boreas et nix habitare sub arcto;*

De sententiae commoditate dubium non esse potest. Aestate a vicinorum incursu tutus erat; quales illi essent, ignorare Ovidio licet. Verum hieme nimio frigore e sedibus superioribus propulsis infestabatur. *Dum causale habes* 4, 3, 23. *premi ab aeo*

- Tum liquet has gentes axe tremente premi.  
 Nix iacet, et iactam nec sol pluviaeve resolvunt;  
 Indurat boreas, perpetuamque facit.
- 15 Ergo ubi deliquit nondum prior, altera venit,  
 Et solet in multis bima manere locis.  
 Tantaque commoti vis est aquilonis, ut altas  
 Aequet humo turres, tectaque rapta ferat.  
 Pellibus et sutis arcent mala frigora braccis;  
 20 Oraque de toto corpore sola patent.  
 Saepe sonant moti glacie pendente capilli,

## 19. male frigora.

est habitare versus septemtrionem, vid. 2, 190. *Axis tremis cum circumagitur*, velut apud Germanicum v. 15. fortasse legendum:

*Axis at in motu semper vestigia servat.*

In verbis mutandis nihil piaculi commissum est: *vetat et petat, patet et patet* certe facillime confunduntur. Simili modo Met. 11, 496:

*Undarum incursu gravis unda, tonitribus aether,*

reponendum fuerit: *crepat unda*: syllabae *is* atque *et* per compendia scripta haud aegre commutantur: *crapet* eodem errore exaratum erat, quo nostro in loco: *patet*. Vulgatam scripturam: *iniecta* e glossa ortam puto, quod mira illa eiusdem vocis variatio ostendit: id genus glossarum exemplis e codicibus collectis olim in scriptione academica illustravi, quae repetere animus non est. Vera scriptura casu in codicibus alias sane quam interpolatis servata videtur: nam certe neque e glossa neque ex interpolatione quomodo oriri potuerit, intelligas.

12. TUM LIQUET. Praeter Palat. prim. Put. ed. prim. Heins. et duos codices omnes libri, scripti, impressi, Heinsiani, nostris *patet* pro: *liquet*.

13. NIX IACET ETC. *Vix iac. et i. nec s. pluviaeque* Palat. prim. *ne sol* Guelf. man. pr. *non sol* idem man. sec. Bersm. Rel. vett. edd. *pluviaeque* Rel. et quinque.

15. UBI DELICUIT. *ubi decuit* Guelf. *ubi defluxit* Pirckh. et tres. *deliquit* ed. Bonon. *necdum* pr. Mor. *altera crevit* Leid. pr. et tres.

16. BIMA MANERE. *bina manere* Palatin. pr. et plurimi *bruma* man. sex scripti. *bima iacere* septem scripti et vett. edd.

19. PELL. HIRSUTIS — FRIGORA. *Pellibus irsutis* Palatin. primus cum triginta Heinsianis, nostris omnibus et vett. edd. Quis praeter Putean. Francof. Pirckh. Berol., qui tamen: *et siccis*, et fortasse Guelf. sub rasura, nullus liber verum servavit. Nam *irsutis* Serv. Bersm. in text. *hic sutisque* Bersm. pro v. scr. *asutis* Francof. pro v. scr. *huc sutis, et longis* alii. *mala frigora* omnes libri: neque mutandi, quamvis eleganter Heinsius id fecerit, causam video. Pont. 1, 3, 37:

*Scythico quid frigore peius.*

Et nitet inducto candida barba gelu:  
 Nudaque consistunt formam servantia testae.  
 Vina, nec hausta meri, sed data frustra bibunt.  
 Quid loquar, ut vincti concresecant frigore rivi, 25  
 Deque lacu fragiles effodiantur aquae?  
 Ipse, papyrifero qui non angustior anne  
 Miscetur vasto multa per ora freto,  
 Caeruleos ventis latices durantibus Ister  
 Congelat, et tectis in mare serpit aquis. 30  
 Quaque rates ierant pedibus nunc itur, et undas  
 Frigore concretas ungula pulsat equi.  
 Perque novos pontes subter labentibus undis  
 Ducunt Sarmatici barbara plaustra boves.  
 Vix equidem credar, sed cum sint praemia falsi 35  
 Nulla, ratam debet testis habere fidem:

23. Udaque. 36. testis debet.

*duram hincnem habes v. 44., improbam I, II, 41., pessimam Her. 6, 34. frigora gentes ed. Bonon. et cod. Seguer. similiter. frigora Bessi Reg. Interpolationes sunt, postquam vitium in priore versus parte pervulgatum esset, factae.*

23. NUDAQUE. Udaque Comb., perperam ab Heinsio probata scriptura propter Virgilianum Ge. 3, 364: *caeduntque securibus humida vina.* Simulatque intellexeris consistere non ita esse explicandum, ut v. 37: *glacie consistere pontum* et plurimis locis in eadem re, sed ita, uti Metam. 15, 180: *neque enim consistere flumen Nec levis hora potest;*

*h. e. stare, ut v. 47. Met. 3, 660.; sive nuda cum Burmanno interpretaris tegumentis carentia, sive conferas nudam Caesaris iram eam. prox. v. 17. 18., nuda ossa Fast. 2, 376., certe oxymoron utrobique idem, neque quidquam vulgatae scripturae adversari videntur. Vers. seq. nec exhausta sed data Palat. pr.*

25. UT VINCTI ex Rottendorph. arcessendum putaverat Heinsius, ego Guelf. auctoritate retinendum existimo. Nam praeter Reg. Serv. duos scriptos et principem ed. Heinsii, qui: *iuncti*, omnes libri: *cuncti* tuentur. *concresecunt* et seq. vers. *effodiuntur* Palat. prim. atque prius septem, posterius duodeviginti codd. Vers. 29. *durantibus istec* Palat. prim. Vers. 30. *et macies* Busk. et locis Bonon. et Richel. *strictis* alius. *repiit aquis* Pirckh.

31. RATES IERANT. *ibant* Reg. prim. ed. Berol. *ierant* puppes Pirckh. ed. Bonon. *ped. tuac itur* Guelf. Vers. 33. *subter latitantibus* Leid. prim. *subterque latentibus* Busk. *subeunt* lab. Berol. *subtus lab.* Hugen.

36. DEBET TESTIS. *testis debet* Gall. Francof. Bersm. Rel.



- Vidimus ingentem glacie consistere pontum,  
 Lubricaque immotas testa premebat aquas.  
 Nec vidisse sat est: durum calcavimus aequor,  
 40 Vndaque non udo sub pede summa fuit.  
 Si tibi tale fretum quondam, Leandre, fuisset,  
 Non foret angustae mors tua crimen aquae.  
 Tum neque se pandi possunt delphines in auras  
 Tollere: conantes dura coërcet hiems.  
 45 Et quamvis Boreas iactatis insonet alis,  
 Fluctus in obsesso gurgite nullus erit,  
 Inclusaeque gelu stabunt in marmore puppes;

45. quamquam. 47. ut marm.

et fortasse quis vel alter: quod cur recipiatur, causam non assequor.

38. IMMOTAS TESTA PREMEBAT. *immensas* Put. Francof. Bern. Pirckh. Leid. pr. Bersm. et octo Heins. *invictas* Bern. *crusta prem.* Francof. Seguer., quam scripturam Barth. Mercuriam noverat. Lepide argumentatur Burmannus: quia Heinsius et Micyllus *testam* pro glaciei frusto non recte acceperint, legendum esse *crusta*. Verum Heinsius nihil eiusmodi sibi persuaserat, ut Fr. Gronovius id fecit. Ille de ἐνοσπαιξιμῶν lusu aptissime conferri iusserat interpp. ad Minuc. Fel. c. 3. Graecos coluisse Tomitas immemor fuit Burmannus. Vers. seq. *Non vidisse* Bern. *vidisse satis; dur.* Bonon.

40. NON UDO. *non nudo* Put. Francof. Guelf. et alique peiores. *sub nudo non pede summa* f. prim. Polit. prim. Vatic. Palat. sec. Gall. et tres Italici. Interpolatores frigus in glacie putari atque ita aptius indicari putabant. *summa fuit* Bern. *fluit* Busl. *clausa fluit* Leid. pr. Vers. 43. *Tum non Seguer. possent* Serv. Heinsius coni.: *Tum ne se p. possint* etc. in al. Francof.

45. QUAMVIS. Burmannus: *quamquam* se praefere ait, tot sibi concurrant. Si quid se dignum facere voluisset, collegit locos, quibus *quamquam* et *quamvis* occurrunt apud Ovidium: didicisset, quod res est, magis solere cum coniunctivo efferrī prioris coniunctionem, in scriptis quidem exulantis poetae. *Quamquam* haec fluctuabit quaestio, donec singulis in locis codd. consulti fuerint. Velut hoc in loco non tantum propter sonum suaviores, quod dicit Ciof., puta sibilos Boreae convenientes, sed ideo praefereendum: *quamvis*, quia Ciofani aliquot libri, nostri cum Palat. prim. Guelf. Bern. tanto numero id tuentur, ut praeter vett. Palat. sec. Seguer. Bersm. et fortasse Francof. nullum alterius lectionis assertorem noverim.

47. IN MARMORE, quod optimi quivis et plerimi codd. habent: Palat. prim. Guelf. Francof. Bern. Pat. Heinsiani viginti

Nec poterit rigidas findere remus aquas.  
 Vidimus in glaciæ pisces haerere ligatos:  
 Sed pars ex illis tunc quoque viva fuit. 80  
 Sive igitur nimii boreae vis saeva marinas,  
 Sive redundatas flumine cogit aquas:  
 Protinus aequato siccis aquilonibus Istro  
 Invehitur celeri barbarus hostis equo;  
 Hostis equo pollens longeque volante sagitta 85  
 Vicinam late depopulatur humum:  
 Diffugiunt alii, nullisque tuentibus agros  
 Incustoditae diripiuntur opes;

50. Et — tum.

ex, quibus adde quinque eos, qui: in *marginæ*, nostri quatuor, voce verum esse facile evincam. *ceu marm.*, quod Heinsius tentabat, in censum non venit; *ut marm.*, quod vet. edd. omnes habent, inficetum est, quia in marmore neque includi, neque stare solent naves, quia si, uti debes, futurum *stabunt* aptum facias e superiore enunciato: *Et quamvis* etc., nihil opus illa qualieunque comparatione est. Satis est borea flante non commoveri naves, ut fieri alias assolet. Accentus igitur gravior cadit in verbum: *stabunt*; *anarmor* pro aequore est, velut *aequor* pro quavis planicie. Voce Virgiliana usum hoc loco nostrum concedo, quia levem rei solidae notionem inesse voluit, cfr. v. 10., parum venuste facturus, si non levem tantum.

48. *FINDERE REMUS*. *stringere remus* Palat. prim. Digna eius libri praestantia scriptura; accedunt duo Heinsiani. *scindere* Bern. et vet. edd. sec. XV. omnes. Vers. seq. *pisces pendere* Firchb. et tres. vid. Heins. ad v. 48.

50. *SED PARS*. *Et pars* e Gall., putida auctoritate, admisit Heinsius parum pro sua sermonis Ovidiani experientia. Tu confer Met. 1, 855:

*Cornus parva* (l. *prima* e codd.) *quidem, sed quas contendere possis;*

ib. 8, 283: — *quanto maiores herbida tauros*

*Non habet Epirus, sed habent Sicula arva minores;*

Fast. 4, 686. 689: *Parva, sed assiduis humida semper aquis;*

*Is mihi multa quidem, sed et haec narrare solebat;*

ib. 6, 139. *Est illis strigibus nomen: sed nominis huius*

*Causa* etc.

Met. 5, 55. Med. fac. 76. His exemplis patet scripturam omnium librorum revocandam fuisse. *tunc* ex Palat. pr. et Guelf. Vers. seq. *boreæ nimii* Palat. prim. quatuordecim Heinsii, noster Rel. Vers. 52. *redundantes* Berol. et sex Heins. *flumino* Rel. *flumina* vet. edd. praeter Bonon. Vers. 57. *tuent*, egros Palat. pr.

- Ruris opes parvae, pecus et stridentia plaustra  
 60 Et quas divitias incola pauper habet:  
 Pars agitur vinctis post tergum capta lacertis  
 Respiciens frustra rura laremque suum:  
 Pars cadit hamatis misere confixa sagittis;  
 Nam volucris ferro tinctile virus inest.  
 65 Quae nequeunt secum ferre aut abducere, perdunt;  
 Et cremat insontes hostica flamma casas.  
 Tunc quoque, cum pax est, trepidant formidine belli:  
 Nec quisquam presso vomere sulcat humum.  
 Aut videt, aut metuit locus hic quem non videt, hostem.  
 70 Cessat iners rigido terra relicta situ.  
 Non hic pampinea dulcis latet uva sub umbra;  
 Nec cumulant altos fervida musta lacus.  
 Poma negat regio; neo haberet Acontius, in quo  
 Scriberet hic dominae verba legenda suae.  
 75 Aspiceres nudos sine fronde, sine arbore campos.  
 Hei loca felici non adeunda viro!  
 Ergo tam late pateat cum maximus orbis  
 Haec est in poenam terra reperta meam?

---

61. PARS AGITUR. *Pars igitur* Palat. sec. Vers. seq. *Respicient* ed. Vicent. *Respiciem* Pirckh. Vers. 63. *miseru* Palat. pr. Vers. 65. *adducere* Palat. pr. et septem.

66. HOSTICA FLAMMA. *hostica turba* Palat. sec. et vet. edd. excepta Bonon. floril. Murm. Vers. seq. *Tunc* Palat. pr. et quatuor. Vers. 69. *quod non videt* Palat. pr. Vers. 71. sub ulmo unus Medic.

73. POMA NEGAT. *vetat* Francof. Seguer. Crev. prim. ed. Heins. et duodecim eiusdem libri. Vers. 75. *Aspiceret* prim. Vat. et alius. *Aspicio* Putean. Jun. *aspicies* unus.

77. TAM LATE PATEAT CUM. *cum late pateat tam* Palat. pr. *cum pateat tam late*. Serv. E. *cum patuit late* via m. Barberin.

78. IN POENAM — MEAM. *in poenam — meas* Palat. pr. Quod retinimus Heinsius ex undetriginta codd. induxit; accedunt nostris. Alterum tamen: *poenas — meas* Francof. Palat. sec. et vet. edd. omnes tuentur et possit imitatus videri Sen. Herc. Fur. 604:

— in poenas meas

*Atque in labores non satis terrae patent.*

---

## XI.

**S**i quis es, insultes qui casibus, improbe, nostris,  
 Meque reum dempto fine cruentus agas;  
 Natus es e scopulis, nutritus lacte ferino;  
 Et dicam silices pectus habere tuum.  
 Quis gradus ulterior, tua quo se porrigat ira, 5  
 Restat? quidve meis cernis abesse malis?  
 Barbara me tellus et inhospita litora Ponti,  
 Cumque suo borea Maenalis ursa videt.  
 Nulla mihi cum gente fera commercia linguae:  
 Omnia solliciti sunt loca plena metus. 10  
 Utque fugax avidis cervus deprensus ab ursis,  
 Cinctaque montanis ut pavet agna lipis:  
 Sic ego belligeris a gentibus undique septus  
 Terreor hoste meum paene premente latus.  
 Utque sit exiguum poenae, quod coniuge cara, 15  
 4. quo se tua. 12. Cinctave.

## XI.

Inscr. *Ad invidum Francof. Cuidam suo socio Berolinensis. Scribit Naso sui cuidam mala dissimulanti Berol. Pirckh. Invehitur in maledicum Ald.*

1. **SI QUIS ETC.** *Quisquis Bern., quod Heins. coniecerat. inuide nostris Francof.*

3. **NUTRITUS.** *et pastus uterque Palatinus, uterque Politiani, prim. Vatic. et praeter hos sex Heinsiani, (undecim enim in schedis numerat,) noster Reland. Fortasse hinc ortum: educatus Guelferb. Serv. et duo, eductus tres. nutritus lacte caprino duo. Heinsii.*

4. **TUA QUO SE.** *Scripturam hanc ipsam quidem Bersmanni tantum codex et Pirckh. habent, sed non dubito, quin vera sit et lateat in illa: ulterior aut quo se p., quam Palat. prim. Put. Francof. Bern. et viginti unus Heinsiani, nostri duo libri, tum in illa, quam Seguer. servavit: cum quo se. Reliqui et vett. edd. vulgatae sequuntur: quo se tua, in qua opposita sibi: tua ira, meis malis vix sentias.*

8. **CUMQUE SUO BOREA.** *Cumque truci b. Palat. sec. et vett. edd. praeter Bonon. Parrhasis ursa Busl. Leid. pr. Bern. Vers. 11. fugax rapidis Gall. Pirckh. ed. Bonon. et tres.*

12. **CINCTAQUE.** *Cinctave sedecim codd., vulgares praeter Put. Francof. Bern. Vers. 16. sit exilium poen. Palat. pr. poen. cum coni. Bern. Vers. 16. Et patria Leid. pr. Berol. Bern.*

Quod patria careo pignoribusque meis;  
 Vt mala nulla feram, nisi nudam Caesaris iram;  
 Nuda parum nobis Caesaris ira mali est?  
 Et tamen est aliquis, qui vulnera cruda retractet,  
 20 Solvat et in mores ora diserta meos.  
 In caussa facili cuivis licet esse disertum:  
 Et minimæ vires frangere quassa valent.  
 Subruere est arces et moenia stantia virtus:  
 Quamlibet ignavi praecipitata premunt.  
 25 Non sum qui fueram. Quid inanem proteris umbram?  
 Quid cinerem saxi bustaque nostra petis?  
 Hector erat, tunc cum bello certabat, et idem

21. diserto. 23. stantia moenia. 24. ruunt. 25. Non  
 sum ego quod. 26. premis. 27. at idem.

18. MALI EST. est omittunt octo vulgares. Vers. seq. re-  
 tractat Palat. prim. cum quibusdam.

21. CUIVIS — DISERTUM. Sic idonea auctoritate Palat. prim.  
 Guelf. Bersm. Put. sex Heinsian. et ed. Bonon. edimus. *quemvis*  
*disertum* decem Heinsii, nostri tres partim boni. *cuivis diserto* re-  
 liqui scripti et impressi, vulgaris notae, omnes. Vide Loersium  
 contra Heinsium disputantem ad Her. 14, 64.

23. MOENIA STANTIA. Sequimur Palat. prim. Guelf. Fran-  
 cof. floril. Berol. undecim Heinsii, nostrorum unum. Reliqui scripti  
 et impressi: *stantia moenia*.

24. QUAMLIBET — PREMUNT. *Quilibet* Palat. pr. Guelf.  
 Bern. et sedecim. *Quaelibet* Francof. Put. et sex. *Quodlibet* unus  
 et floril. Berol. *Quemlibet* Berol. In fine versus: *ruunt* duo Heinsii,  
 nostri fortasse ii ipsi Seguer. et Crev. Hoc contra Heinsii mentem  
 adscivit Burmannus; ac scire velim, quo pacto praecipitatum quid  
 ruatur potius denuo, quam prematur.

25. NON — FUERAM. *Non sum ego quod f.* prim. Vatic.  
 unus Medic. Guelf. Francof. *Non sum ego qui f.* Palat. sec. Reg. et sex. *Non ego*  
*qui* Put. Bern. et duo. Nihil in his video quod mereatur reliquo-  
 rum omnium consensui praeponi. *inanem protrahis* Palat. sec.  
 quatuor Heinsii, Berol.

26. NOSTRA PETIS. *nostra premis* Jun. Pirckh. Seguer. et  
 eiusdem, opinor, notae sex alii; male, iudice etiam Heinsio in sche-  
 dis. Neque enim puto sepulcrum Ibin Ovidio structurum fuisse.  
 Cfr. Burm. Anthol. lat. t. 1, p. 202. Contra saxi petere sepu-  
 lcralia monumenta puerilis petulantiae fuisse apud veteres quoque  
 probabile est, quamvis exempla, fateor, non succurrant. Praestat  
 interdum sine auctore coniectare, quam e collectaneis ineptire.

27. CERTABAT, ET IDEM. *certaret* Palat. sec. Guelf. unus

Tractus ab Haemonio non erat Hector equa.  
 Me quoque quem noras olim non esse memento;  
 Ex illo superant haec simulacra viro. 80  
 Quid simulacra ferox dictis incessis amaris?  
 Parce, precor, manes sollicitare meos.  
 Omnia vera puta mea crimina: nil sit in illis,  
 Quod magis errorem, quam scelus esse putes:  
 Pendimus en profugi, satia tua pectora, poenas 85  
 Exsilioque graves, exsiliique loco.  
 Carnifici fortuna potest mea flenda videri:  
 Et tamen est uno iudice mersa parum.  
 Saevior es tristi Busiride: saevior illo, 40  
 Qui falsum lento torruit igne bovem;  
 Quique bovem Siculo fertur donasse tyranno,  
 Et dictis artes conciliasse suas:  
 Munere in hoc, rex, est usus sed imagine maior:

28. Vinctus ad Haemonios — equos. 38. Te tamen — moesta.

Medic. at idem prim. Vatic. et Guelf.; idem pro Ovidiani sermonis ingenio sibi videbatur revocare primus Jacobus Roverus. Ego loco Fast. 4, 101., ubi paene omnes codd. ita habent, nondum in hanc iuris quid esse concedo.

28. TRACTUS — EQUO. Palat. prim. cum. codd. non paucis, vett. edd. omnibus expressimus. Vectus Put. Francof. Polit. sec. et duodeviginti vulgares Heinsii vel nostri libri. Victus Palat. sec. Glossae videntur; illae autem interpolationes certissimae: Victus ad Haemonios equos pr. Vatic. pr. Polit. Vinctus ad Haem. equos unius Medicei et Guelf. a pr. m. Vers. 31. dictis incondis bovem codd. et vett. edd.

37. FORTUNA — FLEND. Aliquet codd., praeter Bern. tamen nullus paulo melior: mea flenda potest fortuna. Ita edd. a Naugerio ad D. Heinsium.

38. ET — PARUM. Idem Naugerus introduxit hoc in versu Te tamen, quod Heinsius adversantibus tribus pluribus, quam superiori in versu codd., viginti septem, quos inter optimus unus quisque, tum nostris omnibus et vett. edd., retinuerat. Deinde e duobus libris Bononiensi et Gottorpiano, quibus adde, si tanti est, nostrum Crev., pro vulgata scriptura: mersa, de cuius elegantia vide Markl. ad Stat. silv. 5, 5, 52., frivolum: moesta receperat. Illud nemo posteriorum criticorum animadvertit, hoc omnes probant. est duro exc. Voss. pressa parum Zulichemianus. Vera. 42. conciliasse Palat. pr.

43. IN HOC — USUS. in hoc usus res est Palat. sec. Berna. Gall. et vett. edd. omnes ante Ald. 1516. est risus Berol.

Nec sola est operis forma probanda mei.  
 50 **Aspicis a dextra latus hoc adapertile tauri?**  
 Huc tibi, quem perdes, coniciendus erit.  
 Protinus inclusum lentis carbonibus ure:  
 Mugiet, et veri vox erit illa bovis.  
 Pro quibus inventis, ut munus munere penses,  
 50 **Da, precor, ingenio praemia digna meo.**  
**Dixerat: At Phalaris: poenae mirande repertor,**  
 Ipse tuum praesens imbue, dixit, opus.  
**Nec mora; monstratis crudeliter ignibus ustus**

44. EST OPERIS. *est tauri* Palat. pr. et tres. *est pecoris* Francof. Put. tredecim Heinsii, quinque nostri; manifesta glossemata. Vers. seq. *a dextro* Palat. sec. Bersm. Polit. uterq. Guelf. Francof. et duodeviginti vulgares.

46. HUC — PERDES. *Huc* Put. Francof. Crev. *Hinc* uterque Polit. prim. Vat. et quatuor. *Hic* Palat. sec. et duodecim. *Hac* Guelf. Bersm. Bern. Serv. et vett. edd. *Hanc* Busl. *perdis* Put. et decem cum vett. edd.

49. UT MUNUS. *munus quod* Gall. Heinsius coniciebat: *quo*. Vers. seq. *munera digna* Reg. Gall. Bual. Bern: Crev. et quidam insomniis Burmanno visi.

52. PRAESENS IMBUE. *praesens induo* unus Medic. *primus imbue* Gottorp. pro diversa lectione. Hinc Heinsius, quia: *praesens* nihili esset, corrigebat: *princeps*. Hoc quoque abiecto nequissimo argumento Burmannus escendit ad: *praestans* coniciendum. Hunc iure increpans Ruhkenius ad Callim. fr. 119., ubi de eadem re: *Ἠρώτος ἐπεὶ τὸν ταῦρον ἐκαίνισεν*, ad Heinsii inventum rediit. Ne quid dissimulem, favent illi verba scholiastae Berolinensis in Ibin, v. 439. haec: — *Phalaris vero ei respondens: tu primus, inquit, imbue opus tuum, eumque intromitti iussit*. Verum vulgata scriptura facillimum explicatum habet; confer *praesentem pecuniam*, ubique obviam, vel Rutil. itin. 1, 25:

*Praesentes lacrimas tectis debemus avitis,*  
 vel audi Servium interpretantem illa Aen. 9, 404: *praesens succurre*, i. e. *ilico, statim*. An ignotum est, quam late pateat adiectivorum et participiorum pro adverbii usus? Ea res multo notior fuit veteribus glossatoribus, quam tot interpretibus partim doctissimis, in disticho Heroidum 7, 85, 86.

*Haec mihi narraras: at me movere merentem;*

*Illam minor culpa poena futura mea est.*

Ita cum simplicissime olim legeretur, miris modis singula verba torserunt, luxarunt editores. Vetus interpres ad: *merentem* adscripserat: *iure*, h. e.: *merito*. Inde *Iure* vel *Ure* in textum migravit brevioris versus.

**Exhibuit geminos ore gemente sonos.**

**Quid mihi cum Siculis inter Scythiamque Getasque? 55**

**Ad te, quisquis is es, nostra querela redit.**

**Etque sitim nostro possis explere cruore,**

**Quantaque vis avido gaudia corde feras:**

**Tot mala sum fugiens tellure, tot aequore passus,**

**Te quoque ut auditis posse dolere putem.**

60

**Crede mihi, si sit nobis collatus Vlixes,**

**Neptuni minor est, quam Iovis ira fuit.**

**Ergo quicumque es, rescindere crimina noli,**

54. querulos. 63. vulnera.

54. **EXHIBUIT GEMINOS.** *Emisit* Palat. prim. Put. duodecim Heinsii. *geminos ore gemente* libri longe plurimi scripti, impressi omnes. *querulos* Moretanus in textu, Regius et tres pro varia scriptura. *ore fremente* prim. Polit. *ore tremente* Francof. exc. Vos. Jun. Seguer. et septem Heinsiani non nominati. Vides, quandoquidem offensioni esse debeat iteratio *geminos, gemente*, de qua re nihil affirmo, neutra voce per se suspecta aut ineleganti, quod mihi persuasi, licere per libros fortasse loco movere: *gemente*, non: *geminos sonos*. Heinsius adiectivum illud negabat se intelligere, putaverim elegantiam quandam adeo habere. *Gemini* apud nostrum et alios dicuntur quorum mixta vel confusa natura esset, Chiron, Cecrops, Centauri. Inde figurate quodcumque ad illorum naturam pertinet *geminum* et ipsum dicitur. Ita *geminas vires* Ovidius Met. 12, 502., *geminum cruorem* Centauri dixit Sen. Med. v. 641. Inde diversum non est, si vox tauro conveniens ab homine emissa *gemina* dicitur: duplicis enim naturae certe esse videtur. Itaque confidenter istoc reduxi, de reliquis non satis certus, fugerit, necne syllabarum repetitionem Ovidius. Vid. Loersium et quos laudat ad Her. 10, 40.

55. **SCYTHIAMQUE GETASQUE.** Hanc scripturam e Vatic. Polit., fortasse primo utroque, Combiano et Mediceo se recepisse affirmat in notis impressis Heinsius. In schedis Polit. prim. Reg. et tres alios pro diversa scriptura omnes illam habuisse consignaverat. *Scythicosque* Palatini, Francof. Bern. Bersm. Put. Guelf. (paulo etiam corruptius,) Reg. Mor. Busl. Jun. Leid. prim. Reland. vett. edd. nostrae praeter Bon., quae: *zizicosque. Scythicasque* Gall. *chiliosque* Berol. *Scythasque* Serv. Crev. Reliqui scripti et impressi inde ab Aldina secunda: *Scythiasque*.

56. **QUISQUIS IS ES.** *quisquis ades*, „multi codices” teste Darmanno: at Heinsio et nobis: Put. et Busl. *quicumque es* Gottp. *querela venit* Palat. sec. et vett. edd. nostrae.

62. **NEPTUNI MINOR EST.** *Neptunique minor quam* Francof. duodecim Heinsii vulgares, aut non nominati, nostri praeter Berol.

63. **RESCINDERE CRIMINA.** *rescindere vulnera* Reg. Gall.



Deque gravi duras vulnere tolle manus:  
 65 Vtque meae famam tenuent oblivia culpae,  
 Facta cicatricem ducere nostra sine.  
 Humanaeque memor sortis, quae tollit eosdem  
 Et premit, incertas ipse verere vices.  
 Et quoniam, fieri quod nunquam posse putavi,  
 70 Est tibi de rebus maxima cura meis;  
 Non est quod timeas: fortuna miserrima nostra est;  
 Omne trahit secum Caesaris ira malum.  
 Quod magis ut liqueat, neve hoc ego fingere credat,  
 Ipse velim poenas experiare meas.

64. ulcere. 66. Fata. 73. hoc tibi.

Busl. Jun. Leid. pr. exc. Voss. Pirckh. Francof. Rel. prima ed. Heinsii. *rescindere vulnere* Moreti et tres, omnes pro diversa scriptura. Recte igitur numerum subduxit, sed de auctoritate eorum librorum a suo iudicio descendit Heinsius, cum „duodecim ex melioribus” eam lectionem tribuit, ideoque et illam et sequ. vers. conjecturam Jos. Scaligeri admisit: *ulcere*. Quia, inquit, *rescindere crimina* latinum non est. Verum non aliter locutus est Horatius epist. 1, 3:

— *an male sarta*

Gratia *nequicquam coit et rescinditur*;  
 vel Ovidius ipse Met. 12, 544:

— *obductos annis rescindere luctus*,  
 quemadmodum libri omnes habent. Adde, quod frequentissimum id genus erroris est, quo librarii e versu proximo quae sibi superposita legebantur, commutarunt. Hoc ubique obvium magnas turbas effecit in Fastorum disticho 6, 751. 752., omnium sanissimo et quam maxime genuino, si ita legeris:

*Tunc cum observatas anguis descendit ad umbras,  
 Usus et auxilio est augur ab angue dato.*

66. FACTA. *Fata* prim. Vat. Comb. Crev. et tres; dixi 2, 148. Vers. 68. *incertas fertque refertque vices* Reg.

71. MISERRIMA NOSTRA EST. *miserrima vita est* Busl. *miserrima tuta est* Palat. prim. Rel. et quinque. E Pont. 2, 2, 3

73. NEVE — CREDAR. *haec tibi fing.* Gall. *neve me fing.* Bern. *hoc tibi f.* Voss. *hoc me fing.* Leid. pr.

## XII.

**F**rigora iam Zephyri minuunt: annoque peracto  
 Longior antiquis visa Maeotis hiems:  
 Impositamque sibi qui non bene pertulit Hellen  
 Tempora nocturnis aequa diurna facit.

## XII.

Superioribus annectunt Guelf. Francof. Pat. Mor. Busl. Jun. Seguer. Crev. alii. Inscr. *Hic conqueritur se esse exulem a patria Berol. Naso se patriae multum tristatur ademptum Berolin. Pirckh. Rogat mitiorem exilii locum Ald. prior.*

2. LONGIOR — HIEMS. *Tardior* Palat. prim. (sed idem exstabat in ed. Francof., ut fortasse miserrimo illo errore peccaverit Gebhardus) et sec. cum edd. vett. *Largior* Pirckh. *antiqua* Palat. sec. Polit. uterque, Berol. et yett. edd. *ipsa Maeotis* prima ed. Heins. *Meoptis* Palat. sec. *Meothis* Crev. *Meotis* quatuor postremis litteris in rasura positus Rel. Offenderunt critici in correptae diphthongi barbarismo, deinde in defectu verbi finiti. Inde natae correctiones aequae bonae, Bersmanni: *meavit hiems*, cui favet Palatini secundi scriptura et usus frequentissimus verbi *meare* de solis atque siderum cursu, Heinsii: *Bootis hiems*, Schraderi: *remitti hiems*; aequae malae, Jacobi Gronovii: *Largior Antoecis* instat *Athois hiems*, nescio cuius: *Matois hiems*, quia *Matoas* anticipi penultima Istri nomen fuisset. Multas utriusque notae sciens praetereo. Discrimen quod nullum erat in voce: *antiqua*, removit Burmannus. *Maeotis* corrigendum temere non videtur. Parum tamen ad adstruendum illud faciunt exempla correptae longae syllabae in vulgaribus vocibus: *Insulae Ionio in magno, Ilio alto, Iavo Ilithia, praeacutis, praeustis*, de quibus vide Charisium, Valerium Probum, Servium, suo quemque loco. Parum etiam huc faciunt vocales in Graecis vocabulis, quorum duplex forma aut fuit, aut esse potuit: *Macedonia sarissa* Met. 12, 466. *choreae*, Virg. Aen. 6, 643. *Aeneis*, Pont. 3, 4, 84. *Nereides*, Sen. Hipp. 336. *Eos* Aen. 11, 4. Multo adeo minus ambiguitatem vocalium in barbaris vocibus possis allegare, velut in *Edonibus, Bistonibus*, de qua re annotavit Heins. ad Tr. 4, 1, 41. Sed tamen restant exempla satis multa, in quibus Latini poetae Latina lege, Graeca licentia Graecas voces pronunciarunt. Ita Ovidius ipse *Io* Inachidem pro iambo posuit Her. 14, 103. Reliqua sane apud seniores inveniuntur. Rutilius *Harpyias* 1, 608. fecit choriambum, Statius silv. 1, 2, 251. *Cous* iambum: ac quantumvis vituperatum hoc a Valckenario ad Callim. eleg. p. 30, 31. larga manu exemplis similibus illustravit Marklandus ad silv. 2, 2, 93; 4, 3, 59. Hoc excusabat Ovidii auctoritas, Ovidium exilium et status, quae

- 5 *Iam violas puerique legunt hilaresque puellae,  
Rustica quas nullo terra serente vehit.  
Prataque pubescunt variorum flore colorum;  
Indocilique loquax gutture vernat avis.  
Vtque malae crimen matris deponat hirundo,*  
10 *Sub trabibus cunas tectaque parva facit.  
Herbaque, quae latuit Cerealibus obruta sulcis,  
Exserit e tepida molle cacumen humo.*

5. violam. 6. quam n. t. s. gerit. 10. parvaque tecta.

ipse non semel deprecatur, velut supra 1, 17. Verbum substantivum si quis admodum desideret, poterit fortasse legere:

*Longior antiqua est visa Maeotis hiems.*

libris certe aliqua ex parte addicentibus.

5. VIOLAS. *violam* prim. Vatic. prim. Polit. Palat. sec. unus Medic. Guelf.

6. RUSTICA — VEHIT. Sic Palat. primus, Reg. et septem fere; quod vide, satisne se tueatur loco Tibulli 1, 4, 65:

*dum robora tellus,*

*Dum coelum stellas, dum vehet amnis aquas.*

Isti scripturae proximi sunt atque tantum in iis, quae notabuntur, discedunt: Leid. prim. Francof. Berol. (*quae*); exc. Voss. Jun. Barber. Bern. Rel. et duo (*Pomaque quae*); Serv. (*ser. tulit*); prim. ed. (*quas — vehet*); ed. Bonon. (*ser. dedit*). Interpolatio est, quae extat in prim. Vatic. Guelf. a m. pr. Palat. sec. et duobus: *Rustica quae nullo nata serente venit*. Inde discedunt Polit. uterq. (*terra ser.*). Tertia scriptura est cod. Pirckh. Moret. Bern. sex aliorum et vett. edd. octo: *Ruraque quae nullo nata serente vehunt*. Ita etiam unus Heinsii, nisi quod: *Pomaque* habet. Quarta lectio est Naugerii, ut puto, et librorum plurimorum: *Ruraque quae nullo nata serente ferunt*. In hac: *poma ser.* unus Heinsii, *Pomaque q. n. rura* duo. Praeterea: *Terraque quae nullo nata serente vehit* Gall. *Rustica quae n. terra colente gerit* unus Heinsii pr. v. scr. Puteaneus totum versum omittebat. Variantium scripturarum ingens erat numerus in codd., qui non nominantur. *Rusticus terras*, quam Burmannus non ferebat, memor, puto, litis cuiusdam de versu Italicorum Heinsii olim agitatae, respondet *agrestis humi*. Fast. 4, 532.

8. VERNAT AVIS. *cantat avis* octo vulgares. *garrit avis* Bern. et tres. Vers. 9. *mal. matris crimen* Guelf. Jun. *crimen volucris* Reg.

10. TECTAQUE PARVA. *parvaque tecta* Reg. Put. Palat. sec. Bern. et vett. edd. nostrae. At Palat. pr. Guelf. et reliquis quotquot sunt, alterum tuentur, multo id commodius spectante ad utrumque nomen adiectivo.

12. EXSERIT. *Excitat* Palat. prim. exc. Voss. Leid. pr. et quatuor. *Erit et expendit molle* prim. Vatic. Palat. sec. Guelf.

quoque loco est vitis, de palmite gemma movetur:  
Nam procul a Getico litore vitis abest.

quoque loco est arbor, turgescit in arbore ramus: 15  
Nam procul a Geticis finibus arbor abest.

Mia nunc istic, iunctisque ex ordine ludis

Cedunt verbosi garrula bella fori.

Lusus equo nunc est, levibus nunc luditur armis;

Nunc pila, nunc celeri volvitur orbe trochus. 20

Nunc ubi perfusa est oleo labente iuventus,

Defessos artus Virgine tingit aqua.

Scena viget, studiisque favor distantibus ardet;

Proque tribus resonant terna theatra foris.

### 19. Usus equi.

(sed: expandit). Nimirum ita differt corruptela ab interpolatione. Egerit Pirckh. *Erigit* Bersm. Bern. Berol. et octo Heinsii. *Eris* et Put. Jun. unus Vatic. Crev. et alius. ed. Bonon. *Eris* Rel. *Eris* unus. a tepida Bern. et quatuor vulgares. Vers. 13. Francof. et undecim vulgares: est omittunt, non ineleganter, cfr. lib. 2 v. 175, 176.

14. NAM PROCUL. *Sed procul* Palat. prim. Put. Bern. et novem. Verss. 15, 16. desunt in Palat. prim. Guelf. Put. Gall. Rel. Seguer. Crev. Vers. 16. *Sed procul* Francof. et novem.

17. ISTIC. *illic* Gall. Rel. *iunctique ex o. ludi* Palat. prim. Bersm. et octo. *iunctis ex o. ludis* Leid. pr.

18. CEDUNT. *Eduunt* Palat. prim. Palat. sec. Bersm. exc. Vos. Put. Francof. et sedecim Heinsiani, Berol. et ed. Bonon. Guelf. tantum a sec. m. *umbroso — foro* Palat. prim. et duo. *urboso — foro* uterque Polit. Palat. sec. Bersm. Bern. et novem Heinsii. *garrula verba* Put. Bern. et quindecim scripti, vett. eod. praeter Bonon. *garrula turba* coniciebat Heinsius.

19. LUSUS EQUO. Vulgatam exhibemus, h. e. plurimorum scriptorum et olim impressorum scripturam. *Lusus equi* Put. Francof. Jun. Bern. Seguer. et duo. *Usus equi* Combianus, Rottenhorianus, Serv. et alius Heinsii, (puto Francof. innui, qui pro v. scr.: *Usus equis*; alius Italicus: *Usus equo*;) nostri Guelf. et Berol. *Lusus equi* Palat. prim. et quinque vulgares. *Lusus equis* Vatic. et vett. edd. ante Aldinam secundam.

20. VOLVITUR ORBE. Ita Palat. prim. uterque Polit. Gall. Berol. Bersm. Berol. Francof. v. scr. et tres Heinsii. Reliqui tum scripti, tum impressi ante Heinsium: *vertitur orbe. arte trochus* Pirckh.

22. VIRGINE TINGIT. *tingens gaudet* Put. Francof. Palat. et Jun. Bern. tres Heinsii et vett. edd. ante Ald. poster.

24. PROQUE. Scriptura non suspecta librorum haud rare.

- 25 **O** quater et quoties non est numerare beatum,  
 Non interdicta cui licet Vrbe frui!  
 At mihi sentitur nix verno sole soluta,  
 Quaeque lacu duro non fodiantur aquae.  
 Nec mare concrevit glacie: nec, ut ante, per Istrum  
 30 Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit.  
 Incipient aliquae tamen huc annare carinae,  
 Hospitaeque in Ponti litore puppis erit:  
 Sedulus occurram nautae; dictaque salute  
 Quid veniat, quaeram, quisve, quibusve locis.  
 35 Ille quidem, mirum, ni de regione propinqua

28. vix fodiantur.

suspectorum Polit. utr. Palat. sec. Francof. Guelf. Put. et viginti unius vulgariū. Reliqui cum Palat. prim. et vett. edd.: *Cum*

25. **O QUATER ET QUOTIES.** Ita libri optimi, nisi quod Palat. pr. cum nonnullis: *O quater o quotiens.* Tamen viginti quatuor Heinsii codices, nostri praeter Guelf. omnes, floril. Berol. ed. Bonon.: *O quantum et quotiens.* Palat. sec. et Pirckh.: *quantum o quotiens.* Rutilium Namatianum aliquoties *Tristis* tatum constat, isque 1, 5. ita:

*O quantum et quotiens possem numerare beatos;*  
 Adeo certe non inepta scriptura illa est, quod credidisse videatur qui illam Art. am. 2, 447. contra librorum fidem repudiarunt.

28. **QUAEQUE — FODIANTUR.** *Deque* Reg. exc. Voss. rae prim. ed. Heinsii. *durae* Guelf. Serv. ed. Bonon. non inopinor. *vix fod.* Palat. sec. Rel. et duo, contraria sententia. *fodiuntur* Put. *fodiuntur* Palat. prim. Bersm. Francof. cum viginti vulgariibus. Verg. 30. *Sarmaticus* Pirckh. et duo.

31. **INCIPIENT.** *Incipiunt* plurimi; nam id, quod receptum tantum Put. Busl. Jun. et duo Heinsiani, nostri Guelf. Bern. Seguer. habebant. Palat. prim. Francof. Seguer. Bersm. Gall. vett. edd. omnes: *Si tamen incipiunt aliquae huc,* quod ortum ex non intellecto usu Ovidiano, quo si omittitur, vid. Fast. 316; 5, 69, 70; 6, 113, 114. etc.; quae res Heinsio, puto, et Schradero hoc in loco fraudi fuit, non Burmanno, quamquam nus recte interpunxit.

32. **ERIT.** *adest* Palat. uterque, Francof. Reg. Mor. et m. Seguer. et fortasse, uti et priori in versu, plures: indidem ortum, unde dixi, est.

33. **NAUTAE.** *nando* Palat. prim.

35. **NI TRES TANTUM SUOS HABUISSE TESTATUR HEINSIUS,** ceteros omnes: *nisi.* Vide hominis accurationem, aegerrime enim h. dignoscitur in libris. Vett. edd. nostrae praeter Bononiensem illas habent.

Non nisi vicinas tutus araret aquas.  
 Larus ab Italia tantum mare navita transit:  
 Litora rarus in haec portubus orba venit.  
 Sive tamen Graeca scierit, sive ille Latina  
 Voce loqui: certe gratior huius erit. 40  
 Fas quoque ab ore freti longaeque Propontidos undis  
 Huc aliquem certo vela dedisse noto.  
 Quisquis is est, memori rumorem voce referre,  
 Et fieri famae parsque gradusque potest.

36. ararit. 39. Graia.

36. NON NISI — ARARET. *Non michi v. Guelf. cautus*  
 Vossianus. *arabit* Leid. pr. pro v. scr. et duo ignoti. Hinc Hein-  
 sius *ararit* corrigendum putavit. Quasi necesse esset dici *mirum*  
 non *mirum esset*, et quasi *araret* non deberet explicari: *ara-*  
*ret. adiret* Jun. Pirckh. et duo, plaudente Burmanno. Vers.  
*litora navis in haec* Palat. pr.

39. GRAECA. *grata* unus Italicus. Hinc Heinsius: *Graia*.  
 Verum est alicubi in his libris codd. ita habere, sed etiam in Fa-  
 stis utraque forma toleratur.

40. GRATIOR HUIUS ERIT. Videant, quomodo haec inter-  
 pretentur grammatici. Certe quas explicationes ad manum habeo:  
*huius, h. e. qui Latina voce loqui scierit,* et „*gratior huius erit,*  
*h. e. Latini sermonis usus gratior erit et iucundior, Latine loquar*  
*volentius, quam Graece*” non sufficiunt iis, qui aere lavantur et La-  
 tine didicerunt. Quanto melius barbatulus ille cod. Relandini glos-  
 sor, qui ita: *huius h. e. illius navitae, vel illius linguae. Nimi-*  
*um aut homo Latini sermonis intelligendus, aut: vox huius, sive*  
*Graecus, sive Romanus fuerit. Prius duriusculum est, postremum*  
*bet, si gratior comparativum referas ad rem tacite subaudiendum:*  
*nam Getarum lingua. Hoc ipsum et alibi usu venit, et in Fasto-*  
*rum loco 3, 228: — scutoque nepotem*

*Fert avus; hic scuti dulcior usus erat.*

quo cum loco si conferas nostrum, quemadmodum in Palatino  
 primo ac secundo, Busl. et tribus Heinsianis, vett. editis nostris  
 praeter Bonon., exstat: *certe gratior usus erit, fateberis simil-*  
*is. Idque praetermittendum non duxi, quin monerem. Scripturae*  
*nam vel uno illo codice satis commendatae, neque per se ineptae,*  
*neque prae altera suspectae suffragatur Fastorum versus, quos li-*  
*ber secum in exilio habuit poeta, atque aliquoties inspexisse vide-*  
*ur, aliquoties etiam emendasse, utrumque tamen frequentius cum*  
*antica scriberet, quam cum Tristia: quae quatenus ad Fastos*  
 spectant alio loco disputabuntur.

41. FAS QUOQUE. *Fac quoque* Franc. coniecerat, atque id ipsum  
 are extare deprehendi in ed. Bonon. Quam sit elegans, quivis  
 det: optat enim poeta primum Italum, deinde vel peregrinum,

- 45 *Is, precor, auditos possit narrare triumphos*  
*Caesaris, et Latio reddita vota Iovi;*  
*Teque rebellatrix tandem, Germania, magni*  
*Triste caput pedibus supposuisse ducis.*  
 Haec mihi qui referet, quae non vidisse dolebo,  
 50 *Ille meae domui protinus hospes erit.*  
*Hei mihi! iamne domus Scythico Nasonis in orbe est*  
*Iamque suum mihi dat pro lare poena locum?*  
*Di facite, ut Caesar non hoc penetrabile domumque,*  
*Hospitium poenae sed velit esse meae.*

51. *deest est.* 53. *non hic.*

postremo adeo barbarum. Tamen vulgata explicari potest. Vers. 47. *Te quoque bellatrix* Palat. sec. Put. Gall. Guelf. a pr. *Bellatrix possit tandem* Germ. Bern. Vers. 49. *referat* Palat. sec. Leid. pr. et duo cum vett. edd. octo.

51. ORBE EST. *est* omittunt Put. Bern. et plus minus de cem vulgares.

52. PRO L. P. LOCUM. *pro lare terra locum* Palat. prim. Bern. Gall. Mor. Busl. Jun. Leid. pr. Seguer. Rel. (*sed: locus*) et se Heinsii. *pone domum* Berol. *terra domum* Put. *pene domum* Crev. *terra lacum* Bern. *terra situm* Francof. v. scr. — Versus suspectum Heinsius pronunciavit; neque immerito. Erunt, quibus secus videatur: erant fortasse etiam, qui coniecturis Heinsii, Schoderi, Burmanni, si apposuissemus, delectarentur. Duas tamen praeferam, alteram Withofii, alteram meam, illius ingeniosam, alteram ex ingenio Ovidii, variis scripturis utramque adiutam. *terra* nihil est, aut glossa alius vocis ac *poenae*; latere illa potest in scriptura Berol. Quare Withofius Praemet. cruc. crit. p. 182:

*Iamque tuum mihi das pro lare* Ponte solum: praeclare, quantum ad explicandam diversam scripturam. Versus offensioni nihil est, nisi *locus poenae* tanquam inconcinnius dictus. Leve incommodum, quod persentiri facilius, quam demonstrari potest, non est quatuor verborum impendio eximendum. Crev. *terra* glossam esse vocis: *lare*; *domum* adscriptum fuisse supra *timam* versus vocem, patet: ideo coniicio:

*Iamque suum mihi dat pro lare poena* larem. acumine, ut puto, Ovidiano, vid. supra ad 2, 376. neque repugnans tibus, quae sequuntur: *non hic penetrabile domumque. Poena larem* habere fingitur, ut *Spes* Fast. 6, 362., eadem figura, qua *hospitium* habet.

53. DI — CAESAR. *Di faciant* *Caes.* Rel. et tres scripturae non indicati. *facite hoc* Cass. Hugen. *non hic* Guelf. a sec. et Moret. *non hanc* Put. *non hunc* Francius tentabat, sc. *locum*

## XIII.

**E**cce supervacuus, quid enim fuit utile gigni?

Ad sua Natalis tempora noster adest.

Dure, quid ad miseros veniebas exsulis annos?

Debueras illis imposuisse modum.

si tibi cura mei, vel si pudor ullus adesset,

Non ultra patriam me sequerere meam.

quoque loco primum tibi sum male cognitus infans,

Illo tentasses ultimus esse mihi.

namque relinquenda, quod idem fecere sodales,

Tu quoque dixisses tristis in Vrbe vale.

quid tibi cum Ponto? num te quoque Caesaris ira

Extremam gelidi misit in orbis humum?

vellicet exspectas solitum tibi moris honorem:

Pendeat ex humeris vestis ut alba meis,

5. inesset. 13. exspectes soliti.

## XIII.

*Inscr. Ad suum natalem Francof. Ad suum natalem diem Berol. Orat natalem magnum se poscat honorem Berol. Firckh. natalem suum vett. edd.*

1. **SUPERVACUUS.** *supervacuam Berol. Crev. utile nasci Plat. prim. Pet. Bern. et codd. plus viginti cum vett. edd. praeter Bonon. utile nobis prim. Polit. prim. Vatic. et Medic. Vers. q. miseri Reg. Rottend. Bern. Guelferb. Berol. et prim. ed. eiusii.*

5. **ADESSET.** *inesset Reg. Gall. Serv. Busl. exc. Voss. Pa- k. sec. Guelf. Seguer. Berol. et decem alii, vett. edd. praeter mon., neque auctoritate pari, neque elegantia, atque reliqui. Vers. male sum tibi Bern. octo vulgares et vett. edd. creditus inf. rez.*

9. **IAMQUE RELINQUENDA.** *Inque relinquendo libri plurimi. Inque requirendos Put. vere sodales exc. Voss. Heinsii coniecturam exhibemus, non quasi missimam; facillimam tamen expertus dixerim. Vers. II. non Bern. Put. et, ut solent, nonnulli.*

13. **EXSPECTAS SOLITUM.** *exspectes unus Heinsii. soliti Mo- l. sex Heinsii et eiusdem prim. ed. Rel. Berol. mihi moris Gall. turis honorem Jun. Vulgatam revocavimus, quia mos cerimo- nam sacram significat. Vide Festum eiusque interpp. sub vv. Mos*



- 15 Fumida cingatur florentibus ara coronis,  
 Micaque sollemni turis in igne sonet;  
 Libaque dem proprie genitale notantia tempus,  
 Concipiamque bonas ore favente preces:  
 Non ita sum positus, nec sunt ea tempora nobis,  
 20 Adventu possim laetus ut esse tuo.  
 Funeris ara mihi ferali cincta cupressu  
 Convenit, et structis flamma parata rogis.  
 Nec dare tura libet nil exorantia divos,  
 In tantis subeunt nec bona verba malis.  
 25 Si tamen est aliquid nobis hac luce petendum:  
 In loca ne redeas amplius ista, precor,

18. dem pro me. 21. cupresso. 23. nihil exor.

et *Receptus mos. solitum honorem habes* Fast. 2, 639. et alibi  
 Vers. 15. *Fum. tinguatur* Palat. pr.

17. DEM PROPRIE. *dem pro me* e prim. Polit. admiserunt  
 Heinsius. *dem prope* Berol. et duo. *det prope* prim. ed. Heinsii.  
 Quod recepimus extat in Palat. utr. Guelf. Francof. Put. Bern.  
 et duodeviginti aliis. Qui restant cum vett. edd.: *dem pro le.*  
*geniale* Palat. sec. et Seguer. *vocantia tempus* Bern. Non ita  
 male Burmannus coniecit: *Libaque deproperem gen.* etc., for-  
 tasse memor Servii ad Aen. 12, 425: *properare et festinare pro*  
*dare veteres dixerunt. genitale tempus* tuetur Märklundus ad Stat.  
 silv. 2, 3, 62; 2, 7, 130. Vers. 19. *non sunt* Bern. et octo  
 scripti. Schraderus abiiciendum esse distichon denuo contendit  
 propter repetita: *sum, sunt, esse.*

21. CUPRESSU. *cupresso* e sex melioribus recepisse se  
 Heinsius; in schedis Palat. sec. nominavit accedentibus nostris de-  
 bus pessimis et vett. edd. Quoscunque meliores dici fas est, pro-  
 ter Italicos, alterum disertim tueri video.

22. STRICTIS. *strictis* Palat. sec. Berol. et duo. *flamma*  
*peracta* prim. Vatic. Gall. Bern. prim. ed. Heinsii et quinque  
*flamma reperta* quinque Heinsii. Vulgata sanissima: exempla lo-  
 tionis reperies Sen. ep. 13. controv. 1, p. 82. Gron.

23. NIL. *nihil ex tot libris tantum* prim. Polit. Palat. et  
 Guelf. et tres Heinsiani habebant. Vulgatam praestare eandem  
 ob causam puto, qua neque in tertio hexametri pede non probatur  
 non exor. Serv.

27. PONTUS Polit. uterque, Gall. Mor. Jun. Francof. Berol.  
 Berol. Crev. et novem. Reliqui omnes libri: *ponti.*

lum me terrarum pars paene novissima, Pontus  
Euxinus falso nomine dictus habet.

---

XIV.

Vultor et antistes doctorum sancte virorum,  
Qui facis ingenio semper, amice, meo;  
Ecquid, ut incolumem quondam celebrare solebas,  
Nunc quoque ne videar totus abesse, caves?  
Suscipis exceptis ecquid mea carmina solis  
Artibus, artificio quae nocuere suo?  
Nemo ita fac, quaeso, vatium studiose novorum:  
Quaque potes retine corpus in Vrbe meum.  
Fuga dicta mihi; non est fuga dicta libellis,  
Qui domini poenam non meruere sui.

28. Euxini. 7. vatium quaeso. 10. meruere pati.

28. EUXINUS. *Euxiniis* alter Polit., unde correctionem non  
necessariam captabat Heinsius.

---

XIV.

Inscr. *Ad amicum qui libros allegarat Francof. Ad eum  
sui eius libros collegerat Berol. Antistem vatium movet ad sua  
scripta colendum Pirckh. Berol. Ad amicum ut librum tueatur  
id. prior.*

2. QUI FACIS. *Quid facis* Palat. prim. Guelf. a pr. man.  
riptorum dimidia fere pars, editi praeter Bonon. omnes. Gloss.  
oret.: *facis, i. e. favos. amice tuo* Palat. prim. Vers. seq. *Es*  
Palat. prim.

5. SUSCIPIS. *Colligis* Palat. prim. exc. Voss. Francof. Mor.  
ed. pr. prim. ed. Heins. et quinque. *Conficis* prim. Vatic. pr.  
lit. Palat. sec. Guelf. Serv. Jun. et quatuor. *Conspicis* Put.  
el. Berol. decem Heinsii et vett. edd. omnes. *Escipis* Gall.  
rigis unus. Reliqui quod servavimus.

7. QUAESO, VATIUM. *vatium quaeso* Gall. Serv. Jun. et Crev.  
armannus tacitus recepit. *studiose bonorum Rel. tuorum, viro-*  
rum singuli. *meorum* ed. Bonon.

8. CORPUS. Ita optimus quisque, praeter Bernensem librum,  
reliquorum dimidia pars. Reliqui cum vett. edd.: *nomen. car-*  
m Pirckh. pro v. scr.

10. QUI DOMINI — SUI. *Qui poenam domini* Palat. prim.

- Saepe per externas profugus pater exsulat oras;  
 Vrbe tamen natis exsulis esse licet.  
 Palladis exemplo de me sine matre creata  
 Carmina sunt: stirps haec progeniesque mea est.  
 15 Hanc tibi commendo; quae quo magis orba parente  
 Hoc tibi tutori sarcina maior erit.  
 Tres mihi sunt nati contagia nostra secuti:  
 Caetera fac, curae sit tibi turba palam.  
 Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae,  
 20 Carmina de domini funere rapta sui.  
 Illud opus potuit, si non prius ipse perissem,  
 Certius a summa nomen habere manu.  
 Nunc incorrectum populi pervenit in ora:  
 In populi quidquam si tamen ore meum est.  
 25 Hoc quoque nescio quid nostris appone libellis,  
 Diverso missum quod tibi ab orbe venit.  
 Quod quicumque leget, si quis leget, aestimet ante,  
 Compositum quo sit tempore, quoque loco.  
 Aequus erit scriptis, quorum cognoverit esse  
 30 Exsilium tempus, barbariemque locum.  
 Inque tot adversis carmen mirabitur ullum

## 11. extremas.

Put. Jun. Leid. pr. non illicita consonantia hemistichiorum. *meruisti* *pati* exc. Voss. ex glossa usitatissima.

11. EXTERNAS. *extremas* e septemdecim scriptis, vulgaribus, quantum scimus, omnibus, nisi Guelf. accedere videretur, Heinsius receperat. Vulgata satis tuta est et a sententia, et ab usu loquendi. *Externas oras* habes apud Ovidium Met. 9, 19. et nisi misere fallor, 13, 406.

14. MEA EST. *est* ex melioribus tantum Francof. Guelfer. Bern. addebant, tum tredecim vulgares. *progeniesque mei tres* e vett. edd. praeter Bonon. consueta librariis structura, quare non debuit Heinsius tentare: *mihî*. Vers. seq. *est* omnes libri addunt praeter quinque Heinsii non notos, nostros Rel. Berol. Vers. 17 *sunt fratres* Gall. Vers. 18. *sint tibi* Richel.

23. INCORRECTUM. *incorruptum* Palat. prim. *pervenit* *in ora* sedecim Heinsii, duo nostri, melioris notae nullus.

24. MEUM EST. *mei est* Palat. prim. Guelf. a sec. m. Put. et duodecim cum vett. edd. praeter Bonon. cfr. supr. 2, 23. Vers. 27. *si quis legat* Bern. *legit* Palat. sec. Vers. 28. *quove loco* Serr. Barber. Rel. et alius, ed. Bonon. Vers. 30. *barbariamque* Palat. uterque, Francof. et sedecim cum vett. edd. praeter Aldinam.

Ducere me tristi sustinuisse manu.  
 Ingenium fregere meum mala, cuius et ante  
 Fons infecundus parvaque vena fuit.  
 Sed quaecunque fuit, nullo exercente refugit, 35  
 Et longo periit arida facta situ.  
 Non hic librorum, per quos inviter alarque,  
 Copia. Pro libris arcus et arma sonant.  
 Nullus in hac terra, recitem si carmina, cuius  
 Intellecturis auribus utar, adest. 40  
 Nec quo secedam, locus est. Custodia muri  
 Summovet infestos clausaque porta Getas.  
 Saepe aliquod quaero verbum, nomenque, locumque,  
 Nec quisquam est, a quo certior esse queam.  
 Dicere saepe aliquid conanti, turpe fateri! 45  
 Verba mihi desunt, dedidicique loqui.  
 Threicio Scythicoque fere circumsonor ore;  
 Et videor Geticis scribere posse modis.

43. verbum quaero.

37. INVITER. *sustenter* Put. Francof. Bern. Busl. Pirckh. septem Heinsii et eius prim. ed. *alarve* unus Heinsii.

39. RECITEM SI CARMINA. *recitem* cui c. „omnes fere scripti,” testante Burmanno, hoc est, Jun. Leid. pr. Palat. sec. sex Heinsii, noster Rel. vett. edd. praeter Bonon. et Ald. Reliqui omnes, inprimis Vaticani apud Ciof., Palat. prim. Polit. uterque, Francof. Put. Bern., quod exhibemus. Tamen Guelf. a pr. m.: *recitem* cuius carmina. *residens in carmina* Berol. Vers. 41. Non quo sec. Guelf.

43. QUAERO VERBUM. *verbum quaero* Jun. Leid. pr. Rel. Hoc distichon a sciolo profectum putabat Heinsius, assentiente Schradero. Is igitur sciolus illud certe exploratum habuerit, ad Julium Hyginum hoc carmen scribi, Palatinae bibliothecae praefectum, Ovidii familiarem: cui rei cum convenient omnia, tum inodo locutiones grammaticae longiore versu: *verbum*, *nomen*, iam apud Yarronem frequentes, sed ad quemcunque in carmine non usurpandae: versu brevioris poetarum eius temporis cum grammaticis necessitudo tangitur, de qua vide quae Ibidi praefabimur; *verbum* autem *aliquod* tecnico sensu et *verbu* publico atque communi v. 46. quam recte reciprocentur et opponantur, patet, quamvis Heinsium fugerit.

47. SCYTHICOQUE. *Geticoque* Palat. sec. Francof. et tres cum vett. edd. Vers. seq. *Scythicis* Busl. et duo. modi Palat. prim.

Crede mihi; timeo, ne sint immista Latinis,  
 50 Inque meis scriptis Pontica verba legas.  
 Qualemcunque legas, venia dignare libellum;  
 Sortis et excusa conditione meae.

51. Qualemcunque igitur.

51. QUALEM CUNQUE LEGAS omnes libri; quotquot noti sunt  
 praeter prim. Polit. prim. Vatic. Medic. Rottend. Palat sec. Guel  
 a man. pr., qui: *Qualemcunque igitur*, quorumque auctoritate  
 Heinsius secutus est. Suspectissima olim est horum librorum factio  
 repetitio verbi illa vere Ovidiana. Met. 11, 287 sq. :

— *tuaque haec pro parte videto,  
 Quaecumque vides. Utinam meliora videres.*

---

## LIBER QUARTVS.

## I.

Si qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis,  
 Excusata suo tempore, lector, habe.  
 Exsul eram, requiesque mihi, non fama petita est;  
 Mens intenta suis ne foret usque malis.  
 Hoc est, cur cantet vincetus quoque compede fossor,<sup>5</sup>  
 Indocili numero cum grave mollit opus.  
 Cantat et innitens limosae pronus arenae  
 Adverso tardam qui trahit amne ratem;  
 Quique refert pariter lentos ad pectora remos,

7. Cantet. 9. Quique ferens.

## ANNOTATIO IN LIB. IV.

## I.

Inscr. *Epla* 25a Pirckh. *Lectorem librum rogat excuset vitiosum* Pirckh. Berol. *Excusat libros suos, si quid vitii habeant* Aldina.

5. HOC EST. *Hinc est* Put.

7. CANTAT. *Cantet* Put. uterque Polit. Palat. sec. et quatuordecim. *invicens* Pal. prim. *Hoc est cur cantet innitens pronus* arenae Busl.

8. TRAHIT. *vehit* Put. Mor. Leid. pr. et vett. edd. octo.

9. QUIQUE REFERT PARITER. Nullus liber, quantum sciam, Micylli coniecturae addixit: *ferens pariter*. Neque necessariam agnosco. An intelligi hoc tam simplex nequit: qui remigat, in numerum remigat? hoc est ita, uti dicit Rutilius 1, 370:

*Dum resonat variis vile celeusma modis.*

- 10 In numerum pulsa brachia versat aqua.  
 Fessus ut incubuit baculo, saxove resedit  
 Pastor, arundineo carmine mulcet oves.  
 Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis  
 Fallitur aucillae decipiturque labor.
- 15 Fertur et abducta Lyrnesside tristis Achilles  
 Haemonia curas attenuasse lyra.  
 Cum traheret silvas Orpheus et dura canendo  
 Saxa, bis amissa coniuge moestus erat.  
 Me quoque Musa levat Ponti loca iussa petentem:
- 20 Sola comes nostrae perstitit illa fugae.  
 Sola nec insidias, nec iter, nec Thracia tela,

21. insidias hominum nec militis ense.

Eadem sententiae iteratione noster usus est infra 6, 7, 8., ubi vide. De in numerum vid. Serv. et alios ad Virg. ecl. 6, 27; Hand. Tursell. 3. p. 328. *remos referre* graphice ponit ipsum remigum laborem, cfr. Met. 11, 461. Quodsi hoc distichon a prioris verbo: *Captat* suspensum non est, patet, cur prius a superiori verbisque: *Hoc est* contra Heinsii sententiam separaverimus. Nempe *et et que* non praecedentibus, sed invicem utrumque laboris genus copulant, quo naves promoventur.

10. *VERSAT.* *iactat* Palat. prim. et duo. *pulsat* Guelf. Palat. sec. Francof. tredecim Heinsii, nostri tres. *lassat* Put. et septem. *laxat* Crev. et duo. *movit* unus.

11. *UT INCUBUIT.* *ubi inc.* Guelf. Palat. sec. Francof. et duodeviginti. *saxoque* maior pars codd., meliorum fere dimidia, et vett. edd. Vers. 13. *trahenti* Busl. Vers. 14. *Folliter aucillae* Palat. pr. *Tollitur* prima ed. Heinsii.

15. *LYRNESSIDE.* *lorneside* Palat. prim. et viginti duo. *lirnesside* Guelf. *briseide* Gall. Rel. Crev. Aldina posterior. Vers. 19. *quoque lira levat* Guelf. *lira iuvat* Gall. *Musa iuvat* Richel.

21. *INSIDIAS — TELA.* *insidias interque treicia tela* Palat. prim. Busl. Pirckh. septem Heinsiani, Crev., sed hic: *trahicia. intra nec threicia tela* unus. *insidias inter nec thracia tela* Francof. Bersm. Reg. Mor. Seguer. Put., sed hic: *treicia. insidias inter treicia tela* Bern. Berol. *interque irentia tela* unus. *inter tyrinthia tela* alius. *insidias threicia tela* Serv. — *insidias hominum nec Thracia tela* Combianus. *insidias inter tot militis enses* Jun. *insidias saevi nec militis ense* unus. *ins. nec diri militis ense* alius. *ins. inter crudelia tela* Barberin. Reland. *insidias hominum nec militis ense* exc. Voss. Reliqui, imprimis „optimi, meliores, castigatiores” Itali illi, Guelferbytani commilitones cum vett. edd. omnibus: *insidias inter nec militis ense.* — Ita dispositis variis scripturis, quas in Heinsii schedis et meis inveni, vel non

Nec mare, nec ventos, barbariemque timet.

Scit quoque, cum perii, quis me deceperit error:

Et culpam in facto, non scelus esse meo.

Scilicet hoc ipso nunc aequa, quod obfuit ante, 25

Cum mecum iuncti criminis acta rea est.

Non equidem vellem, quoniam nocitura fuerunt,

Pieridum sacris imposuisse manus.

Sed nunc quid faciam? vis me tenet ipsa sororum:

Et carmen demens carmine laesus amo. 30

Sic nova Dulichio lotos gustata palato

Illo, quo nocuit, grata sapore fuit.

Sentit amans sua damna fere; tamen haeret in illis,

Materiam culpae persequiturque suae.

monitus a nobis intelligis fraudem interpolationis eiusque originem: vides e plurimorum librorum scriptura nihil elici debere, si vel possit, velut per coniecturam Jacobi Gronovii:

*Sola nec insidias, Sintae nec militis onsem;*

sed abiecta unius codicis auctoritate, quam Burmannus arripuit, vel arrepturus erat, redeundum ad eos, quos nos iam dudum, Heinsius hoc certe loco duces sequendos putavit: ea de causa alteram eius coniecturam merito honore prosecuti sumus. Scriptum ita fuit in vetustiore aliquo libro: *Sola nec insidias niter n thracia tela*: hinc casu longius Palat., propius, atque solet, Francofurtanus distat. de *insidiis* et *itinere* cfr. Pont. 1, 4, 32 — 34. de *Thraciis telis* ib. 4, 5, 35. Vers. seq. *barbariamque* codd. plurimi et praeter Bern. et Guelf. meliores et in hoc genere accuratiores.

26. MECUM IUNCTI. *mecum adiuncti* prim. Vatic. primus Polit. Bersm. et decem alii: credo Itali, nisi quod Guelf. deest et Palatinus primus adesse videtur. Sed hunc errorem Gruteri existimaverim: quamquam neque quid interpolatores, neque, si fallor, glossatores somniaverint, satis assequor: veram et elegantem vulgatum esse supra disputavi. *mecum incerti cr.* Bern.

29. SORORUM. *sacrorum* Heinsiani libri maximo numero, locorum duo; quod receptum est Gallicus tantum et quatuor, ac Francof. cum Pirckh. pro v. scr. ostendebant. Verum nostri Guelf. et Bernensis videntur accedere, testibus iis, qui contulerunt; Rel. et Crev. accedunt.

34. PERSEQUITURQUE. *prosequiturque* dimidia scriptorum pars et vett. edd., sed, si quaeras, e melioribus praeter Palat. utr. et Put. nullus: quamquam plerique numero tantum consignati sunt. Quantumvis igitur in talibus unice codd. spectantes nihil profecimus. Alibi eodem in discrimine, Her. 7, 112; Met. 8, 776. similem *prosequendi* usum Burmannus immerito proscrispsit.



- 35 Nos quoque delectant, quamvis nocuere, libell:  
 Quodque mihi telum vulnera fecit, amo.  
 Forsitan hoc studium possit furor esse videri:  
 Sed quiddam furor hic utilitatis habet,  
 Semper in obtutu mentem vetat esse malorum,  
 40 Praesentis casus immemoremque facit.  
 Vtque suum Bacche non sentit saucia vulnus,  
 Dum stupet Edonis exulutata iugis;  
 Sic ubi mota calent viridi mea pectora thyrsos,  
 Altior humano spiritus ille malo est.  
 45 Ille nec exsilium, Scythici nec litora ponti,  
 Ille nec iratos sentit habere deos.  
 Vtque soporiferae biberem si pocula Lethes,  
 Temporis adversi sic mihi sensus abest.  
 Iure deas igitur veneror mala nostra levantes,  
 50 Sollicitae comites ex Helicone fugae:

41. Bacchis. 46. sentit adesse. 48. hebet.

Vers. 39. *obtutu* Palat. prim. et quatuordecim vulgares cum ed. Bonon.

41. BACCHE. *Bacchis* prim. Vatic. Serv.

42. EDONIS. *Idonis* Politiani secundus, teste Gronovio: inde verum assecutus est Heinsius. Reliqui libri omnes: *Idaeis. exulata modis* Gall. prim. Vat. prim. Polit. Palat. sec. ed. princeps et vett. nostrae praeter Bonon., interpolatorum artificium.

43. VIRIDI MEA. Ita Heinsius ediderat e prim. Vatic. Polit. sec. Rottendorf. et octo aliis. His intererat Palat. prim.; accedant ab Heinsio omissi Put. et quatuor, nostri Guelf. Bern. Seguer. Reliqui cum vett. edd.: *sacro mea*. Vers. seq. *est* Moret. Berol. et pauci cum editis inde ab Aldina posteriore omittunt.

46. SENTIT HABERE. Pirckh. et sex alii: *sentit adesse*. Librariis et Burnanno fraudem fecit constructio Graecanica vulgarissima, Met. 2, 599; 3, 540. etc. etc.

48. SENSUS ABEST. *tempus abest* Pirckh., quod cum acmine dici putabat J. F. Gronovius. *tempus hebet* prim. Vat., quod partim probabat Heinsius. *sensus adest* Busl. Gott. *sensus abest* Medon. Nescio quis horum carminum editor postremam scripturam plurium codd. esse, alios: *sensus habet* ait exhibere, *hebet* coniecturam esse; postremus apertus istius est error, et tamen reaverissima, de reliquis ipse viderit.

50. SOLLICITAE. *Sollicitas* vetustissimum mendum omnium codd. et edd. usque ad Jos. Scaligeri tempora, qui primus corrigendi auctor fuit. Vers. 54. *Caesare cum magno caeteru Palatinu* Put. et sex.

Et partim pelago, partim vestigia terra,  
 Vel rate dignatas, vel pede nostra sequi.  
 Sint, precor, hae saltem faciles mihi: namque deorum  
 Caetera cum magno Caesare turba facit.  
 Meque tot adversis cumulant, quot litus arenas, 55  
 Quotque fretum pisces, ovaque piscis habet.  
 Vere prius flores, aestu numerabis aristas,  
 Poma per auctumnum, frigoribusque nives;  
 Quam mala, quae toto patior iactatus in orbe,  
 Dum miser Euxini litora laeva peto. 60  
 Nec tamen ut veni levior fortuna malorum est;  
 Huc quoque sunt nostras fata secuta vias.  
 Hic quoque cognosco natalis stamina nostri,  
 Stamina de nigro vellere facta mihi.  
 Utque nec insidias, capitisque pericula narrem, 65  
 Vera quidem, veri sed graviora fide;

66. vera.

55. CUMULANT. *cumulat omnes libri praeter Putean. et quatuor Heinsii, nostros Bern. et Rel.*

59. QUAE TOTO PATIOR. *Quae patior toto Palat. prim. et decem fere cum vet. edd.*

60. EUXINI LIT. LAEVA. *Euxinii Palat. pr. litora laeva e Busl. ab Heinsio receptum est. littora saepe prim. Polit. littora laeva Medon. Reliqui omnes: littora saeva, vel: scaeva. Neque posteriorem scripturam glossam puto eius, quam cum Heinsio expressimus, et littora Ponti fera, deformia, inhospita, frigida saepe in his libris dicuntur. Tamen quae sequuntur faciunt, ne prolepsis illa locum habere commode possit. Vers. 65. neque insid. Palat. prim. et plurimi.*

66. VERA — ETC. *Vera quidem patior sed exc. Voss. Vera quidem fateor sed Busl. et duo Heins. quidem vidi sed omnes libri praeter Comb. unum Vatic. et Crev., qui: vera sed gr. Sed mihi persuasum est eos libros tantundem ratione ac consilio a prima scriptura abesse, quantum reliquos casu. Francii coniectura medium inter utrosque iter nobis praeivit, confirmanda ex illis Met. 3, 659: — tam me tibi vera referre,*

*Quam veri maiora fide;*

*Her. 16, 60: Vera loquar, veri vix habitura fidem;*

*Past. 3, 661: — nostras pervenit ad auras*

*Fama, nec a veri dissidet illa fide;*

*tibi quoque veram fidem, quae longe aliud quid significat, obtrusere librarii vel correctores.*

- 15 Fumida cingatur florentibus ara coronis,  
 Micaque sollemni turis in igne sonet;  
 Libaque dem proprie genitale notantia tempus,  
 Concipiamque bonas ore favente preces:  
 Non ita sum positus, nec sunt ea tempora nobis,  
 20 Adventu possim laetus ut esse tuo.  
 Funeris ara mihi ferali cincta cupressu  
 Convenit, et structis flamma parata rogis.  
 Nec dare tura libet nil exorantia divos,  
 In tantis subeunt nec bona verba malis.  
 25 Si tamen est aliquid nobis hac luce petendum:  
 In loca ne redeas amplius ista, precor,

18. dem pro me. 21. cupresso. 23. nihil exor.

et *Receptus mos. solitum honorem habes* Fast. 2, 639. et alibi  
 Vers. 15. *Fum. tinguatur* Palat. pr.

17. DEM PROPRIE. *dem pro me* e prim. Polit. admiserat  
 Heinsius. *dem prope* Berol. et duo. *dat prope* prim. ed. Heins.  
 Quod recepimus extat in Palat. utr. Guelf. Francof. Put. Bern.  
 et duodeviginti aliis. Qui restant cum vett. edd.: *dem pro is.* —  
*geniale* Palat. sec. et Seguer. *vocantia tempus* Bern. Non ita  
 male Burmannus coniecit: *Libaque deproperem gen.* etc., for-  
 tasse memor Servii ad Aen. 12, 425: *properare et festinare pro*  
*dare veteres dixerunt. genitale tempus* tuetur Marklandus ad Stat.  
 silv. 2, 3, 62; 2, 7, 130. Vers. 19. *non sunt* Bern. et octo  
 scripti. Schraderus abiiciendum esse distichon denuo contendit  
 propter repetita: *sum, sunt, esse.*

21. CUPRESSU. *cupresso* e sex melioribus recepisse se  
 Heinsius; in schedis Palat. sec. nominavit accedentibus nostris duobus  
 pessimis et vett. edd. Quoscumque meliores dici fas est, præter  
 Italicos, alterum disertim tueri video.

22. STRUCTIS. *strictis* Palat. sec. Bersm. et duo. *flamma*  
*peracta* prim. Vatic. Gall. Bern. prim. ed. Heinsii et quinque  
*flamma reperta* quinque Heinsii. Vulgata sanissima: exempla loci  
 typis reperies Sen. ep. 13. controv. 1, p. 82. Gron.

23. NIL. *nihil* ex tot libris tantum prim. Polit. Palat. sec.  
 Guelf. et tres Heinsiani habebant. Vulgatam præstare eandem  
 ob causam puto, quæ neque in tertio hexametri pede non probatur  
*non exor.* Serv.

27. PONTUS Polit. uterque, Gall. Mor. Jun. Francof. Bern.  
 Berol. Crev. et novem. Reliqui omnes libri: *ponti.*

lum me terrarum pars paene novissima, Pontus  
Euxinus falso nomine dictus habet.

## XIV.

Dultor et autistes doctorum sancte virorum,  
Qui facis ingenio semper, amice, meo;  
Ecquid, ut incolumem quondam celebrare solebas,  
Nunc quoque ne videar totus abesse, caves?  
Suscipis exceptis ecquid mea carmina solis 5  
Artibus, artifici quae nocuere suo?  
Nunc ita fac, quaeso, vatium studiose novorum:  
Quaque potes retine corpus in Vrbe meum.  
Est fuga dicta mihi; non est fuga dicta libellis,  
Qui domini poenam non meruere sui. 10

28. Euxini. 7. vatium quaeso. 10. meruere pati.

28. EUXINUS. *Euxiniis* alter Polit., unde correctionem non  
necessariam captabat Heinsius.

## XIV.

Inscr. *Ad amicum qui libros allegarat Francof. Ad eum  
eius libros collegerat Berol. Antistem vatium movet ad sua  
scripta colendum Pirckh. Berol. Ad amicum ut librum tueatur  
id. prior.*

2. QUI FACIS. *Quid facis* Palat. prim. Guelf. a pr. man.  
scriptorum dimidia fere pars, editi praeter Bonon. omnes. Gloss.  
loret.: *facis, i. e. faves. amice tuo* Palat. prim. Vers. seq. *Et*  
id. Palat. prim.

5. SUSCIPIS. *Colligis* Palat. prim. exc. Voss. Francof. Mor.  
id. pr. prim. ed. Heins. et quinque. *Conficis* prim. Vatic. pr.  
Polit. Palat. sec. Guelf. Serv. Jun. et quatuor. *Conspicis* Put.  
id. Berol. decem Heinsii et vett. edd. omnes. *Excipis* Gall.  
*Colligis* unus. *Reliqui quod servavimus.*

7. QUAESO, VATIUM. *vatium quaeso* Gall. Serv. Jun. et Crev.  
Mannus tacitus recepit. *studiose bonorum Rel. tuorum, viro-  
rum singuli. meorum* ed. Bonon.

8. CORPUS. Ita optimus quisque, praeter Bernensem librum,  
reliquorum dimidia pars. Reliqui cum vett. edd.: *nomen. car-  
um* Pirckh. pro v. scr.

10. QUI DOMINI — SUI. *Qui poenam domini* Palat. prim.

- Saepe per externas profugus pater exsulat oras;  
 Vrbe tamen natis exsulis esse licet.  
 Palladis exemplo de me sine matre creata  
 Carmina sunt: stirps haec progeniesque mea est.  
 15 Hanc tibi commendo; quae quo magis orba parente  
 Hoc tibi tutori sarcina maior erit.  
 Tres mihi sunt nati contagia nostra secuti:  
 Caetera fac, curae sit tibi turba palam.  
 Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae,  
 20 Carmina de domini funere rapta sui.  
 Illud opus potuit, si non prius ipse perissem,  
 Certius a summa nomen habere manu.  
 Nunc incorrectum populi pervenit in ora:  
 In populi quidquam si tamen ore meum est.  
 25 Hoc quoque nescio quid nostris appone libellis,  
 Diverso missum quod tibi ab orbe venit.  
 Quod quicumque leget, si quis leget, aestimet ante,  
 Compositum quo sit tempore, quoque loco.  
 Aequus erit scriptis, quorum cognoverit esse  
 30 Exsilium tempus, barbariemque locum.  
 Inque tot adversis carmen mirabitur ullum

## 11. extremas.

Put. Jun. Leid. pr. non illicita consonantia hemistichiorum. *meruisti pati* exc. Voss. ex glossa usitatissima.

11. EXTERNAS. *extremas* e septemdecim scriptis, vulgaribus, quantum scimus, omnibus, nisi Guelf. accedere videretur, Heinsius receperat. Vulgata satis tuta est et a sententia, et alio usu loquendi. *Externas oras* habes apud Ovidium Met. 9, 19. et nisi misere fallor, 13, 406.

14. MEA EST. *est* ex melioribus tantum Francof. Guelferob. Bern. addebant, tum tredecim vulgares. *progeniesque mei* tres e vett. edd. praeter Bonon. consueta librariis structura, quare non debuit Heinsius tentare: *mihî*. Vers. seq. *est* omnes libri addunt praeter quinque Heinsii non notos, nostros Rel. Berol. Vers. 17 *sunt fratres* Gall. Vers. 18. *sint tibi* Richel.

23. INCORRECTUM. *incorruptum* Palat. prim. *pervenit* a ora sedecim Heinsii, duo nostri, melioris notae nullus.

24. MEUM EST. *mei est* Palat. prim. Guelf. a sec. m. Put et duodecim cum vett. edd. praeter Bonon. cfr. supr. 2, 23. Vers. 27 *si quis legat* Bern. *legit* Palat. sec. Vers. 28. *quove loco* Serv. Barber. Rel. et alius, ed. Bonon. Vers. 30. *barbariamque* Palat. uterque, Francof. et sedecim cum vett. edd. praeter Aldinam.

Ducere me tristi sustinuisse manu.  
 Ingenium fregere meum mala, cuius et ante  
 Fons infecundus parvaque vena fuit.  
 Sed quaecunque fuit, nullo exercente refugit, 35  
 Et longo periit arida facta situ.  
 Non hic librorum, per quos inviter alarque,  
 Copia. Pro libris arcus et arma sonant.  
 Nullus in hac terra, recitem si carmina, cuius  
 Intellecturis auribus utar, adest. 40  
 Nec quo secedam, locus est. Custodia muri  
 Summovet infestos clausaque porta Getas.  
 Saepe aliquod quaero verbum, nomenque, locumque,  
 Nec quisquam est, a quo certior esse queam.  
 Dicere saepe aliquid conanti, turpe fateri! 45  
 Verba mihi desunt, dedidicique loqui.  
 Threicio Scythicoque fere circumsonor ore;  
 Et videor Geticis scribere posse modis.

43. verbum quaero.

37. INVITER. *sustenter* Put. Francof. Bern. Busl. Pirckh. septem Heinsii et eius prim. ed. *alarve* unus Heinsii.

39. RECITEM SI CARMINA. *recitem* cui c. „omnes fere scripti,” testante Burmanno, hoc est, Jun. Leid. pr. Palat. sec. sex Heinsii, noster Rel. vett. edd. praeter Bonon. et Ald. Reliqui omnes, inprimis Vaticani apud Ciof., Palat. prim. Polit. uterque, Francof. Put. Bern., quod exhibemus. Tamen Guelf. a pr. m.: *recitem cuius carmina. residens in carmina* Berol. Vers. 41. *Non quo sec.* Guelf.

43. QUAERO VERBUM. *verbum quaero* Jun. Leid. pr. Rel. Hoc distichon a sciolo profectum putabat Heinsius, assentiente Schradero. Is igitur sciolus illud certe exploratum habuerit, ad Julium Hyginum hoc carmen scribi, Palatinae bibliothecae praefectum, Ovidii familiarem: cui rei cum convenient omnia, tum inodo locutiones grammaticae longiore versu: *verbum, nomen*, iam apud Varronem frequentes, sed ad quemcunque in carmine non usurpandae: versu brevioris poetarum eius temporis cum grammaticis necessitudo tangitur, de qua vide quae Ibidi praefabimur; *verbum* autem *aliquod* tecnico sensu et *verbu* publico atque communi v. 46. quam recte reciprocentur et opponantur, patet, quamvis Heinsium fugerit.

47. SCYTHICOQUE. *Geticoque* Palat. sec. Francof. et tres cum vett. edd. Vers. seq. *Scythicis* Busl. et duo. *modi* Palat. prim.

Crede mihi; timeo, ne sint immista Latinis,  
 50 Inque meis scriptis Pontica verba legas.  
 Qualemcunque legas, venia dignare libellum;  
 Sortis et excusa conditione meae.

51. Qualemcunque igitur.

51. **QUALEMCUNQUE LEGAS** omnes libri; quotquot noti sunt praeter prim. Polit. prim. Vatic. Medic. Rottend. Palat sec. Guelf. a man. pr., qui: *Qualemcunque igitur*, quorumque auctoritatem Heinsius secutus est. Suspectissima olim est horum librorum factio: repetitio verbi illa vere Ovidiana. Met. 11, 287 sq.:

— *tuaque haec pro parte videto,  
 Quali acinque vides. Utinam meliora videres.*

---

## LIBER QVARTVS.

## I.

**S**i qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis,  
 Excusata suo tempore, lector, habe.  
 Exsul eram, requiesque mihi, non fama petita est;  
 Mens intenta suis ne foret usque malis.  
 Hoc est, cur cantet vinctus quoque compede fossor,<sup>5</sup>  
 Indocili numero cum grave mollit opus.  
 Cantat et innitens limosae pronus arenae  
 Adverso tardam qui trahit amue ratem;  
 Quique refert pariter lentos ad pectora remos,

7. Cantet. 9. Quique ferens.

## ANNOTATIO IN LIB. IV.

## I.

Inscr. *Epla* 25a Pirckh. *Lectorem librum rogat excuset vitiosum* Pirckh. Berol. *Excusat libros suos, si quid vitii habeant* Aldina.

5. HOC EST. *Hinc est* Put.

7. CANTAT. *Cantet* Put. uterque Polit. Palat. sec. et quatuordecim. *invicens* Pal. prim. *Hoc est cur cantet innitens pronus arenae* Busl.

8. TRAHIT. *velit* Put. Mor. Leid. pr. et vett. edd. octo.

9. QUIQUE REFERT PARITER. Nullus liber, quantum sciam, Micylli coniecturae addixit: *ferens pariter*. Neque necessariam agnosco. An intelligi hoc tam simplex nequit: qui remigat, in unum remigat? hoc est ita, uti dicit Rutilius I, 370:

*Dum resonat variis vile celeusma modis.*



- 10 In numerum pulsa brachia versat aqua.  
 Fessus ut incubuit baculo, saxove resedit  
 Pastor, arundineo carmine mulcet oves.  
 Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis  
 Fallitur ancillae decipiturque labor.
- 15 Fertur et abducta Lyrnesside tristis Achilles  
 Haemonia curas attenuasse lyra.  
 Cum traheret silvas Orpheus et dura canendo  
 Saxa, bis amissa coniuge moestus erat.  
 Me quoque Musa levat Ponti loca iussa petentem:
- 20 Sola comes nostrae perstitit illa fugae.  
 Sola nec insidias, nec iter, nec Thracia tela,

21. insidias hominum nec militis ensem.

Eadem sententiae iteratione noster usus est infra 6, 7, 8., ubi vide. De in numerum vid. Serv. et alios ad Virg. ecl. 6, 27; Hand. Tursell. 3. p. 328, *remos referre* graphice ponit ipsum remigum laborem, cfr. Met. 11, 461. Quodsi hoc distichon a prioris verbo: *Captat* suspensum non est, patet, cur prius a superiori verbisque: *Hoc est* contra Heinsii sententiam separaverimus. Nempe *et et que* non praecedentibus, sed invicem utrumque laboris genus copulant, quo naves promoventur.

10. *VERSAT*. *iaciat* Palat. prim. et duo. *pulsat* Guelf. Palat. sec. Francof. tredecim Heinsii, nostri tres. *lassat* Put. et septem. *laxat* Crev. et duo. *movit* unus.

11. *UT INCUBUIT*. *ubi inc.* Guelf. Palat. sec. Francof. et duodeviginti. *saxoque* maior pars codd., meliorum fere dimidia, et vett. edd. Vers. 13. *trahenti* Busl. Vers. 14. *Folliter ancillae* Palat. pr. *Tollitur* prima ed. Heinsii.

15. *LYRNESSIDE*. *lerneside* Palat. prim. et viginti duo. *lnerside* Guelf. *briseide* Gall. Rel. Crev. Aldina posterior. Vers. 19. *quoque lira levat* Guelf. *lira iuvat* Gall. *Musa iuvat* Richel.

21. *INSIDIAS — TELA*. *insidias interque treicia tela* Palat. prim. Busl. Pirckh. septem Heinsiani, Crev., sed hic: *trahicia. intra nec threicia tela* unus. *insidias inter nec thracia tela* Francof. Bersm. Reg. Mor. Seguer. Put., sed hic: *treicia. insidias inter treicia tela* Bern. Berol. *interque irentia tela* unus. *inter tyrinthia tela* alius. *insidias threicia tela* Serv. — *insidias hominum nec Thracia tela* Combianus. *insidias inter tot militis enses* Jun. *insidias saevi nec militis ensem* unus. *ins. nec diri militis ensem* alius. *ins. inter crudelia tela* Barberin. Reland. *insidias hominum nec militis ensem* exc. Voss. Reliqui, imprimis „optimi, meliores, castigatores” Itali illi, Guelferbytani commilitones cum vett. edd. omnibus: *insidias inter nec militis ensem*. — Ita dispositis variis scripturis, quas in Heinsii schedis et meis inveni, vel non

Nec mare, nec ventos, barbariemque timet.

Scit quoque, cum perii, quis me deceperit error:

Et culpam in facto, non scelus esse meo.

Scilicet hoc ipso nunc aequa, quod obfuit ante, 25

Cum mecum iuncti criminis acta rea est.

Non equidem vellem, quoniam nocitura fuerunt,

Pieridum sacris imposuisse manus.

Sed nunc quid faciam? vis me tenet ipsa sororum:

Et carmen demens carmine laesus amo. 30

Sic nova Dulichio lotos gustata palato

Illo, quo nocuit, grata sapore fuit.

Sentit amans sua damna fere; tamen haeret in illis,

Materiam culpae persequiturque suae.

monitus a nobis intelligis fraudem interpolationis eiusque originem: vides e plurimorum librorum scriptura nihil elici debere, si vel possit, velut per coniecturam Jacobi Gronovii:

*Sola nec insidias, Sintae nec militis onsem;*

sed abiecta unius codicis auctoritate, quam Burmannus arripuit, vel arrepturus erat, redeundum ad eos, quos nos iam dudum, Heinsius hoc certe loco duces sequendos putavit: ea de causâ alteram eius coniecturam merito honore prosecuti sumus. Scriptum ita fuit in vetustiore aliquo libro: *Sola nec insidias niter n thracia* *leda*: hinc casu longius Palat., propius, atque solet, Francofurtanus distat. de *insidiis* et *itinere* cfr. Pont. 1, 4, 32 — 34. de *Thraciis telis* ib. 4, 5, 35. Vers. seq. *barbariamque* codd. plurimi et praeter Bern. et Guelf. meliores et in hoc genere accuratiores.

26. MECUM IUNCTI. *mecum adiuncti* prim. Vatic. primus Polit. Bersm. et decem alii: credo Itali, nisi quod Guelf. deest et Palatinus primus adesse videtur. Sed hunc errorem Gruteri existimaverim: quamquam neque quid interpolatores, neque, si fallor, glossatores somniaverint, satis assequor: veram et elegantem vulgatum esse supra disputavi. *mecum incerti cr.* Bern.

29. SORORUM. *sacrorum* Heinsiani libri maximo numero, locorum duo; quod receptum est Gallicus tantum et quatuor, ac Francof. cum Pirckh. pro v. scr. ostendebant. Verum nostri Guelf. et Bernensis videntur accedere, testibus iis, qui contulerunt; Rel. et Crev. accedunt.

34. PERSEQUITURQUE. *prosequiturque* dimidia scriptorum pars et vett. edd., sed, si quaeras, e melioribus praeter Palat. utr. et Put. nullus: quamquam plerique numero tantum consignati sunt. Quantumvis igitur in talibus unice codd. spectantes nihil profecimus. Alibi eodem in discrimine, Her. 7, 112; Met. 8, 776. similem *prosequendi* usum Burmannus immerito proscripsit.

- 35 Nos quoque delectant, quamvis nocuere, libellum:  
 Quodque mihi telum vulnera fecit, amo.  
 Forsitan hoc studium possit furor esse videri:  
 Sed quiddam furor hic utilitatis habet,  
 Semper in obtutu mentem vetat esse malorum,  
 40 Praesentis casus immemoremque facit.  
 Utque suum Bacche non sentit saucia vulnus,  
 Dum stupet Edonis exulata iugis;  
 Sic ubi mota calent viridi mea pectora thyrso,  
 Altior humano spiritus ille malo est.  
 45 Ille nec exsilium, Scythici nec litora ponti,  
 Ille nec iratos sentit habere deos.  
 Utque soporiferae biberem si pocula Lethes,  
 Temporis adversi sic mihi sensus abest.  
 Iure deas igitur veneror mala nostra levantes,  
 50 Sollicitae comites ex Helicone fugae:

41. Bacchis. 46. sentit adesse. 48. hebet.

Vers. 39. *obtutu* Palat. prim. et quatuordecim vulgares cum ed. Bonon.

41. BACCHE. *Bacchis* prim. Vatic. Serv.

42. EDONIS. *Idonis* Politiani secundus, teste Gronovio: inde verum assecutus est Heinsius. Reliqui libri omnes: *Idaeis. articulata modis* Gall. prim. Vat. prim. Polit. Palat. sec. ed. princeps et vett. nostrae praeter Bonon., interpolatorum artificium.

43. VIRIDI MEA. Ita Heinsius ediderat e prim. Vatic. Polit. sec. Rottendorf. et octo aliis. His intererat Palat. prim.; accedunt ab Heinsio omissi Put. et quatuor, nostri Guelf. Bern. Segues. Reliqui cum vett. edd.: *sacro mea*. Vers. seq. *est* Moret. Berol. et pauci cum editis inde ab Aldina posteriore omittunt.

46. SENTIT HABERE. Pirckh. et sex alii: *sentit adesse*. Librariis et Burinanno fraudem fecit constructio Graecanica vulgatissima, Met. 2, 599; 3, 540. etc. etc.

48. SENSUS ABEST. *tempus abest* Pirckh., quod cum acumine dici putabat J. F. Gronovius. *tempus hebet* prim. Vat., quod partim probabat Heinsius. *sensus adest* Busl. Gott. *sensus abest* Medon. Nescio quis horum carminum editor postremam scripturam plurium codd. esse, alios: *sensus habet* ait exhibere, *hebet* coniecturam esse; postremus apertus istius est error, et tamen reverissima, de reliquis ipse viderit.

50. SOLLICITAE. *Sollicitas* vetustissimum mendum omnium codd. et edd. usque ad Jos. Scaligeri tempora, qui primus corrigendi auctor fuit. Vers. 54. *Caesare cum magno caeteru* Palatin. Put. et sex.

Et partim pelago, partim vestigia terra,  
 Vel rate dignatas, vel pede nostra sequi.  
 Sint, precor, hae saltem faciles mihi: namque deorum  
 Caetera cum magno Caesare turba facit.  
 Neque tot adversis cumulant, quot litus arenas, 55  
 Quotque fretum pisces, ovaque piscis habet.  
 Vere prius flores, aestu numerabis aristas,  
 Poma per auctumnum, frigoribusque nives;  
 Quam mala, quae toto patior iactatus in orbe,  
 Dum miser Euxini litora laeva peto. 60  
 Nec tamen ut veni levior fortuna malorum est;  
 Huc quoque sunt nostras fata secuta vias.  
 Hic quoque cognosco natalis stamina nostri,  
 Stamina de nigro vellere facta mihi.  
 Vtique nec insidias, capitisque pericula narrem, 65  
 Vera quidem, veri sed graviora fide;

66. vera.

55. CUMULANT. *cumulat* omnes libri praeter Putean. et quatuor Heinsii, nostros Bern. et Rel.

59. QUAE TOTO PATIOR. *Quae patior toto* Palat. prim. et decem fere cum vett. edd.

60. EUXINI LIT. LAEVA. *Euxinii* Palat. pr. *litora laeva* e Busl. ab Heinsio receptum est. *littora saepe* prim. Polit. *littora* in a Medon. Reliqui omnes: *littora saeva*, vel: *scaeva*. Neque posteriorem scripturam glossam puto eius, quam cum Heinsio expressimus, et *littora Ponti fera, deformia, inhospita, frigida* saepe in his libris dicuntur. Tamen quae sequuntur faciunt, ne prolepsis illa locum habere commode possit. Vers. 65. *neque insid.* Palat. prim. et plurimi.

66. VERA — ETC. *Vera quidem patior sed* exc. Voss. *Vera quidem fateor sed* Busl. et duo Heins. *quidem vidi sed* omnes libri praeter Comb. unum Vatic. et Crev., qui: *vera sed gr.* Sed mihi persuasum est eos libros tantundem ratione ac consilio a pristina scriptura abesse, quantum reliquos casu. Francii coniectura medium inter utrosque iter nobis praeivit, confirmanda ex illis Met. 3, 659:

— *tam me tibi vera referre,*

*Quam veri maiora fide;*

Her. 16, 60: *Vera loquar, veri vix habitura fidem;*

Fast. 3, 661: — *nostras pervenit ad auras*

*Fama, nec a veri dissidet illa fide;*

ubi quoque *veram fidem*, quae longe aliud quid significat, obtrudere librarii vel correctores.

Vivere quam miserum est inter Bessosque Getasque  
 Illum, qui populi semper in ore fuit!  
 Quam miserum est porta vitam muroque tueri,  
 70 Vixque sui tutum viribus esse loci!  
 Aspera militiae iuvenis certamina fugi,  
 Nec nisi lusura movimus arma manu.  
 Nunc senior gladioque latus, scutoque sinistram,  
 Cautiem galeae subiicioque meam.  
 85 Nam dedit e specula custos ubi signa tumultus,  
 Induimus trepida protinus arma manu.  
 Hostis habens arcus imbutaque tela veneno  
 Saevus anhelanti moenia lustrat equo.  
 Utque rapax pecudem, quae non se texit ovili,  
 80 Per sata, per silvas, fertque trahitque lupus;  
 Sic, si quem nondum portarum sepe receptum  
 Barbarus in campis reperit hostis, agit.  
 Aut sequitur captus, coniectaque vincula collo

68. Illi. 69. miserum, porta. 76. Induimur. 79. se non.

68. ILLUM, QUI. *Illi, qui* Moret. Jun. et Gottorp., *est* alius hic passim laudato. Quanto rectius vulgato, Heinsius videri quamvis aliquanto confidentius asseveraverim, in vulgata nihil calpari posse, quam ita Romanos locutos esse: *hoc mihi miserum est* negaverim. Certe Moretanus superiori in versu: *quam durum est* habebat. 69. *est* omittunt Mor. et quatuor.

70. VIRIBUS. *moenibus* Bern. Jun. duo alii, Comb. pro *v*scr. *turribus* coni. Heinsius, *fruib* Francius. Vers. 71. *contagii* fugi prim. Vatic. et Gall.; arridebat Heinsio. Vers. 72. *novimus arma* Guelf. Francof. Serv. Leid. pr. Pirckh. et quatuor cum vett. edd. Vers. 74. *meae* quatuor Heinsii.

76. INDUIMUS. *Induimur* Combianus, nullo, quod doleat fideiussore alio.

79. QUAE NON SE. Ita Palat. prim. undecim Heinsii, nota Berol. Rel. Reliqui et vett. edd.: *quae se non*. Vers. 80. *fortis* *que refertque* Palatinus primus, Put. Bersm. et nonnulli, editione inde ab Aldina secunda.

81. SEPE non nisi pro varia scriptura hi libri: Francof. Moret. Rottendorf. Barberin. et Medon. servarunt. Vides exemplum interdum operae pretium facere, qui in lappam et zizanias inter vetustorum librorum linesas crescentes, glossas dico et interpretamenta, inquirimus. *sede* reliqui.

82. AGIT. Ita Francof. Put. Gall. Busl. Seguer. Leid. pr. et decem. Reliqui: *habet*.

83. CONIECTAQUE. *iniectaque* Palat. sec. Bersm. Bern. Jun. Pirckh. *collectaque* Put. Busl. ineptiora alii.

Accipit, aut telo virus habente perit.  
 Sic ego sollicitae iaceo novus incola sedis. 85  
 Hei nimium fati tempora lenta mei!  
 tamen ad numeros antiquaque sacra reverti  
 Sustinet in tantis hospita Musa malis.  
 Sed neque cui recitem quisquam est mea carmina,  
 nec qui  
 Auribus accipiat verba Latina suis. 90  
 Me mihi, quid enim faciam? scriboque, legoque:  
 Tutaque iudicio litera nostra suo est.  
 Saepe tamen dixi, cui nunc haec cura laborat?  
 An mea Sauromatae scripta Getaeque legent?  
 Saepe etiam lacrimae me sunt scribente profusae, 95  
 Humidaque est fletu litera facta meo.  
 Torque vetusta meum tanquam nova vulnera novit,  
 84. cadit. 86. longa. 97. sentit.

84. PERIT. *cadit* Jun. et pro diversa scr. Gottorp. et Rot-  
 andorp. Vers. 85. Novum carmen orditur Reland. *Sarmaticus*  
 de Francof. pro var. scr. *nimis incolu* primus Polit. et Medic.  
 aliqua diligentius Burmannus.

86. LENTA. *longa* libri Heinsiani tanto numero, ut praeter  
 dat. primum et vett. edd. excepta Bonon. nullum sciam vulgatae  
 scripturae auctorem, quam tamen et per se satis elegantem, et vel  
 o illo libro satis tutam, et Bentleyi suffragio ad Hor. Epist. 1,  
 21. satis commendatam e fuga revocavimus. Sic enim mortem  
 tabit poeta, aliter, quid sibi velit, ignoro cum Francio, qui ideo  
 brom *incolam* malebat. Vers. 88. *hospita digna* Gall. pro:  
 la coniectore Schradero. Vers. 89. *cum recitem* Palat. prim.  
 referam Pirckh. et vett. edd. Vers. 92. *meo est* Reg. Gall.  
 rel. Vers. 93. *mea cura* Jun. et quatuor. *mea Musa* Moret.  
 storp.

95. ME SUNT. *sunt me* Palatini cum aliis multis peioris  
 boque notae et vett. edd.

97. VULNERA NOVIT Palatinus uterque; Guelferb. Francof.  
 m. (ut puto,) Gall. Mor. Busl. Seguer. Pirckh. pro v. scr. et  
 quos Heinsius indicare oblitus, fortasse octo. *noscit* Pat. *norit*  
 r. et quatuor cum vett. edd. *norunt* tres. *venit* Pirckh. *lae-*  
 ed. princeps Heinsii. Reliqui libri: *vulnera sentit*. Res ipsa  
 mat vulgarius dictum insolentiori pro glossa ascriptum fuisse.  
 m in re ac locutione eadem accidit Fast. 2, 490:

*caeli pondera novit Atlas;*

Heinsius e codd. Puteaneo sec. Petav. sec. exc. Voss. et tribus  
 contra tot reliquorum consensum edidit: *senit*. Illinc et a

- Saepe per externas profugus pater exsulat oras;  
 Vrbe tamen natis exsulis esse licet.  
 Palladis exemplo de me sine matre creata  
 Carmina sunt: stirps haec progeniesque mea est.  
 15 Hanc tibi commendo; quae quo magis orba parente  
 Hoc tibi tutori sarcina maior erit.  
 Tres mihi sunt nati contagia nostra secuti:  
 Caetera fac, curae sit tibi turba palam.  
 Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae,  
 20 Carmina de domini funere rapta sui.  
 Illud opus potuit, si non prius ipse perissem,  
 Certius a summa nomen habere manu.  
 Nunc incorrectum populi pervenit in ora:  
 In populi quidquam si tamen ore meum est.  
 25 Hoc quoque nescio quid nostris appone libellis,  
 Diverso missum quod tibi ab orbe venit.  
 Quod quicumque leget, si quis leget, aestimet ante,  
 Compositum quo sit tempore, quoque loco.  
 Aequus erit scriptis, quorum cognoverit esse  
 30 Exsilium tempus, barbariemque locum.  
 Inque tot adversis carmen mirabitur ullum

## 11. extremas.

Put. Jun. Leid. pr. non illicita consonantia hemistichiorum. *meruerit* *pati* exc. Voss. ex glossa usitatissima.

11. EXTERNAS. *extremas* e septemdecim scriptis, vulgaribus, quantum scimus, omnibus, nisi Guelf. accedere videretur Heinsius receperat. *Vulgata* satis tuta est et a sententia, et al usu loquendi. *Externas oras* habes apud Ovidium Met. 9, 19. et nisi misere fallor, 13, 406.

14. MEA EST. *est* ex melioribus tantum Francof. Guelferib. Bern. addebant, tum tredecim vulgares. *progeniesque mei tres* e vett. edd. praeter Bonon. consueta librariis structura, quare non debuit Heinsius tentare: *mihî*. Vers. seq. *est omnes libri addus* praeter quinque Heinsii non notos, nostros Rel. Berol. Vers. 17 *sunt fratres* Gall. Vers. 18. *sint tibi* Richel.

23. INCORRECTUM. *incorruptum* Palat. prim. *pervenit a ora* sedecim Heinsii, duo nostri, melioris notae nullus.

24. MEUM EST. *mei est* Palat. prim. Guelf. a sec. m. Put et duodecim cum vett. edd. praeter Bonon. cfr. supr. 2, 23. Vers. 27 *si quis legat* Bern. *legit* Palat. sec. Vers. 28. *quove loco* Serv Barber. Rel. et alius, ed. Bonon. Vers. 30. *barbariamque* Palat uterque, Francof. et sedecim cum vett. edd. praeter Aldinam.

Ducere me tristi sustinuisse manu.  
 Ingenium fregere meum mala, cuius et ante  
 Fons infecundus parvaque vena fuit.  
 Sed quaecunque fuit, nullo exercente refugit, 35  
 Et longo periit arida facta situ.  
 Non hic librorum, per quos inviter alarque,  
 Copia. Pro libris arcus et arma sonant.  
 Nullus in hac terra, recitem si carmina, cuius  
 Intellecturis auribus utar, adest. 40  
 Nec quo secedam, locus est. Custodia muri  
 Summovet infestos clausaque porta Getas.  
 Saepe aliquod quaero verbum, nomenque, locumque,  
 Nec quisquam est, a quo certior esse queam.  
 Dicere saepe aliquod conanti, turpe fateri! 45  
 Verba mihi desunt, dedidicique loqui.  
 Threicio Scythicoque fere circumsonor ore;  
 Et videor Geticis scribere posse modis.

43. verbum quaero.

\* 37. INVITER. *sustenter* Put. Francof. Bern. Busl. Pirckh. septem Heinsii et eius prim. ed. *alarve* unus Heinsii.

39. RECITEM SI CARMINA. *recitem* cui c. „omnes fere scripti,” testante Burmanno, hoc est, Jun. Leid. pr. Palat. sec. sex Heinsii, noster Rel. vett. edd. praeter Bonon. et Ald. Reliqui omnes, inprimis Vaticani apud Ciof., Palat. prim. Polit. uterque, Francof. Put. Bern., quod exhibemus. Tamen Guelf. a pr. m.: *recitem* cuius *carmina. residens in carmina* Berol. Vers. 41. *Non quo sec.* Guelf.

43. QUAERO VERBUM. *verbum quaero* Jun. Leid. pr. Rel. Hoc distichon a sciolo profectum putabat Heinsius, assentiente Schradero. Is igitur sciolus illud certe exploratum habuerit, ad Julium Hyginum hoc carmen scribi, Palatinae bibliothecae praefectum, Ovidii familiarem: cui rei cum conveniant omnia, tum modo locutiones grammaticae longiore versu: *verbum, nomen*, iam apud Varronem frequentes, sed ad quemcunque in carmine non usurpandae: versu brevioris poetarum eius temporis cum grammaticis necessitudo tangitur, de qua vide quae Ibidi praefabimur; *verbum* autem *aliquod* tecnico sensu et *verbu* publico atque communi v. 46. quam recte reciprocentur et opponantur, patet, quamvis Heinsium fugerit.

47. SCYTHICOQUE. *Geticoque* Palat. sec. Francof. et tres cum vett. edd. Vers. seq. *Scythicis* Busl. et duo. modi Palat. prim.



Crede mihi; timeo, ne sint immista Latinis,  
 50 Inque meis scriptis Pontica verba legas.  
 Qualemcunque legas, venia dignare libellum;  
 Sortis et excusa conditione meae.

51. Qualemcunque igitur.

51. **QUALEMCUNQUE LEGAS** omnes libri, quotquot noti sunt praeter prim. Polit. prim. Vatic. Medic. Rottend. Palat sec. Guelph a man. pr., qui: *Qualemcunque igitur*, quorumque auctoritatem Heinsius secutus est. Suspectissima olim est horum librorum factio: repetitio verbi illa vere Ovidiana. Met. 11, 287 sq.:

— *tuaque haec pro parte videto,  
 Quali acunque vides. Utinam meliora videres.*

---

## LIBER QUARTVS.

## I.

**S**i qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis,  
 Excusata suo tempore, lector, habe.  
 Exsul eram, requiesque mihi, non fama petita est;  
 Mens intenta suis ne foret usque malis.  
 Hoc est, cur cantet vincetus quoque compede fossor,<sup>5</sup>  
 Indocili numero cum grave mollit opus.  
 Cantat et innitens limosae pronus arenae  
 Adverso tardam qui trahit amne ratem;  
 Quique refert pariter lentos ad pectora remos,

7. Cantet. 9. Quique ferens.

## ANNOTATIO IN LIB. IV.

## I.

Inscr. *Epla* 25a Pirckh. *Lectorem librum rogat excuset vitiosum* Pirckh. Berol. *Excusat libros suos, si quid vitii habeant* Aldina.

5. HOC EST. *Hinc est* Put.

7. CANTAT. *Cantet* Put. uterque Polit. Palat. sec. et quatuordecim. *invicens* Pal. prim. *Hoc est cur cantet innitens pronus arenae* Busl.

8. TRAHIT. *vehit* Put. Mor. Leid. pr. et vett. edd. octo.

9. QUIQUE REFERT PARITER. Nullus liber, quantum sciam, *Micylli coniecturae* addixit: *ferens pariter*. Neque necessariam agnosco. An intelligi hoc tam simplex nequit: qui remigat, in *nume-*  
*rum remigat?* hoc est ita, uti dicit Rutilius I, 370:

*Dum resonat variis vile celeusma modis.*

- 10 In numerum pulsa brachia versat aqua.  
 Fessus ut incubuit baculo, saxove resedit  
 Pastor, arundineo carmine mulcet oves.  
 Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis  
 Fallitur ancillae decipiturque labor.
- 15 Fertur et abducta Lyrnesside tristis Achilles  
 Haemonia curas attenuasse lyra.  
 Cum traheret silvas Orpheus et dura canendo  
 Saxa, bis amissa coniuge moestus erat.  
 Me quoque Musa levat Ponti loca iussa petentem:
- 20 Sola comes nostrae perstitit illa fugae.  
 Sola nec insidias, nec iter, nec Thracia tela,

21. insidias hominum nec militis ensem.

Eadem sententiae iteratione noster usus est infra 6, 7, 8., ubi vide. De in numerum vid. Serv. et alios ad Virg. ecl. 6, 27; Hand. Tursell. 3. p. 328, remos referre graphice ponit ipsum remigum laborem, cfr. Met. 11, 461. Quodsi hoc distichon a prioris verbo: *Captat suspensum non est, patet, cur prius a superiori verbisque: Hoc est* contra Heinsii sententiam separaverimus. Nempe *et et que* non praecedentibus, sed invicem utrumque laboris genus copulant, quo naves promoventur.

10. *VERSAT.* iactat Palat. prim. et duo. *pulsat* Guelf. Palat. sec. Francof. tredecim Heinsii, nostri tres. *lassat* Put. et septem. *laxat* Crev. et duo. *movit* unus.

11. *UT INCUBUIT.* ubi inc. Guelf. Palat. sec. Francof. et duodeviginti. *saxoque* maior pars codd., meliorum fere dimidia, et vett. edd. Vers. 13. *trahenti* Busl. Vers. 14. *Folliter ancillae* Palat. pr. *Tollitur* prima ed. Heinsii.

15. *LYRNESSIDE.* lerneside Palat. prim. et viginti duo. *lirnesside* Guelf. *briseide* Gall. Rel. Crev. Aldina posterior. Vers. 19. *quoque lira levat* Guelf. *lira iuvat* Gall. *Musa iuvat* Richel.

21. *INSIDIAS — TELA.* *insidias interque treicia tela* Palat. prim. Busl. Pirckh. septem Heinsiani, Crev., sed hic: *trahicia. intra nec threicia tela* unus. *insidias inter nec thracia tela* Francof. Bersm. Reg. Mor. Seguer. Put., sed hic: *treicia. insidias inter treicia tela* Bern. Berol. *interque irentia tela* unus. *inter tyrinthia tela* alius. *insidias threicia tela* Serv. — *insidias hominum nec Thracia tela* Combianus. *insidias inter tot militis enses* Jun. *insidias saevi nec militis ensem* unus. *ins. nec diri militis ensem* alius. *ins. inter crudelia tela* Barberin. Reland. *insidias hominum nec militis ensem* exc. Voss. Reliqui, imprimis „optimi, meliores, castigatores” Itali illi, Guelferbytani commilitones cum vett. edd. omnibus: *insidias inter nec militis ensem.* — Ita dispositis variis scripturis, quas in Heinsii schedis et meis inveni, vel non

Nec mare, nec ventos, barbariemque timet.

cit quoque, cum perii, quis me deceperit error:

Et culpam in facto, non scelus esse meo.

scilicet hoc ipso nunc aequa, quod obfuit ante, 25

Cum mecum iuncti criminis acta rea est.

Non equidem vellem, quoniam nocitura fuerunt,

Pieridum sacris imposuisse manus.

Sed nunc quid faciam? vis me tenet ipsa sororum:

Et carmen demens carmine laesus amo. 30

Sic nova Dulichio lotos gustata palato

Illo, quo nocuit, grata sapore fuit.

Sentit amans sua damna fere; tamen haeret in illis,

Materiam culpae persequiturque suae.

monitus a nobis intelligis fraudem interpolationis eiusque originem: vides e plurimorum librorum scriptura nihil elici debere, si vel possit, velut per coniecturam Jacobi Gronovii:

*Sola nec insidias, Sintae nec militis ense;*

sed abiecta unius codicis auctoritate, quam Burmannus arripuit, vel arrepturus erat, redeundum ad eos, quos nos iam dudum, Heinsius hoc certe loco duces sequendos putavit: ea de causa alteram eius coniecturam merito honore prosecuti sumus. Scriptum ita fuit in vetustiore aliquo libro: *Sola nec insidias niter n thracia tela*: hinc casu longius Palat., propius, atque solet, Francofurtanus distat. de *insidiis* et *itineri* cfr. Pont. 1, 4, 32 — 34. de *Thraciis telis* ib. 4, 5, 35. Vers. seq. *barbariamque* codd. plurimi et praeter Bern. et Guelf. meliores et in hoc genere accuratiores.

26. MECUM IUNCTI. *mecum adiuncti* prim. Vatic. primus Polit. Bersm. et decem alii: credo Itali, nisi quod Guelf. deest et Palatinus primus adesse videtur. Sed hunc errorem Gruteri existimaverim: quamquam neque quid interpolatores, neque, si fallor, glossatores somniverint, satis assequor: veram et elegantem vulgatum esse supra disputavi. *mecum incerti* cr. Bern.

29. SORORUM. *sacrorum* Heinsiani libri maximo numero, locorum duo; quod receptum est Gallicus tantum et quatuor, ac Francof. cum Pirckh. pro v. scr. ostendebant. Verum nostri Guelf. et Bernensis videntur accedere, testibus iis, qui contulerunt; Rel. et Crev. accedunt.

34. PERSEQUITURQUE. *prosequiturque* dimidia scriptorum Paris et vett. edd., sed, si quaeras, e melioribus praeter Palat. Gr. et Put. nullus: quamquam plerique numero tantum consignati sunt. Quantumvis igitur in talibus unice codd. spectantes nihil proficimus. Alibi eodem in discrimine, Her. 7, 112; Met. 8, 776. similem *prosequendi* usum Burmannus immerito proscrispit.

- 33 Nos quoque delectant, quamvis nocuere, libell:  
 Quodque mihi telum vulnera fecit, amo.  
 Forsitan hoc studium possit furor esse videri:  
 Sed quiddam furor hic utilitatis habet,  
 Semper in obtutu mentem vetat esse malorum,  
 40 Praesentis casus immemoremque facit.  
 Vtque suum Bacche non sentit saucia vulnus,  
 Dum stupet Edonis exulutata iugis;  
 Sic ubi mota calent viridi mea pectora thyrsos,  
 Altior humano spiritus ille malo est.  
 43 Ille nec exsilium, Scythici nec litora ponti,  
 Ille nec iratos sentit habere deos.  
 Vtque soporiferae biberem si pocula Lethes,  
 Temporis adversi sic mihi sensus abest.  
 Iure deas igitur veneror mala nostra levantes,  
 50 Sollicitae comites ex Helicone fugae:

41. Bacchis. 46. sentit adesse. 48. hebet.

Vers. 39. *obtutu* Palat. prim. et quatuordecim vulgares cum ed. Bonon.

41. BACCHE. *Bacchis* prim. Vatic. Serv.

42. EDONIS. *Idonis* Politiani secundus, teste Gronovio: inde verum assecutus est Heinsius. Reliqui libri omnes: *Idaeis. erululata modis* Gall. prim. Vat. prim. Polit. Palat. sec. ed. princeps et vett. nostrae praeter Bonon., interpolatorum artificium.

43. VIRIDI MEA. Ita Heinsius ediderat e prim. Vatic. Polit. sec. Rottendorf. et octo aliis. His intererat Palat. prim.; accedunt ab Heinsio omissi Put. et quatuor, nostri Guelf. Bern. Seguer. Reliqui cum vett. edd.: *sacro mea*. Vers. seq. *est* Moret. Berol. et pauci cum editis inde ab Aldina posteriore omittunt.

46. SENTIT HABERE. Pirckh. et sex alii: *sentit adesse*. Librariis et Burinanno fraudem fecit constructio Graecanica vulgatissima, Met. 2, 599; 3, 540. etc. etc.

48. SENSUS ABEST. *tempus abest* Pirckh., quod cum acumine dici putabat J. F. Gronovius. *tempus hebet* prim. Vat., quod partim probabat Heinsius. *sensus adest* Busl. Gott. *sensus abis* Medon. Nescio quis horum carminum editor postremam scripturam plurium codd. esse, alios: *sensus habet* ait exhibere, *hebet* coniecturam esse; postremus apertus istius est error, et tamen reverissima, de reliquis ipse viderit.

50. SOLLICITAE. *Sollicitas* vetustissimum mendum omnium codd. et edd. usque ad Jos. Scaligeri tempora, qui primus corrigendi auctor fuit. Vers. 54. *Caesare cum magno caeteru Palatinu*. Put. et sex.

Et partim pelago, partim vestigia terra,  
 Vel rate dignatas, vel pede nostra sequi.  
 Sint, precor, hae saltem faciles mihi: namque deorum  
 Caetera cum magno Caesare turba facit.  
 Meque tot adversis cumulant, quot litus arenas, 55  
 Quotque fretum pisces, ovaque piscis habet.  
 Vere prius flores, aestu numerabis aristas,  
 Poma per auctumnum, frigoribusque nives;  
 Quam mala, quae toto patior iactatus in orbe,  
 Dum miser Euxini litora laeva peto. 60  
 Nec tamen ut veni levior fortuna malorum est;  
 Huc quoque sunt nostras fata secuta vias.  
 Hic quoque cognosco natalis stamina nostri,  
 Stamina de nigro vellere facta mihi.  
 Utque nec insidias, capitisque pericula narrem, 65  
 Vera quidem, veri sed graviora fide;

66. vera.

55. CUMULANT. *cumulat omnes libri praeter Putean. et quatuor Heinsii, nostros Bern. et Rel.*

59. QUAE TOTO PATIOR. *Quae patior toto Palat. prim. et necem fere cum vett. edd.*

60. EUXINI LIT. LAEVA. *Euxinii Palat. pr. litora laeva e Busl. ab Heinsio receptum est. littora saepe prim. Polit. littora iussa Medon. Reliqui omnes: littora saeva, vel: scaeva. Neque posteriorem scripturam glossam puto eius, quam cum Heinsio expressimus, et littora Ponti fera, deformia, inhospita, frigida saepe in his libris dicuntur. Tamen quae sequuntur faciunt, ne proleptis illa locum habere commode possit. Vers. 65. neque insid. Palat. prim. et plurimi.*

66. VERA — ETC. *Vera quidem patior sed exc. Voss. Vera quidem fateor sed Busl. et duo Heins. quidem vidi sed omnes libri praeter Comb. unum Vatic. et Crev., qui: vera sed gr. Sed mihi persuasum est eos libros tantundem ratione ac consilio a prima scriptura abesse, quantum reliquos casu. Francii coniectura medium inter utrosque iter nobis praevit, confirmanda ex illis Met. 3, 659:*

— tam me tibi vera referre,

Quam veri maiora fide;

Her. 16, 60: *Vera loquar, veri vix habitura fidem;*

Past. 3, 661: — *nostras pervenit ad auras*

*Fama, nec a veri dissidet illa fide;*

*ibi quoque veram fidem, quae longe aliud quid significat, obtrudere librarii vel correctores.*

Vivere quam miserum est inter Bessosque Getasque  
 Illum, qui populi semper in ore fuit!  
 Quam miserum est porta vitam muroque tueri,  
 70 Vixque sui tutum viribus esse loci!  
 Aspera militiae iuvenis certamina fugi,  
 Nec nisi lusura movimus arma manu.  
 Nunc senior gladioque latus, scutoque sinistram,  
 Canitiem galeae subiicioque meam.  
 85 Nam dedit e specula custos ubi signa tumultus,  
 Induimus trepida protinus arma manu.  
 Hostis habens arcus imbutaque tela veneno  
 Saevus anhelanti moenia lustrat equo.  
 Utque rapax pecudem, quae non se texit ovili,  
 80 Per sata, per silvas, fertque trahitque lupus;  
 Sic, si quem nondum portarum sepe receptum  
 Barbarus in campis reperit hostis, agit.  
 Aut sequitur captus, coniectaque vincula collo

68. Illi. 69. miserum, porta. 76. Induimur. 79. se non.

68. ILLUM, QUI. *Illi, qui* Moret. Jun. et Gottorp., et alius hic passim laudato. Quanto rectius vulgato, Heinsius videri quamvis aliquanto confidentius asseveraverim, in vulgata nihil culpari posse, quam ita Romanos locutos esse: *hoc mihi miserum est* negaverim. Certe Moretanus superiori in versu: *quam durum* habebat. 69. *est* omitunt Mor. et quatuor.

70. VIRIBUS. *moenibus* Bern. Jun. duo alii, Comb. pro *v*scr. *turribus* conl. Heinsius, *suibus* Francius. Vers. 71. *contagii* fugi prim. Vatic. et Gall.; arridebat Heinsio. Vers. 72. *novissima* arma Guelf. Francof. Serv. Leid. pr. Pirckh. et quatuor cum *vett.* edd. Vers. 74. *meae* quatuor Heinsii.

76. INDUIMUS. *Induimur* Combianus, nullo, quod doleat fideiussore alio.

79. QUAE NON SE. Ita Palat. prim. undecim Heinsii, *non* Berol. Rel. Reliqui et *vett.* edd.: *quae se non*. Vers. 80. *ferre* que refertque Palatinus primus, Put. Bersm. et nonnulli, editione inde ab Aldina secunda.

81. SEPE non nisi pro varia scriptura hi libri: Francof. Moret. Rottendorf. Barberin. et Medon. servarunt. Vides exemplum interdum operae pretium facere, qui in lappam et zizaniae inter vetustorum librorum lineas crescentes, glossas dico et interpretamenta, inquirimus. *sede* reliqui.

82. AGIT. Ita Francof. Put. Gall. Busl. Seguer. Leid. pr. et decem. Reliqui: *habet*.

83. CONIECTAQUE. *iniecta*que Palat. sec. Bersm. Bern. Jun. Pirckh. *collecta*que Put. Busl. ineptiora alii.

Accipit, aut telo virus habente perit.  
 Sic ego sollicitae iaceo novus incola sedis. 85

Hei nimium fati tempora lenta mei!

Et tamen ad numeros antiquaque sacra reverti

Sustinet in tantis hospita Musa malis.

sed neque cui recitem quisquam est mea carmina,  
 nec qui

Auribus accipiat verba Latina suis. 90

ipse mihi, quid enim faciam? scriboque, legoque:

Tutaque iudicio litera nostra suo est.

laepe tamen dixi, cui nunc haec cura laborat?

An mea Sauromatae scripta Getaeque legent?

laepe etiam lacrimae me sunt scribente profusae, 95

Humidaque est fletu litera facta meo.

Porque vetusta meum tanquam nova vulnera novit,

84. cadit. 86. longa. 97. sentit.

84. PERIT. *cadit* Jun. et pro diversa scr. Gottorp. et Rot-  
 andorp. Vers. 85. Novum carmen orditur Reland. *Sarmaticus*  
 Francof. pro var. scr. *nimis incolu* primus Polit. et Medic.  
 diligentius Burmannus.

86. LENTA. *longa* libri Heinsiani tanto numero, ut praeter  
 primum et vett. edd. excepta Bonon. nullum sciam vulgatae  
 auctorem, quam tamen et per se satis elegantem, et vel  
 illo libro satis tutam, et Bentleyi suffragio ad Hor. Epist. 1,  
 21. satis commendatam e fuga revocavimus. Sic enim mortem  
 poeta, aliter, quid sibi velit, ignoro cum Francio, qui ideo  
 incolam malebat. Vers. 88. *hospita digna* Gall. pro:  
 coniectore Schradero. Vers. 89. *cum recitem* Palat. prim.  
 referam Pirckh. et vett. edd. Vers. 92. *meo est* Reg. Gall.  
 Vers. 93. *mea cura* Jun. et quatuor. *mea Musa* Moret.  
 Gottorp.

95. ME SUNT. *sunt me* Palatini cum aliis multis peioris  
 notae et vett. edd.

97. VULNERA NOVIT Palatinus uterque; Guelferb. Francof.  
 (ut puto,) Gall. Mor. Busl. Seguer. Pirckh. pro v. scr. et  
 quos Heinsius indicare oblitus, fortasse octo. *noscit* Pat. *norit*  
 et quatuor cum vett. edd. *norunt* tres. *venit* Pirckh. *lae-*  
 ed. princeps Heinsii. Reliqui libri: *vulnera sentit*. Res ipsa  
 vulgaris dictum insolentiori pro glossa ascriptum fuisse.  
 in re ac locutione eadem accidit Fast. 2, 490:

*caeli pondera novit Atlas;*

Heinsius e codd. Puteaneo sec. Petav. sec. exc. Voss. et tribus  
 contra tot reliquorum consensum edidit: *sensit*. Illinc et a



Inque sinum moestae labitur imber aquae.  
 Dum vice mutata qui sim, fuerimque, recordor,  
 100 Et tulerit me quo casus, et unde, subit;  
 Saepe manus demens, studiis irata sibi que,  
 Misit in arsueros carmina nostra focos.

99. Cum — quid sim. 100. quo me. 101. irata maligni

Lachmanno V. Cl. ad Prop. 1, 6, 24. discēs, quid sit *noscere videri*; cfr. Theocr. 11, 50:

*Εἰς ὑπομνήσκειν τῷ τραύματος.*

Quod ad temporum verbalium ordinem attinet, nihilo inconstantie emendatione nostra, ut vides, fit; quin quodammodo inaequalitas illa levigatur, quam non uno in loco huius poetae invenias, vel in Fastis 2, 191:

Saevit adhuc, canamque adiit Saturnia Tethyn;  
 3, 664: Fugit, et in sacri vertice montis abit (leg. habet);  
 5, 55: Excipit Uranie; focere silentis cunctas;

Alius generis quaedam ex Heroidibus collegit Loersius ad 16, 278

99. DUM VICE ETC. Hic secundam elegiam incipit Guelf. Dum Palat. uterque, Francof. Bersm. Gall. Busl. Seguer. Rel. Crev. duodeviginti alii et vett. edd. omnes ad Gryphianam usque ut opiner. Tum Reg. Serv. prim. ed. Heins. Tunc Putean. D. vice Berol. Cum Guelf. Bern. Berol. et unus vel alter Heinsianus. quis sim Gall. Moret. Jun. Leid. pr. Berol. Crev. quid sit Hafn. Voss. Rel. Reliquos cum vett. edd. secuti sumus.

100. ME QUO. quo me Guelferb. Moret. Rel. et duodecim Heinsii cum eius prima edit. Et quo me tulerit Busl. Reliquos sequimur. Accentum eundem habent illa 4, 4, 30:

*Plus etiam, quam me iudice dignus eram.*

Her. 20, 52: *Nec quemquam, qui, vir possit ut esse, fuit.*

101. SIBIQUE. *malignis* Hamburgensis, Busl. Jun. et tunc Hoc Heinsius ociosus recepit. Schraderus ita: „MS. al. *sibi que*. Ad *studiisque sibi que maligna* —? ut *irata* sit glossa.” Hic aliquid vidit. Nimirum glossarum plurimarum origo est e scholis monitorum, in quibus aut magistri, aut tirones verba singula non interpretabantur, sed variabant. In Heinsiana scriptura scire aveo, quae sint *studia maligna*. Hoc adiectivum apud bonos scriptores nihil eiusmodi notat, quod valde huic quadret; sermone barbaro ad illud lustrandum: *irata* adhiberi poterat, donec posthac in paucos et dices, mox doctorum virorum editiones immerito migravit.

102. focos. ragos Guelf. Palat. sec. Francof. Bern. Berol. duodecim Heinsii et nostri alii vulgares, vett. edd. ante Ald. poster. In rebus funereis saepe regnat illud participium apud Ovidium, sed tamen habes Fast. 4, 510:

*Ille domum glandes excussa quoque mora rubetis*

*Portat et arsuris arida ligna focis:*

Ubi si participium futuri magis proprium explicatum habere videtur

Atque ita de multis quoniam non multa supersunt,  
 Cum venia facito, quisquis es, ista legas.  
 Tu quoque non melius, quam sunt mea tempora, carmen  
 Interdicta mihi consule, Roma, boni.

## II.

Am fera Caesaribus Germania, totus ut orbis,  
 Victa potest flexo succubuisse genu:

2. potes — procubuisse.

ut, quam hic, memineras interdum apud poetas illud nihil, nisi ad-  
 scriptum paulo sonorius esse, velut Fast. I, 684.:

*Novae graves cultis Cerealia dona, cavete,*

*Agmine laesuro depopulentur aves;*

am. 1, 12, 6: Tuque negaturis cera referta notis; supra 1, 2, 36:  
 recaturas accipiemus aquas. Met. 9, 303. 10, 269. Palatini primi  
 gitor et tot librorum auctoritatem deserendam non censeo. car-  
 minis nata coni. Burm. Sec.

103. ATQUE ITA Heinsius recepit e Put. Busl. Leid. prim.  
 & Barber., quibus accedere videtur Bern. Quare ita Francof.  
 & Barber. pro v. scr. Ac ea Gall. Crev. An ea Berol.  
 & eadem m. Reg. Serv. Reliqui omnes: Atque ea de m.  
 praeter haec nihil diversae scripturae in hoc et sequenti disticho  
 notatur, quod indicet, melius olim illa inter se coniuncta fuisse:  
 iulca enim omnia esse nemo negabit, qui reputaverit, quanto  
 potius utraque sententia collineare potuisset ita fere: Excusandus  
 sum aut quia meliora edere non potui, aut quia mala plura nolui.  
 pro Heinsio levi brachio haec attingenti non subscribo, ipse mihi  
 suam emendationis lapidem movendo non satisfacio. Vers. 106.  
 bona bona Guelf. Francof. Gall. Serv. Berol.

## II.

Superiori adiungunt Guelf. Francof. Jun. Crev. Inscr.: *Naso  
 rmanicum gaudet sumpsisse triumphum* Pirckh. Berol. *Dollet non  
 peresse triumpho de victa Germania* Ald.

1. ORBIS. orbi Palat. prim.  
 2. POTEST. potes Hamburg. Serv. et duo. — procubuisse  
 oret. Berol. et quatuor Heinsii, probante Burmanno, quia sup-  
 plicatio notetur. Hoc nemo ignorabat, atque ideo eleganter *suoc-  
 esse*; Met. 13, 855: — *precesque*

*Supplicis exaudi: tibi enim succumbimus uni.*  
 pposuisse unus Vatic.

- Altaque velentur fortasse Palatia sertis,  
 Turaque in igne sonent, inficiantque diem;  
 5 Candidaque adducta collum percussa securi  
 Victima purpureo sanguine pulset humum;  
 Donaque amicorum templis promissa deorum  
 Reddere victores Caesar uterque parent,  
 Et qui Caesareo iuvenes sub nomine crescunt,  
 10 Perpetuo terras ut domus illa regat;  
 Cumque bonis nuribus pro sospite Livia nato  
 Munera det meritis, saepe datura, deis,  
 Et pariter matres et quae sine crimine castos  
 Perpetua servant virginitate focos;  
 15 Plebs pia, cumque pia laetetur plebe senatus,  
 Parvaque cuius eram pars ego nuper, eques.  
 Nos procul expulsos communia gaudia fallunt:  
 Famaque tam longe non nisi parva venit.  
 Ergo omnis populus poterit spectare triumphos,  
 6. tinguat. 10. ista. 15. laetentur. 19. poterit po-  
 pulus.

3. VELENTUR. Ita Palat. uterq. Guelf. a pr. m. et septem vulgares. *vallantur* prim. Polit. et Voss. Reliqui: *velantur*. Vers. seq. coniunctivum Palatini, Francof. Guelf. a pr. m., reliqui indicativum habent utroque in verbo.

6. PULSET. Guelferb. Palat. sec. Pirckh., tum Francof. pr. var. scr., multos alios hoc nomine laudat Heinsius, quos ignorat *pulsat* Palat. pr. uterque Polit. Francof. Jun. Bersm. vett. edd. ante Aldinam secundam. *tingat* prim. Vatic. et Crev. *tinget* Bernol. *tinxit* Leid. prim. *tingit* reliqui libri. Quod recepimus Grenovius probabat. Cfr. Art. am. 1, 82. 3, 726. Vers. 8. coniunctivum tantum Hamburg. unus Italicus, Crev. et pro v. scr. Francof. suppeditant.

10. DOMUS ILLA Palat. prim. Putean. Polit. prim. Jun. Leid. prim. et vett. edd. *domus ista* reliqui. *regat ista domus* Seguer. et edd. inde ab Ald. poster. *regant* Palat. prim.

12. DET Guelf. Reg. Francof. novem meliores, quos dicit Heinsii et eius prim. ed. *dat* reliqui et vett. edd. nostrae.

15. LAETENTUR. Hunc modum Guelf. a pr. m. Palat. sec. Polit. prim. Vatic. prim. Serv. et duo Heinsii, Francof. pro v. scr. sistunt. Reliqui: *laetatur*, nisi quod duo: *laetantur*. *laetantur* Heinsii est coniectura, quam a Bern. confirmari tacenti Stettin vix credo.

19. POPULUS POTERIT. *poterit populus* Jun.; tacitus receptus Burmannus.

Cumque ducum titulis oppida capta leget; 20  
 Vinclaque captiva reges cervice gerentes  
 Ante coronatos ire videbit equos;  
 Et cernet vultus aliis pro tempore versos,  
 Terribiles aliis immemoresque sui;  
 Quorum pars caussas, et res, et nomina quaeret, 25  
 Pars referet, quamvis noverit illa parum:  
 Hic, qui Sidonio fulget sublimis in ostro,  
 Dux fuerat belli: proximus ille duci.  
 Hic, qui nunc in humo lumen miserabile figit,  
 Non isto vultu cum tulit arma fuit. 30  
 Ille ferox oculis et adhuc hostilibus ardens  
 Hortator pugnae consiliumque fuit.  
 Perfidus hic nostros inclusit fraude locorum,  
 Squalida demissis qui tegit ora comis.

26. ipsa. 27. Is, qui. 34. promissis.

20. **OPPIDA CAPTA.** *maenia capta* exc. Voss. et duo. *op-  
 pida scripta* codex Zinzerlingii.
21. **GERENTES.** *ferentes* Palatini et vett. edd. *sequentes*  
 Francof. *gementes* Combii.
25. **CAUSSAS.** *casus* Heinsius in schedis coniecerat. *causas*  
*regum nomina* Hamburg.
26. **ILLA.** *ipsa* unus Medeon; *illa* ad sequentia spectat.
27. **HIC, QUI.** *Is qui* Medeon. *Is et ille* vix recte sibi re-  
 spondent. Vers. 28. *fuert* Serv.
29. **FIGIT.** Ita Palat. pr. Put. Bern. et novem. Reliqui  
 vett. edd.: *fixit*.
30. **NON ISTO.** *Non tristi vultu* fortasse Palat. sec.; vett.  
 ed. praeter Bonon. *Non illo* Bern. Vers. 31. *et adhuc oculis*  
 Guelf. Heinsiani magno numero, sed parvi pretii, vett. edd. post  
 Aldinam secundam. Vers. 32. *consiliumque fuit* Palat. sec. *cons.*  
*fugit* Put. *cons. q. dedit* Francof. Pirckh. et vett. edd. nostrae.  
 Vers. 33. *illisit* Palat. sec. Bersm. duo alii et vett. edd., pro-  
 nante Grutero in schedis idiographis. *conclussit* Moret. Crev. et quin-  
 te. *includit* duo.
34. **SQUALIDA DEMISSIS.** *Scalida* Palat. pr. *Aspera* Bern.  
 Heinsius e Vatic. prim. Francof. Leid. prim. tribus aliis  
 primis sua ed. accessivit. At *demissis* Palat. prim. exc. Voss.  
 Ball. Moret. Bersm. Bual. Pirckh. duodecim Heinsii, nostri qua-  
 tor, quidam pro var. scr. *dimissis* tres Heinsii. *commissis* Ser-  
 per. *permixtis, diffusis, praemissis* singuli. *prolixis* Guelf. Put.  
 editi ante N. Heinsium, praeter Bononiensem, quem novisse vi-  
 detur Bersmannus. *Demissam* caesariem huic Germano maxime  
 convenire Gruterus olim intellexit: *promissa* vel in nodum vincta

- 35 Illo, qui sequitur, dicunt mactata ministro  
 Saepe recusanti corpora capta deo.  
 Hic lacus, hi montes, haec tot castella, tot amnes,  
 Plena ferae caedis, plena cruoris erant.  
 Drusus in his meruit quondam cognomina terris,  
 40 Quae bona progenies digna parente tulit.  
 Cornibus hic fractis viridi male tectus ab ulva,  
 Decolor ipse suo sanguine, Rhenus erat.  
 Crinibus en etiam fertur Germania passis,  
 Et ducis invicti sub pede moesta sedet.  
 45 Collaque Romanae praebens animosa securi  
 Vincula fert illa, qua tulit arma manu.  
 Hos super in curru, Caesar, victore veheris  
 Purpureus populi rite per ora tui;  
 Quaque ibis manibus circumplaudere tuorum,  
 50 Vndique iactato flore tegente vias.

39. quondam meruit. 40. fuit. 42. erit.

esse poterat. Vers. 35. *Illo quo seq.* Palat. prim. *mactata ministro* Francof. et septem. Vers. 37. *Hic lacus — hic tot Palat.* prim. *Hic locus* Busl. Bern.

39. MERUIT QUONDAM. *quondam meruit* Seguer. et alii. Facile intelligis *quondam* accentu esse adiuvandum.

40. QUAE BONA — TULIT. *Qui bona* Palat. prim. et tres. *Quo bona* Serv. et duo Heinsii, etiam Reg. pro v. scr. *per se* fuit omnes libri, merito correcti a Tan. Fabro et Heinsio conjectura non recte hucusque neglecta. Ea ipsa verba confusa sunt 5, 14, 22. Fast. 6, 780, ac modo supra v. 30. in *Pateas* Vers. 41. *Cornibus infractis* Moret. Richel. *in ulva* Reg. Idem iecerat Francius.

42. DECOLOR — ERAT. *Discolor* Gottorp. Medic. *erit* Polit. prim. Busl. et alius. Heinsii id recipientis mentem assequor.

43. CRINIBUS — PASSIS. *etiam frustra* Gorm. Rel. *spas* Palat. prim. et libri fere viginti quatuor, partim optimi. Nihil tamen mutandum, partim quia geminus huc locus Fast. 1, 643., vide Heinsium, partim quia lex metrica impedit; de qua vid. Zerlingii disputationem Prom. p. 208., repetitam a Gaisfordio. Hephaest. c. 1, §. 3. Ille quem locum expedire nequivit, secundum libros veteres infra emendabimus.

44. SEDET. *iacet* Gall. Mor. Busl. et tres. *Obversabant* librario illa Her. 3, 84:

*Et iacet ante tuos Graecia moesta pedes.*

Tempora Phoebea lauro cingentur; Ioque,  
 Miles, Io, magna voce, Triumpho, canet.  
 Ipse sono plausuque simul fremituque calentes  
 Quadriugos cernes saepe resistere equos.  
 Inde petes arcem, delubra faventia votis,  
 Et dabitur merito laurea vota Iovi.

55

51. cingetur. 53. canentum.

Vers. 48. *Purp. pop. veste per Reg. pro v. scr.* Vers. 50. *iacula  
 flore Palat. pr.*

51. TEMPORA — CINGENTUR. *Tempora* Guelf. vid. ad Fast.  
 2, 26. *cingetur* Pirtkh. Vers. 52. *Vulgus* io Jun.

53. CALENTES. *cauentis* vett. edd. nostrae praeter Bono-  
 nensem. Hinc demum admonitos credo interpolatores, quorum  
 commentum exhibent Heinsii illae deliciae Vatic. prim. Polit. prim.  
 Palat. sec. Guelf. et quatuor vel quinque alii cum eius prima edi-  
 tione. *paventis* Comb. Rel. pro v. scr. *cauentis* duo. Palatinum  
 primum cum plurimis confidenter sequimur. Quam scripturam qui  
 adulterarunt dum offendunt in locutione non frequentissima, tamen  
 certissima ex illis Fast. 3, 531:

*Sole tamen vinoque calent;*

ib. 6, 5: *agitante calescimus illo;*

ibid. v. 48: *nondum calfacti militis hasta;*

dum epitheta geminata causantur, immemores locorum illorum Fast.  
 1, 20: *Clario missa legenda deo;*

am. 1, 13, 15: *Prima bidentis vides oneratos arva colentes;*

Met. 15, 364: *I quoque, delectos mactatos obrue tauros;*

Pont. 2, 6, 13: *Brachia da lasso potius prendenda natanti;*

ib. 4, 16, 44: *Maxima nobilitas ingeminata dedit;*

sed inprimis Art. am. 2, 355:

*Penelopen absens solers torquebat Ulixes:*

et enim illic *solers* perpetuum fere Ulixis epitheton, ita hic qua-  
 triginti non molestum, sed necessarium est additamentum — haec,  
 equam, dum illi devitant, *fremitem canentum* effinxerunt, qui aut  
 non proprie, aut omnino non dicitur, deinde illud, quod ne apte  
 eadem cogitatur, equos, qui sunt ante currum, *resistere* ad vocem  
 cantantium, qui currum sequebantur. Milites enim cantabant, sive  
 triumphum, vid. Tibull. 2, 5, 118., sive probra castrensia: popu-  
 lus plaudebat, acclamabat, fremebat. Rem conficit Propertius 4,  
 14: *Ad vulgi plausus saepe resistere equos.*

Vers. 54. *Quadriuges* Palat. sec. Francof. Bern. Bersm. tres alii  
 a prima ed. Heinsii. Ita edunt Amor. 3, 2, 66.

55. PETES. *petunt* Palat. prim. *petent* Reg. Bern. exc.  
 Cos. Serv. Jun. Crev. *arces delubr.* Rel. *arcem et delubr.* omnes  
 libri praeter sex Heinsianos et eius prim. ed.

56. VOTA. *vitta* Polit. uterq. Palat. sec. codices Bersmanni,  
 Dempsteri (ad Rosin. Antiqu. p. 1683.), Heinsii quinque, noster

Haec ego summotus, qua possum, mente videbo :  
Erepti nobis ius habet illa loci.

60 Illa per immensas spatiatur libera terras,  
In coelum celeri pervenit illa via:

Illam meos oculos mediam deducet in Urbem,  
Immunes tanti nec sinet esse boni.

Invenietque animus, qua currus spectet eburnos:  
Sic certe in patria per breve tempus ero.

65 Vera tamen capiet populus spectacula felix,  
Laetaque erit praesens cum duce turba suo.

At mihi fingenti tantum longeque remoto  
Auribus hic fructus percipiendus erit;  
Atque procul Latio diversum missus in orbem

70 Qui narret cupido vix erit ista mihi.

Is quoque iam serum referet veteremque triumphum:  
Quo tamen audiero tempore, laetus ero.

60. fuga. 61. deducit. 62. sinit. 63. Invenietque  
viam. 65. populus capiet.

Berol. *laurea iuncta* Vatic. prim. *laurea sorta* Put. Jun. *viola*,  
*multa*, *nota* alii; *laurea nota* Pirckh. *laurea teucra* Francof. *lau-*  
*rea virga* coniiciebat Schraderus.

60. VIA. *fuga* Leid. prim. fortasse Palat. sec. et vett.  
edd. nostrae excepta Bonon. Burmannus recepit, praetextu a versu  
63. petito.

61. DEDUCET. *Illam meos mediam visus ded.* Bern. *deducit*  
omnes libri praeter Francof., quem sequimur.

62. SINET. *sinit illa boni* Palat. prim. *sinit* omnes libri.

63. INVENIETQUE ANIMUS. *Invenitque* Put. Leid. pr. Pirckh.  
Hamburg. et alius Heinsii. *Inveniatque* Richel. *Invenietque viam*  
*qua* Moret. unus Mediceus et alius Heinsii. Hoc quale esset, po-  
terant docti homines intelligere e scriptura Rottend., si modo ille:  
*Inveniesque arcem* habuit. Certe noster Guelf.: *Invenietque ortum*  
*qua*. Reliquorum omnium auctoritatem facile postliminio redire  
passi sumus ea lege, ut lenissima emendatione praecedens distichos  
sublevaretur.

65. CAPIET POPULUS. *populus capiet* Junianus et duo.

67. FINGENTI. *fingendo* Polit. prim. Palat. sec. tres Heinsii  
et Guelf. *remotis* Palat. sec. et Guelf. Versu sequenti *perspicien-*  
*das* Vatic. prim. Polit. prim. Guelf. et duo. Haec sunt interpola-  
torum commenta, quibus illud Horatianum occinendum erat: *Qui*  
*variare cupit*, nosti cetera; *auribus remotis perspicere* profecto del-  
phinus in silvis est. Vers. 68. *fructus* Guelf. *praecipiens* vett.  
edd. nostrae. Vers. 69. *Utque* Moret. Serv. quatuor Heinsii et

Ha dies veniet, mea qua lugubria ponam;  
Causaque privata publica maior erit.

## III.

Magna minorque ferae, quarum regis altera Graias,  
Altera Sidonias, utraque sicca, rates:  
Omnia cum summo positae videatis in axe,  
Et maris occiduas non subeatis aquas,  
Aetheriamque suis cingens amplexibus arcem 5  
Vester ab intacta circulus exstet humo;  
Aspicite illa, precor, quae non bene moenia quondam  
Dicitur Iliades transsiluisse Remus.  
Inque meam nitidos dominam convertite vultus,  
Sitque memor nostri, necne, referte mihi. 10  
Hei mihi! cur nimium quae sunt manifesta requiro?

ed. nostra Bonon. *Atque aliquis Lat. Barber. Vers. 71. tam*  
*arum Palat. pr. exc. Voss. Reg.*

73. VENIET. *veniat*, quod Heinsius expetebat, in Berol. in-  
venisset. *dies aderit mea* ed. Bonon. *mea quo* Palat. prim.

## III.

Inscr. *Ad uxorem Francof. Berol. Naso poli siccas de*  
*coniuge consulit ursas* Pirckh. Berol. *Alloquitur utramque ursam*  
Aldina.

1. MAGNA — REGIS. *minorve* gloss. Rumpf. ad Fast. 3,  
405. *regit* Busl. Jun. Leid. pr. et sex, qui Burmanno plerique  
omnes sunt, tum Rel. Berol. et Crev. Vers. 3. *in arce* Palat.  
prim. Vers. 5. codd. praeter Guelf.: *Aetheream*. Vers. 8. *trans-*  
*siluisse* codd. numero et fide inferiores.

11. CUR NIMIUM. Hanc veram scripturam tantum tres ignoti  
Heinsii codices, quartus Moretanus pro varia scriptura, tum vet.  
edd. nostrae praeter Bononiensem et Guelferb. sub rasura aegre  
legendam conservarunt. In melioribus libris, Palat. prim. Francof.,  
quibuscum plurimi faciunt, cum pridem levi corruptela abierit in:  
*cur timus*, interpolatorum nonnulli, Palat. sec. et pr. Vatic. inde  
elicebant: *cur timeam*. *cur timeo* Busl. Moret. *cur timidus* Lei-  
densis pr.



- Cur labat ambiguo spes mihi mista meta?  
 Crede quod est, quod vis, ac desine tuta vereri;  
 Deque fide certa sit tibi certa fides.  
 15 Quodque polo fixae nequeunt tibi dicere flammae,  
 Non mentitura tu tibi voce refer:  
 Esse tui memorem, de qua tibi maxima cura est,  
 Quodque potest, secum nomen habere tuum.  
 Vultibus illa tuis tanquam praesentis inhaeret,  
 20 Teque remota procul, si modo vivit, amat.  
 Ecquid, ubi incubuit iusto mens aegra dolori,  
 Lenis ab admonito pectore somnus abit?  
 Tunc subeunt curae, dum te lectusque locusque

## 21. Ecquid ut inc.

12. AMBIGUO. exiguo Rel. pro v. scr. spes mea mista olim vulgatum e Morët. et tribus suis Heinsius correxisse ait. Ex illo ignotorum numero pretrahendus est Palatinus primus, idoneus testis. spes bona mist. Pirckh. spes mea victa Put. et tres.

13. QUOD EST, QUOD VIS. Ita Palat. prim. Francof. Gall. Pirckh. (teste, qui contulit, Gronovio,) Seguer. Reliqui libri: quod est et vis, nisi quod Guelf.: quod est et quivis ac d. Be-land.: quod est ac vis sed des. et des. Pirckh. Fortasse conjecturus erat Heinsius:

*Crede quod est; quamvis ac desine tuta vereri.*

Vers. 15. dicere stellae Palat. prim. Vers. 16. Nec ment. Moret.

Vers. 17. de quo tibi Putean. et, ut puto, Bern.

19. PRAESENTIS INHAERET. Ita Leid. prim. quinque Heinsii, Moret. pro v. scr. et glossa Pirckh. Vix est, quin sequamur, quamvis bonis libris omnibus et tot reliquis: *tamquam praesentibus haeret tuentibus.*

21. EOQUID, UBI. *Ecquid ut* Gall. Busl. sex Heinsii, Bern. Rel. et vett. edd. nostrae. Sed alterum boni codices habent et veterum sensu, ut alicubi demonstravimus, suavius est. certo mens Reg. multo mens Bern. moesto mens Pirckh. duo et ed. Bonon. Vers. 22. ab attonito Palat. prim. et duo. somnus abest Vatic. prim. Pollt. prim. et duo. somnus habet Guelf. sub rasura.

23. TUNC SUBEUNT. *Tum subeunt* prim. ed. Heinsii. Num subeunt Mediceus optima notae, teste Heinsio. Nescias profecto, quid reliquorum omnium librorum scriptura facias. Particula enumerans tunc ante vocalem raro invenitur; Ovid. Halient. v. 126.:

*Tunc epodes laeti, tum molles tergore ranae;*

Manil. 2, 757. e correctione quidem Bentleii; ut incertum sit, possitne affe consonam ita scribi. Particula temporalis locum non habet, sive Wagneri v. d. praecepta sequaris, Quaest. Virg.

Tangit, et oblitam non sinit esse mei?  
 Et veniunt aestus, et nox immensa videtur; 25  
 Fessaque iactati corporis ossa dolent?  
 Non equidem dubito, quin haec et caetera fiant,  
 Detque tuus moesti signa doloris amor;  
 Nec cruciari minus, quam cum Thebana peremptum  
 Hectora Thessalico vidit ab axe rapi. 30  
 Quid tamen ipse precer, dubito; nec dicere possum,  
 Affectum quem te mentis habere velim.  
 Tristis es? indignor, quia sum tibi caussa doloris:  
 Non es? at amisso coniuge digna fores.

28. casti. 29. cruentum. 33. quod sum. 34. es? et.

25., sive Vossii sententiam, quam laudat, sive, quae mihi perplacet, Huschkianam, propositam ad Tibulli tres locos, quibus *tunc* ante c scribendum monet. Ita apud Ovidium quoque plerumque libri, sed ante *q* constanter, ac paene sine varietate ulla. Neque Huschkianae rationi illud repugnat, quod cum diversa fortassis diversis in *tum* temporali placuerint, in altero, uti videtur, nemo *tunc* dixerit. Nimirum diversa in pronunciando ratio id effecit, et quod, si res enumerantur, in particula *tum* subsistimus paululum. *cum* is Put. Bern. et quinque.

28. MOESTI. *tacti* Leid. prim. *casti* Barber. pro v. scr. Dolendum de parum certis testimoniis.

29. CRUCIARE — PEREMPTUM. *cruciari* Palat. prim. et tredecim Heinsii, nostri quatuor. *Troiana* Serv. Busl. et quatuor insuper Heinsii. Schraderus ita: „Andromache Eetionis filia, qui Thebae regnabat. Num ideo Thebana dicitur, et quidem Ovidio?” ita plane; idem patriam Briseidis, patrem Dolonis, multa eiusmodi puer didicerat. *cruentum* Gall. Moret. Busl. quindecim alii Heinsii cum eius prima ed., nostri libri scripti praeter unum et impressi. Minor igitur numerus cum Palatino primo et Put. facit; fidem tamen nanciscitur a Palat. sec. et Guelf., qui alterum habent. Vers. 30. *trahi* Palat. sec. et quinque cum ed. Bonon.

33. QUIA SUM e Palat. prim. et duobus. *quod sum* Moret. Busl. et quinque, fortasse Bern. Reliqui libri omnes: *quod sim*.

34. NON ES? AT. Veniam superstitionis criticae, qua modo aliquoties nos obstringebamus, ea lege impetrare velimus, si in locis male habitis non desumus huic poetae. Velut hic non bene post N. Heinsium res gesta est. Is festinanter, ut in Tristibus solet, et carmen mendosum, et cum superioribus spurium videri significaverat: tamen post *Tristis es* et *Non es* interrogandi signum poni iusserat. Viden' ingeniosissimum virum digitum intendisse in emendationem faciendam, absolvere ipsum noluisse, ut quae neminem fugitura sit, qui caetera probaret? At boni editores nos emen-

- 35 Tu vero tua damna dole, mitissima coniux,  
 Tempus et a nostris exige triste malis;  
 Fleque meos casus: est quaedam flere voluptas;  
 Expletur lacrimis egeriturque dolor.  
 Atque utinam lugenda tibi non vita, sed esset  
 40 Mors mea; morte fores sola relicta mea!  
 Spiritus hic per te patrias exisset in auras,  
 Sparsissent lacrimae corpora nostra piaae;  
 Supremoque die notum spectantia coelum  
 Texissent digiti lumina nostra tui;  
 45 Et cinis in tumulo positus iacuisset avito,  
 Tactaque nascenti corpus haberet humus;  
 Denique dum vixi sine crimine mortuus essem,

42. pectora. 47. D. et, ut vixi.

daturum fuisse, sed emendasse Heinsium crediderunt. Quid, quaeso, illud est sermonis, quod ducentis abhinc annis editur:

*Non es? ut amisso coniuge digna fores —?*

Quandoquidem Heinsium nisi e vestigio sequi non potuerunt, redissent ad vulgatam scripturam, abiicissent apicis istius phaleras, repetissent vett. edd. et quinque codd. Heinsii, nostri Bernensis inconcinnum sane:

*Non es ut amisso coniuge digna fleas.*

Mihi ante biennium visum est scribi oportere, uti vides. Iam video Santenium quoque ita correxisse in suo exemplari. Constructionem eandem ἀνὸ κοίνοῦ extare monueram Met. 7, 79. sq. 763. sq. tum ibid. v. 615. seq., si merito suo eiciatur v. 616. Alia vide supra ad 2, 507. Vers. 41. *pro te* Serv. Bern.

42. CORPORA NOSTRA. *pectora nostra* Comb. et tres, sive secundum schedas, quatuor Heinsii, Bersm.; *nostra* ed. Bonon. *nostra tuae* Reg. Mor. Bern. Rel. prim. ed. Heinsii. Vers. 45. *Cum cinis* Palat. prim.

47. DENIQUE DUM VIXI. *Den. ut et vixi* Reg. Serv. Francof. tres Heinsii, vett. edd. praeter Bononiensem. *Den. ut vixi* Leid. pr. *Den. et vixi* Crev. *Den. ut evixi* Guelf. *Den. et ut v.* Put. Gall. et tres Heinsii. Hoc inter verba Ovidiana admisit Heinsius, metuo, ut satis circumspecte. Quid enim ita dicitur? *vixisse* sine crimine Ovidium, moriturum sine crimine non esse; hoc duplex esse potest, aut: *vixisse* eum sine scelere, moriturum cum sinistra fama, aut: *vixisse* eum non semper, sed ad certum tempus sine crimine, posthac in id incidisse; aut ambiguitas inest verbo: *crimen*, illepidi illa, aut *vixi* explicandum est: *vixeram*, suppleendum: *olim*, parum Latine. Quanto rectius, quem sequimur, Palatinus primus cum reliquis libris omnibus quidem, nisi quod Pirckh.: *Den. convixi*, ed. Bonon.: *Den. cum vixi*.

Nec mea supplicio vita pudenda foret.

Me mi erum, si tu, cum diceris exsulis uxor,  
Avertis vultus, et subit ora rubor!

50

Me miserum, si turpe putas mihi nupta videri!

Me miserum, si te iam pudet esse meam!

Tempus ubi est illud, quo te iactare solebas

Coniuge, nec nomen dissimulare viri?

Tempus ubi est, quod te, nisi non vis illa referri, 55

Et dici, memini, iuvat, et esse meam?

Vtique probae dignum est, omni tibi dote placebam:

48. Nunc m. s. v. p. suo est. 55. nisi si fugis — referre.

48. NEC MEA — FORET. Prorsus ita Palat. prim. exc. Voss. Jun. Reg. pro v. scr. Bersm. nostri Bern. Rel. Berol. Crev. vett. edd. omnes. *Nunc mea — pudenda foret* Moret. et quindecim Heinsii. *Ne mea — pudenda foret* Put. Gall. Busl. et tres Heinsii. Qui restant cum edd. post Aldinam secundam: *Nunc mea supplicio vita pudenda suo est.* Vides non multos esse, Italos crediderim, quia Guelf. interest; Palatinum secundum hoc nomine a Grutero notatum non esse miror. Ad sensum non multum interest; tamen in librorum auctoritate si *supplicium* capitalem poenam intelligis, acumen agnoscis Ovidianum.

49. SI TU. Ita Palat. prim. Guelf. et viginti quatuor, inter quos meliores. Reliqui cum vett. edd.: *tu si*, sed Gall. et Busl.: *cum tu si*. Vers. seq. *Advertis* Palat. pr. *ora pudor* Put. exc. Voss. Bersm. Bern. et sex vulgares. Vers. 52. *iam tu si* Gall. Moret. Vers. 53. *ubi est quo te de me iact.* Busl. Rel. et sex. Vers. 54. *dissimulare meum* vett. edd. nostrae et fortasse Francof. Palat. sec.

55. NISI NON VIS. Simplicissimam omnium nec inelegantem scripturam e libris scriptis et impressis reduximus. Ab hac leviter discedunt Put. et Moret., qui: *ubi est illud nisi non vis*; tum exc. Voss.: *nisi non vis vera referre*; Bern.: *nisi non vis vera fateri*, et alii, quos fere Burmannus annotavit. Interpolatorum vero artificia praeteriri nequeunt: *ubi est illud quo non fugis illa referre*. Vatic. prim. *ubi est illud quo ni-fugis illa referre* sterque Polit. et ita Guelf. sub rasura: nam hodie cum Palatino primo facit; *ubi est illud quo nisi fugis illa referre* Palat. sec. *ubi est quo tu nisi non fugis illa referre* Medic. prim. Hi homines non ignorabant, quid *referre* esset; sed *referri* eadem proprietate dicitur, Fast. 4, 793. Pont. 3, 3, 73. *fugis* elegantius iudicabant, quam *non vis*; verum simplicitas elegantissima interdum est. Certe *nisi non* aequè recte dicitur atque illud, quod tertio loco Heinsius affricuit: *nisi si*. Her. 2, 27. Pont. 2, 2, 17. supr. 3, 4, 51.

57. PROBAX e duodeviginti melioribus se recepisse ait Heinsius. Ex eo numero tantum Francof. et Pirckh. nevi; tamen no-

- Addebat veris multa faventis amor.  
 Nec quem praeferres, ita res tibi magna videbar,  
 60 Quemve tuum malle esse, vir alter erat.  
 Nunc quoque ne pudeat, quod sis mihi nupta: tuusque  
 Non debet dolor hinc, debet abesse pudor.  
 Cum cecidit Capaneus subito temerarius ictu,  
 Non legis Evadne erubuisse viro.  
 65 Nec quia rex mundi compescuit ignibus ignes,  
 Ipse suis Phaëthon infitiandus erat.  
 Nec Semele Cadmo facta est aliena parenti,  
 Quod precibus periit ambitiosa suis.  
 Nec tibi, quod saevis ego sum Iovis ignibus ictus,  
 70 Purpureus molli fiat in ore rubor:  
 Sed magis in curam nostri consurge tuendi,  
 Exemplumque mihi coniugis esto bonae:  
 Materiamque tuis tristem virtutibus imple.  
 Ardua per praeceptis gloria vadit iter.  
 75 Hectora quis nosset, si felix Troia fuisset?

62. Non dolor hinc debet. 64. Num. 66. tuis — eras.  
 71. nostri curam. 74. vadat.

stri quoque praeter Seguer. ita, Guelf. quidem a sec. manu. Vett. edd.: *proba*. Vers. 58. *veri multa favoris* Bern. Vers. 60. *Quemque* Guelf. Francof. Put. Bern. et viginti unus. Paene obtemperavissimus, quia sententiae satis facti ipsum: *malle*.

62. NON DEBET DOLOR HINC. *Non dolor hinc debet* Gall. Serv. Receptat Heinsius. Bernensem ita habuisse oporteret.  
 64. NON LEGIS. *Num legis* Vatic. pr. Guelf. Rottend. alius et prim. ed. Heinsii. *Nun* Serv. *Evadnen* Palat. prim. et alii. *heavenen* Guelf. Huc versus Bern. ita concipiebat:

*Mansit fida suo tristis evanica viro.*

Relandinus utroque modo in texta habebat, primum *evanen*, deinde *evanne*.

66. SUIS — ERAT. *tuis — eras* Jun. *Pheton* Palat. prim. Guelf. *eras* Guelf.

69. EGO SUM. *ego sim* Bern. et vett. edd. praeter Aldinas. *ignibus ustus* Put. Busl. et Moret. pro v. scr. Vers. 70. *ore pudor* Guelf. et pauci scripti cum vett. edd.

71. CURAM NOSTRI. *nostri curam* Gall. Serv., nullus praetera codex, quantum sciam, editi, quos viderim, omnes praeter Bonon. Vers. 74. *vadat iter* Jun. et prim. ed. Heinsii. *tendit iter* Busl. duo Heins. et Crev.

75. SI FELIX. *felix si* Palat. prim. Put. et octo fere vulgares. *Troia memores* Bern.

Publica virtutis per mala facta via est.

Ars tua, Tiphys, iacet, si non sit in aequore fluctus:

Si valeant homines, ars tua, Phoebe, vacat.

Quae latet, inque bonis cessat non cognita rebus,

Apparet virtus arguiturque malis.

Dat tibi nostra locum tituli fortuna; caputque

Conspicuum pietas qua tua tollat, habet.

→ Vtere temporibus, quorum nunc munere freta es,

Et patet in laudes area lata tuas.

76. virtuti.

78. iacet.

84. En patet.

76. VIRTUTIS. *virtuti* unps Vatic., quod cum probaret Heinsius, non meminerat, puto, quo significatu et Ovidius passim, et Seneca potissimum quavis fere pagina voce: *publicus* uterentur, vixim de eo, quod usu venit, esse consuevit. *facta via* ut 1, 3, 83.

77. IACET. *vacet* volebat Heinsius. Burmannus vulgatam defendit ita, ut si eius sex exemplis addideris Senec. ep. 9: *ut exerceat amicitiam, ne tanta virtus iaceat*, habeas duo, quae ad rem pertineant.

78. VACAT. Secuti sumus Palatinum primum cum quindecim vulgaribus. *vacet* Gortorp. et vett. edd. nostrae omnes. *iacet* reliqui. De locutione vide Heinsium ad vers. priorem. Vers. 82, *quo tua* Jun. sex et vett. edd. nostrae. *tollit* Guelf.

83. QUORUM NUNC — FRETA ES. *quorum non munere* Jun. Leid. prim., quos optimos dicit Burm. *quorum tu munere* Gall. et duo. *quorum sic munere* Basl. *quorum tibi copia nunc est* Richel. Hunc locum subcuti vitio laborantem obiter refinxit Heinsius recipiendo in seq. vers.: *En e nullius rei libro*. Hoc abunde elegans plerisque visum. Critici atque adeo Burmannus quaedam tentarunt. Heumannus in Panerg. Crit. p. 115:

*Utere temporibus, quorum nunc munere fida es;*

Schraderus: *Utere muneribus, quorum tibi copia nunc est;*

Struchmeyerus nescio quis laudante Schradero:

*Utere temporibus, quarum uti munere sucta es;*

Withofius: *Utere temporibus, quorum nunc munere tristi —;*

Burmannus: *Utere temporibus, quorum non munere spreto etc.;*

Ipe iudicabis, quam bene unus quisque. In illo omnes lapsi sunt, quod versu sequenti *En* probarent. In vulgata scriptura volunt nunc spectare ad epistolam uxoris, qua se fretam esse munere temporum perscripserit. Scripsit igitur illa, quod ne maritus quidem intelligeret. Sed si versum 10. spectas, ne scripsisse quidem nuptinae videtur. Vide, num magis absonum sit emendari ita:

## IV.

**O** qui nominibus cum sis generosus avorum,  
 Exsuperas morum nobilitate genus:  
 Cuius inest animo patrii candoris imago,  
 Non careat nervis candor ut iste suis:  
 5 Cuius in ingenio est patriae facundia linguae,  
 Qua prior in Latio non fuit ulla foro:  
 Quod minime volui, positis pro nomine signis  
 Dictus es: ignoscas laudibus ipse tuis.  
 Nil ego peccavi: tua de bona cognita produunt.  
 10 Si quod es, appares, culpa soluta mea est.  
 Nec tamen officium nostro tibi carmine factum

1. avitis. 5. linguae est. 8. ista tuis.

*Utere temporibus, quorum nunc munera trita est  
 Et patet in laudes area lata tuas.*

Ita cum ante biennium scriptione academica conicerem, similes corruptiones indicabam, velut infra 6, 19. Bern. et Busl.: *stricta est*; de constructione conferri iubebam Met. 7, 93. Pont. 4, 15, 19; de locutione Fast. 4, 10.:

*Nunc teritur nostris area maior equis.*

84. ET PATET. *En latet* unus Vaticanus, teste Heinsio in notis impressis, in schedis nihil eiusmodi notante. *area magna* omnes libri praeter sex Heinsianos, quos inter Palat. prim., nostros Berol. et Rel. cum vett. edd. ante Ald. secundam.

## IV.

Inscr. *Ad amicum* Francof. Berol. *Quamvis invitum Nase collaudat amicum* Berol. Pirckh. *Ad amicum, pro cuius nomine signa facit* Ald.

1. GENEROSUS AVORUM. *generosus tuorum* Reg. et aliae. *generosus avitis* edd. inde ab Ald. sec. et fortasse Ciofani codd., sed vix unus et alter ex Heinsianis.

4. NERVIS. *numerus* Palat. prim. et sedecim: scilicet unius apicis transpositi discrimine; laude digni sunt editores post Heinsium, qui quamvis minime intellexerint, quae satis facilia sunt, nihil mutarunt.

5. INGENIO EST. Ita Palat. prim. et longe plurimi. Nam tres tantum ignoti in fine verbum ponunt, Leid. pr. decem alii et vett. edd. nostrae prorsus abijciunt.

8. IPSE TUIS. *ista tuis* Polit. sec. et Guelferbytanus, si modo hic.

Principe tam iusto posse nocere puto.

pse Pater Patriae, quid enim civilius illo?

Sustinet in nostro carmine saepe legi.

Nec prohibere potest, quia res est publica Caesar, 15

Et de communi pars quoque nostra bono est.

upiter ingeniis praebet sua numina vatium,

Seque celebrari quolibet ore sinit.

Caussa tua exemplo superiorum tuta duorum est:

Quorum hic aspicitur, creditur ille deus. 20

Ut non debuerim, tamen hoc ego crimen habebo:

12. puta, 20. conspicitur. 21. crimen amabo.

12. PUTO. *puta* Moret. et tres. Vers. 13. *enim est civ.* Guelf. Palat. sec. et tres. *communius illo* Pirckh. tres Heinsii et d. Bonon.; e glossa, casu elegantiori, quam haec eiusdem originis: *nobilius illo* Berol. *benignius illo* Crev. *est* in fine addunt lor. Busl.

14. SAEPE LEGI. Miror Heinsium nihil annotasse, cum e nostris libris BERD. Berol. Rel. Crev. habeant: *carmine posse legi*, locutionem bene Ovidianam. Vers. 16. *bona est* Francof. Palat. sec. Bern. et sex peiores. Vers. 17. *nomina* Guelf. a pr. m. Goth., qui modo ad me pervenit a viro venerando, Palat. sec. et quindecim.

19. DEORUM EST. *est* omittunt Palat. pr. Goth. Put. et undevinti vulgares. *tuta deorum est* Bersm. et decem fere vulgares.

20. ASPICITUR. *conspicimur* e suo codice sua manu enotaverat Is. Vossius. Ea auctoritate inde ab Heinsio edi consuevit: *aspicitur*. Proprie sibi opponuntur *aspicere* et *credere*, quemadmodum nemo *conspicere* et *tangere* simili in figura usurpavit, vid. let. 3, 478.

21. CRIMEN HABEBO. *crimen amabo* Leid. prim. Vatic. prim. occasionem interpolandi videtur dedisse error ille ortus e versu 5., qui in Seguer. extat: *crimen amice*. Illud tamen tanta fiducia didit Heinsius, ut opus exemplis non putaret. Reliqui editores, et solent, feriantur. Sed esto, fuisse, ita qui loquerentur, velut Seneca ep. 12: *complecti et amare senectutem*: lucramur calamitatam locutionem, sententiae iacturam facimus; hiulca et abrupta absentur, quae proxime sequuntur. Quivis enim intelligit in librum auctoritate *ego* et *non tui*, accentu adjuvanda, sibi opponi: erit hoc in lectione Heinsiana, quia *crimen habere* uterque, Cotta et Ovidius, poterant, *amare* hic tantum. Rursus superioribus apte i versus non nisi per hanc sententiam adiunguntur: *tu crimine bonoxius non eris; nec ego ero, vel si sim, solus ero. Non debuerim* referes ad versum 9.; *non debuerim amare* aut nullum, aut rigidum habet explicatum.



Non fuit arbitrii litera nostra tui.  
 Nec nova, quod tecum loquor, est iniuria nostra,  
 Incolumis cum quo saepe locutus eram.  
 25 Quo vereare minus, ne sim tibi crimen amicus:  
 Invidiam, si qua est, auctor habere potest.  
 Nam tuus est primis cultus mihi semper ab annis,  
 Hoc certe noli dissimulare, pater:  
 Ingeniumque meum, potes hoc meminisse, probabat  
 30 Plus etiam, quam me iudice dignus eram.  
 Deque meis illo referebat versibus ore,  
 In quo pars altae nobilitatis erat.  
 Non igitur tibi nunc, quod me domus ista recepit,  
 Sed prius auctori sunt data verba tuo.

23. iniuria; nostro. 28. noli certe.

23. INIURIA NOSTRA. nostri duo libri Heinsii. Inde quoque ille infelici hora faciebat!:

*Nec nova, quod tecum loquor, est iniuria: nostro. Incolumis etc.*

omnes consensu probarunt. Quam recte, ipse iudicabis. Libri illi non e loco Heroidum 20, 93. memoriter repetito, sed eodem modo quo ille, e glossa (vid. ad 3, 89.) vitium traxerant. Nam illic quoque non nisi deteriores libri ita:

*Hoc, quod amor iussit, scriptum est iniuria nostri,* quemadmodum Jahnus edidit. Loersius verum utrobique vidit. Cfr. Her. 8, 87: *Quae mea coelestes iniuria fecit iniquos.*

Vers. 25. *crimen amice* Guelf. Goth. Palat. sec. et plus viginti.

Vers. 26. *actor* Goth. Vers. 27. *semper mihi cultus* Goth. 28. CERTE NOLI. Ita Palat. prim. Goth. Polit. sec. Francof. Bern. et plurimi. *Hoc noli certe* Vatic. prim. Polit. prim. Palat. Guelf. et tres. *Hoc saltem noli* quatuor Heinsii, Rel. et vett. edd. Vers. 29. *potes haec mem.* ed. D. Heins. et quidam codd. ad illam collati. Vers. 31. *referebat plurimus ore* Busl.

32. ALTAE NOBILITATIS. *magnae nobilitatis* Palat. prim. Francof. Guelf. Goth. Reg. Serv. Busl. Jun. Bersm. et tres quatuordecim vett. edd. Hilum non interest, alioquin recepissemus. *Magnam nobilitatem* dici potuisse intelligis ex his, Pont. 4, 16, 43:

*Maternos Cottas cui Messalasque paternos  
 Maxima nobilitas ingeminata dedit;*

Met. 9, 671: — *nec census in illo*

*Nobilitate sua maior;*

de alta vide Heinsium. Utra eloquentiae conveniat, non perspicuum e loco simillimo Pont. 2, 5, 55:

*Atque haec est, dicas, facundia Principe digna:  
 Eloquio tantum nobilitatis inest.*

Vers. 33. *Nunc igitur* Palat. prim. Vers. 34. *actori Goth.* sunt not

Nec data sunt, mihi crede, tamen; sed in omnibus actis, 35

Vltima si demas, vita tuenda mea est.

Hanc quoque, qua perii, culpam scelus esse negabis,

Si tanti series sit tibi nota mali.

Aut timor, aut error nobis; prius offuit error.

Ah sine me fati non meminisse mei!

40

Neve retractando nondum coeuntia rumpe

Vobera; vix illis proderit ipsa quies.

Ergo ut iure damus poenas, sic abfuit omne

Peccato facinus consiliumque meo.

Idque deus sentit: pro quo nec lumen ademptum, 45

Nec mihi detractas possidet alter opes.

Forsitan hanc ipsam, vivat modo, finiet olim,

Tempore cum fuerit lenior ira, fugam.

Nunc precor hinc alio iubeat discedere, si non

Nostra verecundo vota pudore carent.

50

Mitius exsilium pauloque propinquius opto,

41. rumpam. 45. ademptum est.

Guelf. Vers. 35. *Non data sunt* Guelf. Goth. Put. Bern. Bersm. et viginti Heinsii, vel nostri. *omnibus istis* Palat. sec. Vers. 39. *plus abfuit* Gottorp. et duo, vel tres Heinsii, Bern. Berol. et ed. Bonon. Tracof. pro v. scr. *magis obf.* Goth. Burmannum valere iubemus.

40. AH, SINE. *Ha* Guelf. et Heinsiani. *At sine* Palatini, Put. Gall. Pirckh. Bersm. Berol. et vett. edd. *Aut sine* Goth. sub vs. Jun. Seguer. et quinque. *Sed sine* Rel. et quidam Heinsii. *Hanc sine* Buslid. *me facti* Goth.

41. RUMPE. *rumpam* prim. Vatic. prim. Medic. et tres, non venuste. Vers. 42. *illa quies* Pirckh. Busl. *ulla qu.* Goth. tres Heinsii. Vers. 43. *poenas tamen abfuit unus* Vatic. *sic defuit* Goth. Vers. 44. *cons. q. meum* Busl.

45. ADEPTUM. Ita Palat. prim. et Guelf. a pr. m. cum tanto minus dimidia librorum parte. Reliqui *est* addunt. *deus sensit* Goth. *per quem non lumen* fragm. Vatic. *limen* Palat. sec. Pirckh. Probante adeo Gronovio. Vers. 47. *vivam modo* Moret. pro v. scr. *finiet olim* Put. Busl. Seguer. Berol. et quatuor Heinsii. Vers. 48. *tempore cum fuerit* Goth. Jun. Pirckh. Moret. ed. Bonon. *fuga* Palat. pr. pro fuerit Goth. Jun. Pirckh. Moret. ed. Bonon. *fuga* Palat. pr.

51. PAULOQUE — OPTO. Hoc in versu Vatic. prim. Polit. Guelf. quinque alios, fortassis item Italos, et Rel. sequi licet. Satis enim constat vitiosas esse, quae praeterea enotantur, scripturae, Palatini primi, viginti unius Heinsianorum, Bersm. Goth. trium nostrorum: *pauloque quietius opto*; Pirckh. trium Heinsianorum et vett. edd. nostrarum: *propinquius oro*; omnium, qui restant, librorum et edd. quarundam secundum Ald. poster.: *pauloque quietius*

Quique sit a saevo longius hoste, locum,  
 Tantaque in Augusto clementia, si quis ab illo  
 Hoc peteret pro me, forsitan ille daret.  
 55 Frigida me cohibent Euxini litora Ponti;  
 Dictus ab antiquis Axenus ille fuit:  
 Nam neque iactantur moderatis aequora ventis,  
 Nec placidos portus hospita navis habet.  
 Sunt circa gentes, quae praedam sanguine quaerunt,  
 60 Nec minus infida terra timetur aqua.  
 Illi, quos audis hominum gaudere cruore,  
 Paene sub eiusdem sideris axe iacent.

53. Quantaque. 58. adit. 59. quaerant.

oro. Nimirum ista omnia et memoriter repetita sunt ex illa  
 577: *Tutus exilium pauloque quietius oro,*  
 et illic tantum locum habent.

52. LOCUM. *locus* Palat. prim. Francof. Put. Heinsianor. quotquot plene collatos vidi praeter Busl., nostri praeter Guelferb. Bern. Sed quoniam Heinsius de reliquis plus viginti annotare oblitus, et quia res frivola est, nihil mutamus.

53. TANTAQUE. *Quantaque* Polit. sec. et duo. *Augustus est clem.* prim. ed. Heins. et vett. edd. cum scriptis, qui ad illam collati sunt, Palatt. Francof. Bersm.

54. HOC. *Haec* Palat. prim. et nonnulli Heinsii cum vett. edd. Languidius hoc distichon atque fortasse insititium censebat Schraderus. Tamen solus Crev. hunc quidem versum omittit. Ad fatendum est plura etiam in sequentibus esse quae tollere velis, non tamen possis.

55. FRIGIDA ETC. *Hic pt ce epla per se Goth.* Ita volebat Francius: obloquitur Schraderus, propter v. 61., quo ad certum aliquid quem sermo convertitur. Mihi probabile videtur ieiunae ac tritae fabulae pertractationem velut illam 3, 11. et alias non sine consilio a poeta positam fuisse, quod nos latere facile possit. Eundem fabulam ad eundem, uti videtur, scribens persequitur Pont. 3, 2. Fortassis illius, quia inter poetas refertur aequales Pont. 16, 43, extabat: — *plena iam margine libri*

*Scriptus et in tergo, necdum finitus Orestes.*

*Frigora* Goth. pr. m. *prohibent* Goth. Vers 56. *Eurius ille* Palat. prim. *Aesinus ille* Guelf. *eusinus* Goth. *Exinus* plerique. Goth. m. pr.

58. NAVIS HABET. *puppis habet* Palat. prim. et duo. *navis adit* Vatic. prim. Jun. tres Heinsii, Berol., cuius librarius ipse errorem agnoscebat.

59. QUAEERUNT. *quaerant* Gall. Francof. Berol. unus Heinsius prim. ed. nostra Bouon. Litteram pictam primorem Guelf. pr. m. habuerat. *S. circum* Goth. Vers. 60. *infesta terra* Busl. et tres

62. SIDERIS AXE. Ita Comb. Moret. et alius. *sideris ignis*

Nec procul a nobis locus est, ubi Taurica dira  
Caede pharetratae spargitur ara deae.

Haec prius, ut memorant, non invidiosa nefandis, 65  
Nec cupienda bonis regna Thoantis erant.

Hic pro supposita virgo Pelopeia cerva  
Sacra deae coluit qualiacunque suae.

Quo postquam, dubium, pius, an sceleratus Orestes  
Exactus furiis venerat ipse suis, 70

Et comes exemplum veri Phoceus amoris,  
Qui duo corporibus, mentibus unus erant:

Proinus evincti tristem ducuntur ad aram,  
Quae stabat geminas ante cruenta fores.

Nec tamen hunc sua mors, nec mors sua terruit illum: 75  
Alter ab alterius funere moestus erat.

Et iam constiterat stricto mucrone sacerdos,

64. pascitur. 73. Triviae. 76. ob alt. funera.

Leld. prim. quatuor Heinsii et vett. edd. *frigoris igne* Moret. v. scr. *frigoris axe* reliqui. Sequimur inviti Heinsium, quia Seneca Herc. fur. 1139: *sub cardine glacialis ursae*; et quia hypallages figurae in vulgata obstat: *iacent*.

64. SPARGITUR. *pascitur* Vatic. prim. Polit. prim. Medic. unus, (*optimus*, not. impr. Heins.) tum Moret. pro v. scr. Fortassis Bern. Vers. seq. *Nec procul ut Goth. Hic prius* Palat. sec. Goth. v. scr. et septem. Vers. 66. *Nec captanda* Put. *optanda* Bern. Francof. pro v. scr. Vers. 69. *dubium est* Put. et tres cum vett. add. *pius aut Goth.* Vers. 70. *Vexatus* Bernensis.

73. TRISTEM. *Triviae* duc. pro var. scr. Barber. et fragm. Vatic.; in textu fortassis Vossianus. Potest verum esse, potest repetitum e Pont. 3, 2, 71:

*Proinus invinctam Triviae ducuntur ad aram.*

*Tristis Buisis, tristia crimina caedis, tristia sacra*, similia multa vulgatam utcumque tuentur. Vers. 75. *Nec tantum sua* Berol.

76. AB ALTERIUS FUNERE. *ob alterius funere* Gall. et duo. *ob alt. funera* Hamburg. Strozz. Francof. Reg. Rel. Berol., tum Moret. pro var. scr. Hamburgensem fortasse pro Francofurtano laudavit Heinsius. Quidquid id sit rei, scriptura futilis est. *moestus ob aliquid* nescio quomodo tanquam inusitatum offendere videtur; alteram certe habes supra, 3, 36:

*Tempus et a nostris exigit triste malis;*

et sententia Ovidio digna illa demum est, *moestum utrumque fuisse*, quod ipse funus alterius comitaret, in funere iret, (vide supra ad 2, 28.) non *ob funera*, h. e. propter mortem, quod versu priori dicitur. in *alterius funere* Berns. et Rel. eodem sensu. Vers. 77.

Cinxerat et Grafas barbara vitta comas:  
 Cum vice sermonis fratrem cognovit, et illi  
 80 Pro nece complexus Iphigenia dedit.  
 Laeta deae signum crudelia sacra perosae  
 Transtulit ex illis in meliora locis.  
 Haec igitur regio, magni paene ultima mundi,  
 Quam fugere homines dique, propinqua mihi est;  
 85 Atque meam terram prope sunt funebria sacra,  
 Si modo Nasoni barbara terra sua est.  
 O utinam venti, quibus est ablatas Orestes,  
 Placato referant et mea vela deo!

## V.

**O** mihi dilectos inter sors prima sodales,  
 Vnica fortunis ara reperta meis;

83. pars ultima.

cum steterat Guelf. Vers. 78. *victa comas* Palat. prim. et sec. vers. *vitas sermonis*, tum *Ifigenea*. *Effigenia* Goth.

83. PAENE ULTIMA. *penetralia mundi* Barber. Götter probante Heinsio. Schraderus ascripserat: „miror! quasi omnia penetralia mundi dici possint, quae extrema.” *magni pars ultima mundi* Bern., atque ita Burmannus edere ausus est. Reliquorum omnium scripturam iure nostro revocavimus, in qua *ultima sors* in minino genere, sive neutro intelligas, ut Seneca Herc. Fur. 708. *Rerumque moestus finis et mundi ultima*,

Ovidii manum, ut opinor, habebis. Vers. 85. *prope sunt* Goth. Vers. 86. *Nasonis* Palat. prim. Jun. Moret. codex Beriswappi, Rel. Vers. 88. *referant hinc mea* Barber. et quatuor Heinsii, *oster* Rel.

## V.

Inscr. *Ad amicum Francof. Solamen danti sic scribitur* sodali Pirckh. *Ad amicum, cuius nomen taces, ne noceat* Ald.

1. SORS PRIMA. Ita cum plurimis Palat. pr. *sors* per Guelf. Francof. Palat. sec. Gall. Leid. pr. Berol. novem scribo credo, Itali imprimis, et vet. edd. nostrae. Inventus videtur Messius damnasse: exempla eius parum ad rem faciunt. Cfr. Stat. ep. 52.: *egregium, sed secundae sortis ingenium*. — *Nec de prima nota non sumus*. Vers. 2. *ara relicta* Comb. Vers.

hinc ab alloquiis anima hæc meribunda revixit,  
 Vt vigil infusa Pallade flamma solet:  
 mi veritus non es portus aperire fideles  
 Fulmine percussæ confugiumque rati:  
 hinc eram censu non me sensurus egentem,  
 Si Caesar patrias eripisset opes:  
 temporis oblitum dum me rapit impetus huius,  
 Excidit heu nomen quam mihi pæne tuum! 40  
 tu tamen agnoscis, tactusque cupidinæ laudis:  
 Ille ego sum, cuperes dicere posse palam.  
 certe ego, si sineres, titulum tibi reddere vellem,  
 Et raram famæ conciliare fidem.  
 te noceam grato, vereor, tibi carmine, neve 45  
 Intempestivus nominis obstet honor.  
 Quod licet et tutum est, intra tua pectora gaude  
 Meque tui memorem, teque fuisse mei.  
 Teque facis, remis ad opem luctare ferendam,

11. Te — tractus. 16. honos.

prius *fid.* Voss. Vers. 6. *Flumine Goth. ratis Serv. Vers. 7.*  
*nonquam sens. Goth. censurus eg. Vatic. unus, Busl. Rel.*  
*9. me trahit Palat. sec. Bersin. et Aldina prior sola e vet.*  
*Vers. 10. mihi sæpe tuum Seguer. Berol.*

11. *tu.* Te e coniectura Heinsius. *agnosce Goth. pr. m.*  
*noctis, ignoscas, agnoscas septeni fere scripti. tractus Gall. codex*  
*Lugdunensis editor. captus Junian. Vers. 12. discere Palat. pr.*  
*14. Et gratam Reg. pro v. scr. consil. Goth. Vers. 15. Et*  
*prim. Ald. prima. noc. caro Goth. Vers. 16. Intempestivi duo*  
*noctis. noster Rel. honos duo scripti. Vers. 17. Quæ licet Rel.*  
*hoc tutum est Reg. Put. Mor. Jun. Leid. pr. Berol. et quatuor.*

18. TEQUE FUISSE MEI. Quod Heinsii exemplo edidimus  
 omb. Goth. Pirckh. et sex aliorum fide nititur. Reliqui libri omnes,  
 quotquot sunt: *teque fuisse pium.* Hoc languet et pæne monacha-  
 m sermonem olet: illud et suspectum est, nec facile explicatu.  
 semor Nasonis quod dicitur Celsus ille, aut tuum fuit, cum rele-  
 getur poeta, auxilio ferendo; novum genus loquendi, quantum  
 iam, memorem pro officioso poni; Catulli 64, 23. 248. longe alia  
 ratio: aut postea litteris scribendis; de qua re nemo tam magni-  
 ce loqui solet: aut in re nobis ignota; quo artificio quidam supra  
 3, 83. callide utuntur. Gaudeat, qui vult, Italorum codicum  
 scriptura: ego coniecturam meam, quamvis levem, pæne fide æque  
 quam habeo: *Meque tui memorem, teque fuisse tui;*  
 ac a plurimorum librorum testimonio et a consuetudine et ar-

- 20 **Dum veniet placido mollior aura deo;**  
**Et tutare caput nulli servabile, si non**  
**Qui mersit Stygia, sublevet illud aqua;**  
**Teque, quod est rarum, praesta constanter ad omnia**  
**Indeclinatae munus amicitiae.**
- 25 **Sic tua processus habeat Fortuna perennes:**  
**Sic ope non egeas ipse, iuvesque tuos:**  
**Sic aequet tua nupta virum bonitate perenni,**  
**Incidat et vestro rara querela toro;**

20. veniat.

gutia Ovidiana proxime abest. *Memor sui est qui decortum et nestum tuetur.* Met. 13, 453. de Polyxena: . . .

*Quae memor ipsa sui etc.*

Gaudere igitur virtute sua amicum inbet non absurde. *Verum* structura illa est, quam Ovidius amabat, Seneca reprehendebat.

*Semivirumque bovem, semibovemque virum;*

*Illam suos habeat, nec minus illa suos, etc.*

20. **DUM VENIET.** Ita Palat. pr. Goth. cum minore codd. numero, vett. edd. octo. Nam: *Dum veniat* Put. et viginti Heinsii, Bern. tres nostri et ed. Bonon. *Adveniat* Jun. *Dum venit a pl.* Palat. sec. Guelf. Vatic. pr. Polit. pr. Medic. pr. Serv. et quidam alii de quibus certus non sum. *mollior ira* Moret. Jun. et sex Heinsii nostri Berol. Crev. *mollior hora* Basl. exc. Voss. et duae vett. 23. *quod est gratum* Gall. Moret. Francof. pro v. scr. *probat et const.* Guelf. data opera, in rasura. Vers. 25. *tua summa* Put. Bern. et duo. Vers. 26. *ipse tuosque iuves* Palat. prim.

27. **BONITATE PERENNI.** *novitate perhenni* Guelf. *Leid. probitate* Put. Verum est, quod monet Heinsius, *perenni* non repeti post *perennes*. Eodem modo centies peccaverunt *liber* verum ubi codd. verum, longe diversissimum saepe, non servat velut infra 6, 33., intelligis, quam multa conici possint; velle Heinsius tentabat:

*Sic aequet tua nupta suum bonitate parentem,*  
*vel: Sic aequet tua nupta virum probitatis patremque;*  
 Withofius in schedis ineditis: — *probitatis gemella,*  
 olim in or. fun. Reg. Bor. p. 71: — *probitate serena;*  
 alii alia periclitati sunt. Mallem tamen vitium in vers. 25. *qua*  
 Placetne: *processus — petitos —?* ut Her. 17, 25: . . .

— *fructum tulit ille petitum;*  
 infra 5, 4, 31.: — *pretii sibi merces ipsa petiti.*

28. **INCIDAT — TORO.** *Inc. et dextro* Bern. *instata qua* Berol. *nulla querela* Palat. sec. exc. Voss. Put. viginti duo Heinsii, nostri Bern. Goth. Rel. Berol. Seguer. Crev. et ed. Bonon. Loersius in Museo Rhenano 3, p. 238. hoc magis probat. *Ovidii* causam fortasse habuit, cur necesse putaret haec precari: ac

Nligat et semper socius te sanguinis illo,  
 Quo pius affectu Castora frater amat:  
 Sic iuvenis similisque tibi sit natus, et illum  
 Moribus agnoscat quilibet esse tuum:  
 Sic faciat socerum taeda te nata ingali,  
 Nec tardum iuveni det tibi nomen avi.

## VI.

Tempore ruricolae patiens fit taurus aratri,  
 Praebet et incurvo colla premenda iugo.  
 Tempore paret equus lentis animosus habenis,  
 Et placido duros accipit ore lupos.  
 Tempore Poenorum compescitur ira leonum,  
 Nec feritas animo, quae fuit ante, manet.  
 Quaeque sui iussis obtemperat Inda magistri

33. socerum faciat. 7. monitis.

fallor, turbatam interdum pacem domesticam amici priori versu indicavit.

31. SIC IUVENIS ETC. *similis iuvenisque* Rel. *Sic iuvenis tibi consimilis sit natus* Bersm. Busl. *ut illum* ed. Bonon. Wihobius cum non vidisset, *sit esse pro fiat*, coniecit l. l.:

*Sic subeat similisque etc.*

Tu confer Stat. silv. 3, 1, 157.

33. FACIAT SOCERUM. *socerum faciat* Reg. quinque Heinsii, prima eius et vett. nostrae edd. *te teda* Goth. *lecta te* Seguer. *lecto te* Palat. sec. Gall. Francof. Berol. *lecto tibi nata* Guelf. Vides originem et progressum interpolationis. Vers. 34. *Nec tarda* Palat. prim. et quatuor cum vett. edd. nostris.

## VI.

Superioribus adiungunt Palatini, Guelf. Goth. Francof. Pirckh. exc. Voss. Moret. Busl. Jun. Leid. pr. Seguer. Berol. et alii cum vett. edd. Primus seiuñxit Aldus in ed. secunda; recte sine dubio.

2. INCURVO in *curvo* Goth. Berol. Rel. vett. edd. quaedam. Vers. 4. *At pl.* — *lupus* Palat. pr. *Et domitus dur.* duo Heins. et Berol. Ante versum 5. lemma habet Berol., quod carmini superiori praefigit Pirckh. *Temp. saevorum comp.* Pirckh. Bern. Seguer. et ed. Bonon. *illa leonum* Goth.

7. IUSSIS. *monitis* Heinsius receperat ex interpolatis Vatic.



Bellus, servitium tempore victa sedit.

Tempus ut extentis tumeat facit uva racemis,

10 Vixque merum capiant grana, quod intus habent.

Tempus et in canas semen producit aristas,

Et ne sint tristi poma sapore, facit.

Hoc tenuat dentem terram findentis aratri,

Hoc rigidos silices, hoc adamantia terit.

15 Hoc etiam saevas paulatim mitigat iras,

Hoc minuit luctus, moestaque corda levat.

Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas,

Praeterquam curas attenuare meas.

Vt patria careo, his frugibus area trita est,

13. terras renovantis. 14. rigidas.

prim. Polit. prim. Palat. sec. uno Mediceo, Comb. Accedit, ut solet, Guelf. Withofius in schedis tentabat: *sui iussis obmurescent Inda m.*; nimirum tautologiam potabat, quae est concinnavit. Vnde supra ad 1, 9. Vers. 9. *extensis Goth.* pr. m. Pirckh. Berol. Rel. Heins. duo, ed. Bonon. Vers. 10. *cupiant Palat.* prim.

11. IN CANAS SEMEN PRODUKIT. in canas speciem Bonon. *incanas semper* unus Vatic. ed. Bonon. *deducit* Put. quinq. Heins. Crev. *perducit* Palat. prim. et decem fere. Reliqui omnes interpolatis, quod exhibemus. Quid intersit discriminis, monstrabunt Seneca ep. 34.: *arbor ad fructum perducta*, et Rutilius 1, 576: *Excitat in fruges gemina lacta novas.* Vers. 12. *sapote cavet* Leid. prim.

13. TERRAM FINDENTIS. Ita Palat. prim. *dentem tenuat* Mor. Busl. quinque cum vett. edd. *dentes* Gall. *terras* Put. Mon. Serv. decem Heinsii, nostri Berol. Rel. *scindentis* plurimi. Heinsianus sedecim fere, nostri Guelf. Goth. Berol. neque eleganter, et sine fide. Contra *renovantis* Medic. primus, Barber. Seguer. et Sand. cum vett. edd. praeter Bonon., idque latet in *renovantis* Leid. pr. *revocantis* unius, *morantis* alius; multa elegantia, fide *peccant* vel Ciofano iudice. Similis ex aliis locis, quos vide apud Heinsium, callide efficta scriptura primum Vatic. *terras patientis* patrono; nacta non videtur.

14. RIGIDOS. *rigidas* decem Heinsii, meliores dicti, quos non sinit Palat. sec. Put. Serv. Pirckh. Leid. pr. Reliqui igitur Florentini, Romani ac Venetus ille fuerint. Accedunt nostri Guelf. Berol. Masculinum genus apud Ovidium ubivis aut metrum, aut libri praeter unum hunc locum accuratius indicati pridem peccabant. Ex Itatorum huius loci, credo secundum Nonii praeceptum vel Virgillii exemplum, interpolatione plerosque alios immutaverunt Heinsius. Vers. 16. *luctum* Palat. sec. *saevaeque corda domat* fragm. Vatic. *corda domat* Barber. *corda iuvat* Pirckh. Vers. 17. *igitur lactas longavea vet.* ed. Bonon. Vers. 19. *frigibus*

Dissiluit nudo pressa bis ura pede. 20  
 Nec quaesita tamen spatio patientia longo est;  
 Mensque mali sensum nostra recentis habet.  
 Scilicet et veteres fugiunt iuga saepe iuveni,  
 Et domitus freno saepe repagnat equus.  
 Tristior est etiam praesens aerumna priore: 25  
 Ut sit enim sibi par, crevit, et aucta mora est.  
 Nec tam nota mihi, quam sunt, mala nostra fuerunt,  
 Sed magis haec, quo sunt cognitiora, gravant.  
 Est quoque non minimum vires afferre recentes,  
 Nec praeconsumptum temporis esse malis. 30  
 Fortior in fulva novus est luctator arena,  
 Quam cui sunt tarda brachia fessa mora.  
 Integer est melior nitidis gladiator in armis,  
 Quam cui tela suo sanguine tincta ruhent.  
 Est bene praecipites navis modo facta procellas; 35  
 Quamlibet exiguo solvitur imbre vetus.  
 Nos quoque quae ferimus tulimus patientius ante,  
 Quam mala sunt longa multiplicata die.

23. curva. 28. hoc. 38. - Et mala s. longo.

Palat. pr. et seq. v. *pisa* bis id. Vers. 21. *Haec quaes.* prima  
 ed. Heins. *Non quaesita* vett. edd. nostrae. *Non quaesata tamen*  
 unus Vatic. et similiter Pirckh. *tamen ratio patient.* Palat. prim.  
 23. *SCILICET — IUVENCI.* *Scilicet ut vet.* Put. Jun. et  
 alius. *iuga curva* e Palatino sec. receperat Heinsius, certissimam  
*gram;* et quasi non saepe iteretur a poeta 2, 519, 20. *iuga*  
 Busl. Vers. 25. *priori* Leid. pr. et duo. Vers. 26. *Ne*  
*sibi enim Jun.* *Quod fieret sibi par crevit Bern.* et *acta Goth.* est  
*pecul* habent Put. et Leid. pr.

28. *SED MAGIS HAEC.* *Nuno magis hoc* Barber. Berol. *ma-*  
*gis haec* constat Palat. pr. et Guelf. habuisse, tum vett. edd. omnes.  
*hoc Goth.* *Haec interdum in libris dignosci nequeunt. quod sunt Reg.*  
*fall.* *quod sint Jun.* Vers. 29. *non nimum* Put. et tres. *not*  
*Guelf.* Rottendorp. Leid. pr. et pro v. scr. Comb. Vers.  
*corpora fessa Jun.* Vers. 33. *Integer et melior* Pirckh. et  
 vett. edd. omnes cum floril. impresso. *gladiator harenis Goth.*  
*omnes vett. edd. praeter Bonon.* Vers. 34. *cui testa suo* Busl.:  
*prae. medii aevi.* Vers. 35. *modo. secta prec.* unus Vatic. Vers. 36.  
*Quolibet* Palat. pr. et septem. Vers. 37. *quoque quod ferimus*  
 Francof. teste Heinsio.

38. *QUAM.* *Et prae indignatione abiecinus,* quod Moret. et  
 trium scriptorum lectio pro *veterum scriptura* hactenus venditata

- Credite, deficio, nostroque a corpore quantum  
 40 Auguror, accedunt tempora parva malis.  
 Nam neque sunt vires, nec qui color esse solebat;  
 Vix habeo tenuem, quae tegat ossa, cutem.  
 Corpore sed mens est aegro magis aegra, malique  
 In circumspectu stat sine fine sui.  
 45 Urbis abest facies, absunt, mea cura, sodales,  
 Et, qua nulla mihi carior, uxor abest.  
 Vulgus adest Scythicum braccataque turba Getarum  
 Sic male quae video non videoque nocent.  
 14 Vna tamen spes est, quae me solatur in istis,  
 80 Haec fore morte mea non diuturna mala.

40. accedunt. 41. neque qui color esse. 42. Vixque  
 49. soletur.

sit. Recepimus scripturam primae editionis Heinsianae, eandem  
 coniecturam Bersmanni et Gronovii. Cfr. Met. 13, 324, 328.  
 Propius abest cod. Bern., qui: *Quod*. Reliqui libri: *Quae*, nisi  
 quod Crev.: *Quo*. Possis etiam priori in versu legere: *quam se-*  
*rimus*, in hoc: *Quae male*. *longa die* Heinsio libitum est e Gall.  
 et quinque aliis novare. Vers. 39. *quantumque a corpore nostro*  
*Jun.* et duo. *a tempore* Put. *a pectore* Leid. pr. Busl. Rel.  
 Francof. pro v. scr.

40. ACCEDUNT. Ita praeter Bern., qui: *accedant*, omnes  
 libri et vet. edd. Meminisse debebat Heinsius, quae notaverat ad  
 Her. 5, 117. de sermone augurantium.

41. NEC QUI — ESSE. *neque qui* e Moret., *color ante sole-*  
*bat* e Jun. Leid. pr. et duobus aliis, sine causa omnia receperat  
 Heinsius. *vires et qui* Goth.

42. VIX HABEO. *Vixque habeo* unus Italicus. *tegit Jun.*  
*Serv.* Vers. 47. *siticum* Goth. *brachiataque* Palat. prim. *br-*  
*chataque* Guelf. *bacchataque* vet. edd. *barbataque* Reg.

48. SIC — NOCENT. Ita aut invenit Heinsius in varia scrip-  
 tura, Leid. pr., aut sagaciter elicuit e diversis scripturis tribus  
*Sic me-movent* Moret. Leid. pr. Seguer. et vet. edd. praeter Bo-  
 non.; *Sic mala-movent* duorum; *Sic mala-nocent* Goth. et reli-  
 quorum omnium praeter Palat. prim., qui: *Sic me-nocent*.

49. SOLATUR. *soletur* Guelf. Palat. sec. Reg. Gall. Serv.  
 Jun. Leid. pr. Rel. undecim alii, prima ed. et Bonon. Altera  
 igitur Palat. pr. Francof. Put. Bern. et reliqui.

## VII.

Bis me sol adiit gelidæ post frigora brumæ,  
 Bisque suum tacto pisce peregit iter.  
 Tempore tam longo cur non tua dextera versus  
 Quamlibet in paucos officiosa fuit?  
 Cur tua cessavit pietas, scribentibus illis,  
 Exiguus nobis cum quibus usus erat?  
 Cur toties alicui chartæ sua vincula dempsi,

7. quoties.

## VII.

Inscr. Ad amicum Francof. Naso carere sui scriptis mira-  
 tur amici Pirckh. Berol. Excusat amicum, quod ab eo literas non  
 acceperit Ald.

1. BIS ME SOL ETC. sol gelidæ vidit post frigora brumæ  
 prim. ed. Heinsii. gelidam post frigore brumam Polit. uterque,  
 Francof. Put. et quidam collati ad ed. D. Heinsii. gelidam post  
 frigora brumam Serv. Seguer. gelidam sub tempore brumæ Guelf.  
 gelidæ post tempora brumæ Bern. Vers. 2. Bis quia sum t.  
 Palat. prim. suo tacitum Seguer. Vers. 4. Quod sibi in p. Pa-  
 lat. prim. officiosa venit Barber. Rel. et duo tresve.

7. CUR TOTIES ETC. Ita Palat. prim. (nisi quod: *totiens* et pro:  
*chartæ, cur te*.) Palat. sec. Jun. Leid. pr. atque, ut male metuo,  
 et, quos in hac scriptura contempsit Heinsius. *Cur quotiens alicui*  
 etc. Reg. Put. Serv. Busl. quindecim Heinsii et eius prim. ed.,  
 nostri scripti et impressi. Gallicus sua omittebat. Igitur Moreta-  
 pus cum non ita multis ita, uti edd. ab Aldina posteriore ad El-  
 zevirianam 1629 multæ: *Cur quotiens alicui dum chartæ v. d.*  
 Haec scriptura manifesto nihili est, sed utilissima; argumento enim  
 est exstitisse scripturam, quæ intercidit, hanc: *Cur totiens a. c.*  
*cum v. d.* Haec aequè bene tolerari possit, atque Burmanniana;  
 utraque tamen ab interpolatoribus efficta est ex illa Palat. primi,  
 propter asyndeton, quod illi non probabant. Ego vero id ipsum  
 efficere censeo, ut Palatini auctoritas per se gravior etiam ele-  
 gantior sit habenda. In Burmanniana: *speravi* interpretantur: *fru-*  
*stra speravi, tantum speravi*. Sane non multo aliter legitur id  
 verbum Met. 13, 17: *Aiaci non est tenuisse superbum,*

*Sit licet hoc ingens, quicquid speravit Ulixes;*

Amor. 2, 9, 44: *Sperando certe gaudia magna feram;*

Her. 18, 178: *Et res non semper, spes mihi semper adest.*

Cæterum quantum illa loca ab hoc ea re differant, quod oppositio  
 spea istum significatum poscit, patet. At hic nihil est eiusmodi:  
 verba, uti leguntur, multo magis innuunt *stulte* sperasse Ovidium,  
 quam *frustra*, cfr. Pont. 3, 7, 31. Nos quod exhibemus: *toties*  
*sperare* frustrationem non potest non indicare. Copulae loco po-

- Illam speravi nomen habere tuum?  
 Di faciant, ut saepe tua sit epistola dextra  
 10 Scripta, sed e multis reddita nulla mihi!  
 Quod precor esse liquet. Credam prius ora Medusae  
 Gorgonis anguineis cincta fuisse comis:  
 Esse canes utero sub virginis: esse Chimaeram,  
 A truce quae flammis separet angue leam:  
 15 Quadrupedesque hominis cum pectore pectora iunctos  
 Tergemiumque virum, tergeminumque canem:  
 Sphingaque, et Harpyias, serpentipedesque Gigantas  
 Centimanumque Gygen, semibovemque virum.  
 Haec ego cuncta prius, quam te, carissime, credam  
 20 Mutatum curam deposuisse mei.  
 Innumeri montes inter me teque, viaeque,  
 Fluminaque, et campi, nec freta pauca iacent.  
 Mille potest caussis a te quae litera saepe  
 Missa sit, in nostras rara venire manus.

15. hominum. 24. nulla ven.

nitur pronomen *illam*, cfr. Wagner. ad Virg. ecl. 4, 6., quo fit, ut in id accentus gravius incidat; simul ita adiuvatur sensus, de *una quaque* epistola id speratum fuisse. — *quotiens alacri chartae* ed. Bonon. *dempsi s. v. chartae*. exc. Voss. alius, Goth. *alacri chartae sua* quod in Patavino extare dicit Burm., illud est, quod e Palatino notavimus: idem quoque coniecturam fecisse videtur, quam Heinsio tribuit. Vers. 10. *Scripta sit e. m. Palat. pr. ex Guelf. Berol. et quindecim Heinsii.* Vers. 11. *Quae pr. Berol. Q. liquet esse precor Goth. Vers. 12. anguicomis Palat. pr. et alius. anguigonis Pirckh. Serv. et duo. Vers. 13. uterum sub Put. Busl. et similiter Berol. Vers. 14. Aut te quae Palat. prim. separet Palat. prim. separet nostri scripti praeter Berol. et vett. edd.*

15. HOMINIS. *hominum* tantum interpolati Polit. prim. Vatic. prim. Medic. (prim) Guelf. Moret. Leid. pr. Plurimi: *Quadrupedesque homines*; unde quod e Goth. Francof. et alio Heinsio recepimus, proxime abest. *Quadrupedes hom.* — *vinctos* Goth. vett. edd. Vers. 17. *serpentigerosque* vett. edd. *Gigantas omnes* Goth. praeter Rottendorp.

18. GYGEN. *Gyan* Rottendorp. *Gian* Guelf. *Giam* Palat. sec. *Gygem* Reg. Gall. *Gigem* Goth. Rel. et vett. edd. quaedam *Gygam* Mor. Busl. et tres. *Gyen* Heinsius coniciebat et Bentley ad Hor. od. 2, 17; 14. probare videtur. *semivirumque* Goth. Vers. 20. *Mutatum et curas* Palat. prim. Vers. 23. *in our lit.* Palat. prim. *lit. missa.* Goth. Vers. 24. *Saepe*

**Nolle tamen causas scribendo vince frequenter: 25**  
**Excusem ne te semper, amice, mihi!**

## VIII.

Iam mea cygneas imitantur tempora plumas,  
 Inficit et nigras alba senecta comas:  
 Iam subeunt anni fragiles et inertior aetas,  
 Iamque parum firmo me mihi ferre grave est.  
 Nunc erat, ut posito deberem sine laborum  
 Vivere, me nullo sollicitante metu;  
 Quaeque meae semper placuerunt otia menti  
 Carpere, et in studiis molliter esse meis;  
 Et parvam celebrare domum veteresque penates,  
 Et quae nunc domino rura paterna carent; 10  
 Inque sinu dominae, carisque sodalibus, inque

## 11. nepotibus.

Goth. *Mittitur* Busl. *nulla venire* duo Heins. et Berol. *suaps*  
 om. Serv. *ausa ven.* Seguer. *pauca, tarda* singuli.

## VIII.

Priori annectitur in Francof. Jun. Leid. Firekh. Berol. Seguer. et aliis. Inscr. *Queritur se iam senem exulare* Ald.

1. IMITANTUR. *mutantur* Palat. pr. Bern. Vers. seq. *In-*  
*scitque nigras* Palat. pr. *cana senecta* Hafn. *curva sen.* cod.

Voss. Vers. 5. *sine malorum* Vatic. pr. et quatuor Heinsii, Rel.

6. ME NULLO. *cum nullo* Vatic. prim. Polit. prim. Francof.

Pat. Reg. Gall. Serv. Jun. Leid. pr. Berol. Crev. et quatuor.

Noli igitur Burmanno credere de omnibus fere scriptis, ac latere  
 aliquid; aut cum Withofio in schedis emendare: *nunc nulla.* *V-*  
*tere non ullo* Seguer. Vers. 9. *Et patriam.* Gottorp. *patriosque*

*penates* Palat. sec. Pat. Moret. pro v. scr. vett. edd. praeter  
 nonon. Vers. 10. *thura patern., tecta v. scr.* Goth.

11. SODALIBUS. *penatibus* Jun. *nepotibus* Reg. Bern. prim.

et Heinsii et vix unus, vel alter liber scriptus: editorum quidam  
 modo ab Ald. poster. Quare nec argumentis istoc elevare opus;  
 nullo adeo minus coniecturis, qualis Withofii: *carisque* *con-*  
*paribus.*

Securus patria consenuisse mea.  
 Haec mea sic quondam peragi speraverat aetas,  
 Hos ego sic annos ponere dignus eram.  
 15 Non ita dis visum: qui me terraque marique  
 Actum Sarmaticis exposuere locis.  
 In cava ducuntur quassae navalia puppes,  
 Ne temere in mediis destituantur aquis.  
 Ne cadat, et multas palmas inhonestet adeptus,  
 20 Languidus in pratis gramina carpit equus.

18. dissoluantur. 19. adeptas.

14. **HOS EGO SIC ANNOS.** *Hoc ego* Palat. prim. *Non ego* Leid. pr. Polit. sec. et quatuor Heins. *sic canos* Palat. sec. Pirckh. Moret. et quatuor Heinsii, credo, veteratores Itali. Heinsius coniebat: *condere dignus*, memor fortasse Stat. silv. 1, 2, 24: *negabat aut canos*, aut *annos satis Latine poni*; minus vere. De *causa* iudica ex Rem. am. 606. Virg. ecl. 1, 28.; de *annis* confer Pont. 1, 5, 36.: *Tempus et assueta ponere in arte iuvat*; ib. 48: *Quo ponam vigilans tempora longa modo*;

Rutil. 1, 161: *Sive datur patriis vitam componere terris*.

15. **VISUM.** *est* addunt Put. et Heinsii sex, nostri praeter Guelf. scripti et impressi omnes. Vers. 16. *Iactum* Palat. sec. Busl. Leid. pr. novem Heinsii, nostri Goth. et tres, impressi veteribus octo. *imposuere* Rel. *expos. iugis tres* Heinsii.

18. **DESTITUANTUR.** *dissoluantur* Guelf. Palat. sec. Reg. et vett. edd. nostrae: quot praeterea, ipse iudicabis: *destituantur* Palat. prim. Francof. Bern. Put. Gall. exc. Voss. Jun. Leid. pr. Pirckh. Berol. Rel. Seguer. Crev. tredecim Heinsii, prima eius et Reg. pro v. scr. Bersm. et quatuor Ciof. *Nec — destituantur* Mor. Busl. *Unice verum est quod reduximus, interpolatum bifariam, ab iis, qui sensum loci assecuti essent, quique minus. Tempore dissolvi* num recte dicatur, dicere non habeo. Illud autem dicendi genus celebratissimum est ab Ovidio, quo duo enunciationes per simplicem negativam copulam poni poterant, per se servantur. Vid. supra lib. 2, 547. Her. 16, 361. Fast. 1, 4, 839.

19. **MULTAS — ADEPTUS.** *multis palmas* Gottorp. *palmas multas* Reg. Berol. Crev. alius et prim. ed. Heinsii. *ademptas* Guelf. Vatic. prim. *ademptos* Polit. prim. et Rottend. *ademptas* Polit. sec. *ademptas* Serv. Jun. Leid. pr. Pirckh. Seguer. *ademptas* Berol. a pr. m. Reliqui scripti cum vett. edd.: *adeptas*, nisi quod Palatinus primus cum alio Heinsii: *adeptus*. — *multis — adeptis* coniebat Heinsius, *nutans palmas* Burm. Sec. ad Prop. 2, 144. et ad Lotich. p. 345., *titulis palmas inh. ademptis* Withof. ad or. fun. B. Bor. p. 69., alii alia: nihil ullas tam elegans, sed dum tam certum, atque Palatini est scriptura, a qua antiquior

Miles ut emeritis non est satis utilis annis,  
 Ponit ad antiquos quae tulit arma Lares.  
 Sic igitur tarda vires minuente senecta  
 Me quoque donari iam rude tempus erat.  
 Tempus erat nec me peregrinum ducere coelum, 25  
 Nec siccam Getico fonte levare sitim:  
 Sed modo, quos habui, vacuum secedere in hortos;  
 Nunc hominum visu rursus et Vrbe frui.  
 Sic animo quondam non divinante futura  
 Optabam placide vivere posse senex. 30  
 Fata repugnarunt, quae cum mihi tempora prima  
 Mollia praebuerint, posteriora gravant.  
 Tanque decem lustris omni sine labe peractis  
 Parte premor vitae deteriore meae.  
 Nec procul a metis, quas paene tenere videbar, 35  
 Curriculo gravis est facta ruina meo.  
 Ergo illum demens in me saevire coëgi,

Itali vix discedunt. De casibus substantivorum bis intelligendis  
 protrita omnia; confer infra v. 52:

*Aequantem superos emeruisse virum;*

supra 3, 3, 57; — *extenua forti mala corde ferendo;*

Stat. silv. 1, 1, 90:

*Tantum dicat equos, quantum distare regentes;*

Lachm. ad Prop. p. 85. Serv. ad Aen. 5, 327. Vers. 20. in  
 scriptis Palat. sec. Bersm. et prim. ed. Heinsii. *pascit equus Busl.*  
 et Seguer.

21. UT EMERITIS. ubi em. Francof. Guelf. et longe ma-  
 xima pars Heinsianorum, nullus tamen alius paulo nobilior. *ut*  
*emeritus* Palat. prim. Gall. Busl. Leid. pr. Moret. v. scr. *utilis*  
 Bernis omnes scripti et impressi praeter Francof. Guelf. a pr. m.  
 Palat. sec. Gall. Mor. Serv. Berol. octo alios, prim. ed. Heins.  
 bostram Bonon.; quos sequimur. Vers. 22. *arma deos* Pat. pro  
 v. scr. et duo Heinsii. Plurimos appellat Burmannus. Vers. 23.  
*vires tarda* Goth. *vires adimente senecta* vett. edd. praeter Bonon.  
 Vers. 25. *Nec me tempus erat* Seguer. Vers. 26. *gelido fonte*  
 tres Heinsii et Reg. pro v. scr.

27. VACUUM. Libri, quotquot sunt: *vacuos*. Correxerit Hein-  
 sianus. Vers. seq. *rursus in urbe* Jun. Pirckh. Reg. prim. ed.  
 Heinsii. Vers. 30. *posse senem* Francof. Vers. 32. *gravent*  
 Guelf. Vers. 34. *Parce precor vitae posteriore* Goth. Vers. 36.  
*Curriculo facta est pene ruina* Guelferb. Leid. pr.

37. ERGO ILLUM DEMENS. *Illum cur demens* Palat. pr.  
*Illum ergo* tres Heinsii, noster Crev. *Ergo in me demens illum*



- Mitius immensus quo nihil orbis habet?  
 Ipsaque delictis victa est clementia nostris:  
 40 Nec tamen errori vita negata meo?  
 Vita procul patria peragenda sub axe boreo,  
 Qua maris Euxini terra sinistra iacet.  
 Haec mihi si Delphi Dodonaque diceret ipsa,  
 Esse videretur vanus uterque locus.  
 45 Nil adeo validum est, adamas licet alliget illud,  
 Vt maneat rapido firmitus igne Iovis.  
 50 Nil ita sublime est, supraque pericula tendit,  
 Non sit ut inferius suppositumque deo.  
 Nam quamquam vitio pars est contracta malorum,  
 Plus tamen exitii numinis ira dedit.  
 At vos admoniti nostris quoque casibus este,  
 55 Aequantem superos emeruisse virum.

## 44. viderentur.

*saev.* Put. Vers. 40. *Non tamen* Goth. *est* fortasse omnes praeter Francof. addebant.

41. PROCUL — BOREO. *procul getico patria peragenda sub axe est* Gall. *procul patria gelido p. s. a. est* Moret. et, omisso *est*, Goth. Bern. *patria boreo peragenda sub axe* Busl. *patria boreas p. s. a.* duo Heinsii, noster Reland. *patria heres p. s. a.* unus Heinsii. *sub axe bootes* exc. Voss. Comb. Bonon. *axe bootes* unus. *axe bereo* Vatic. pr. *axe boree*, in marg.: *boete* Berol. *axe borusso est* Bersm. *est* decem fere, excepto Francof. non hani, cum vett. edd. addebant. Vers. 42. *sinistra patet* Pat. Pirckh. tres alii et ed. Bonon.

43. HAEC MIHI ETC. *Hoc* Vatic. prim. Guelf. Francof. Serv. Busl. Bersm. et quinque. Sed spectant haec etiam ad r. 37. *Delphis* Vatic. prim. Guelf. (*Delfis*), et duo Heinsii. Reliqua praeter Polit. utrumque, quos sequimur, *Delphos*.

44. VIDERETUR. *viderentur* Gottorp. Vers. 47. *pericula* Guelf. floril. Berol. Vers. 49. *pars est exhausta* Palat. sec. Bersm. Vers. 51. *ammoniti* Palat. pr. Goth., ut semper Vers. 52. *Aequandum* Barber. Rel. *superis* Rel.

## IX.

**S**i licet et pateris, nomen facinusque tacebo,  
 Et tua Lethaeis acta dabuntur aquis;  
 Nostraque vincetur lacrimis clementia seris;  
 Fac modo te pateat poenituisse tui:  
 Fac modo te damnes, cupiasque eradere vitae 5  
 Tempora, si possis, Tisiphonea tuae.  
 Sin minus, et flagrant odio tua pectora nostro,  
 Induet infelix arma coacta dolor.  
 Sin licet extremum, sicut sum, missus in orbem;  
 Nostra suas istuc porriget ira manus. 10  
 Omnia, si nescis, Caesar mihi iura reliquit,  
 Et sola est patria poena carere mea.  
 Et patriam, modo sit sospes, speramus ab illo:  
 Saepe Iovis telo quercus adusta viret.

## IX.

Inscr. *Contra inimicum Francof. Contra invidum Berol.*  
*Wi prece vincatur detractor Naso minatur Pirckh. Berol. Admo-*  
*net quendam, ne pergat laedere Ald.*

3. **NOSTRAQUE VINCETUR.** *Et tua vinc. Francof. Busl. Ve-*  
*traque vincetur lacrimis dementia Palat. sec. Nostraque mutatur*  
*ter. Crev. Hanc viam mutandi, quae non intelligas, post istos li-*  
*trarios multi tenuerunt, quorum postremus coniecit: vincetur lacri-*  
*nis mens exorta seris. Negant hi vincere clementiam aliter dici*  
*posse, atque supra 8, 39. et Pont. 2, 2, 121., quia scilicet Ovidius*  
*non dixerit; negant clementiam nostram explicandam ex errore meo*  
*40.: dolore tuo 3, 28.: vincere e lib. 2, 576. Met. 9, 401.*

5. **ERADERE.** *evadere Goth. in text. Seguer. excidere ed.*  
*bonon. Notae Heins. addas licet Sen. ep. 11: si omnia eraderet*  
*ilia. Vers. 6. thesiphonea Goth. tua Palat. prim.*

7. **SIN MINUS.** *Si minus Goth. Put. et peiores Heins. septem,*  
*ostri quatuor cum vett. edd. praeter Ald. minus efflagrant Pa-*  
*lat. sec. Guelf. Serv. minus et efflagr. Berol. Vers. 8. Innovet*  
*f. Barber. Vers. 9. sicut sub miss. Busl. Scythici submissus*  
*aus Heins.*

10. **ISTUC.** *istic Palat. prim. Guelf. Francof. Put. Gall.*  
*pret. Serv. Pirckh. Berol. Rel. Crev. Heinsii decem et prim. ed.*  
*uare verum puto, quod Jun. et ed. Bonon. habent: istinc. illis*  
*oth. Bern. Busl. et quinque. isto Leid. pr. et vett. edd. octo.*  
*o uaus. Vers. 11. reliquist Put. Rel. Vers. 13. modo sospes*

- 15 Denique vindictae si sit mihi nulla facultas,  
 Pierides vires et sua tela dabunt.  
 Quod Scythicis habitem longe summotus in oris,  
 Siccaque sint oculis proxima signa meis:  
 Nostra per immensas ibunt praeconia gentes,  
 20 Quodque querar notum qua patet orbis, erit.  
 Ibit ad occasum, quidquid dicemus, ab ortu,  
 Testis et Hesperiae vocis eous erit.  
 Trans ego tellurem, trans altas audiar undas,  
 Et gemitus vox est magna futura mei.  
 25 Nec tua te sontem tantummodo secula norint:

17. Ut. 23. latas.

erit Vatic. prim. Vers. 14. *viget, nitet* singuli Heins. Vers. 15. *nulla potestas* Jun. Vers. 16. *sua iura dabunt* exc. Voss.

17. *quod scythicis*. Sic Palat. prim. Guelf. Put. Busl. Leid. pr. Goth. v. scr. novem Heinsii, prim. ed. et Ald. sec. *Cum Scyth.* Goth. Francof. Reg. Jun. Mor. Berol. Seguer. Bersm. octo Heinsii et ed. Bonon. *Quamvis cum Sc. h. summ.* Bern. Vides scripturam Heinsianam: *Ut Sc. a Gallico et paucissimis cum vett. edd. octo exhiberi, neque numero; neque auctoritate, neque sensu nostram aequiparare scripturam, cuius reliquae sunt interpretamenta certissima.* Heinsius idem iisdem paene verbis loquentem facit poetam hic et supra v. 9, 10., quod illic adeo Burmannum male habuisse videtur. Nos si audias, res ac sententia eadem variabitur alio colore, ceterum locutione probe Ovidiana, Art. am. 1, 261., nisi quod in ea coniunctivum vel contra libros improbant critici. Quorum ille pertineat, docet Sabinus ep. 1, 37:

*Non quod Colchiacas Circe tentaverit herbas etc.*

Recte igitur Jahnius Her. 17, 251:

*Quod bene te iactes et fortia facta loquaris;*

recte item libri Pont. 4, 10, 25:

*Scylla feris trunco quod latret ab inguine monstis;*

et Her. 18, 41. in simili, atque hic discrimine optimus Puteaneus

*Tam gelidus quod sis etc.*

*sumotus* Goth. Vers. 18. *sunt* Palat. pr. et quatuordecim. Vers.

20. *queror* Palat. prim. *Quod querar hoc* Leid. pr. *Quod querar* bio Rel. Vers. 21. *siquid* Guelf. *dicetur* vett. edd.

23. *ALTAS. latas* Rel. et duo vel tres Heinsii: immerito certe probati. In locutionibus hunc in modum compositis epitheta conveniunt tralaticia, non singularia, quae emphasin habeant, velut *latae undae* Am. 3, 6, 85. *Esto aequora lata* saepe non differe ab *altis*, nihil efficitur, nisi ut utrumque hoc loco dici possit, si libet non dissuadeant.

25. *NEC TUA. Neu tua* vett. edd. nostri consensu et fortasse Palat. sec. Habet, quo se non leviter commendat. Certe

Perpetuae crimen posteritatis eris.  
 Iam feror in pugnas, et nondum cornua sumpsi;  
 Nec mihi sumendi caussa sit ulla velim.  
 Circus adhuc cessat; spargit tamen acer arenam  
 Taurus, et infesto iam pede pulsat humum. 50  
 Hoc quoque, quam volui, plus est. Cane, Musa,  
 receptus,  
 Dum licet huic nomen dissimulare suum.

## X.

Ille ego qui fuerim, tenerorum lusor amorum,  
 Quem legis, ut noris, accipe, posteritas.  
 Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis,  
 Millia qui novies distat ab Vrbe decem.  
 Editus hinc ego sum; nec non ut tempora noris, 5

5. hic.

Heinsius *Ne tua malebat. Non tua Goth. norunt* Palat. prim.  
 Put. et quatuor. *noscent* Goth. Palat. sec. Vers. 27. *pugnas et*  
*non mihi corn.* Palat. sec. *pugnas nondum mihi* Gall. Polit. pr.  
 Medic. (pr. ?), Barber. Rel. *pugnas necdum mihi* Vatic. pr. et duo,  
 vel sec. not. impr. tres. *pugnas sed nondum* Bern. Seguer. Vers.  
 28. *sit illa* Busl. Bern. ed. Bonon.

29. TAMEN ACER. *iam torvus* Vatic. prim. Palat. sec. Guelf.  
 duo Heinsii et Moret. pro *x. scr.* Vers. 30. *offenso iam unus*  
 Heinsii.

31. RECEPTUS. *recessus* Palat. prim. Goth. et libri reliqui  
 praeter Vatic. pr. Palat. sec. Guelf. a pr. m. Put. Serv. Seguer.  
 et tres Heinsii, vett. edd. nostras excepta Bonon. *regressus exc.*  
 Vossiana.

## X.

Inscr. *Narrat vitam suam* Berol. *Quis fuerit vitamque*  
*suum fratrisque notavit* Berol. Pirckh. Priori annectunt Seguer.  
 Crevenn.

1. QUI FUERIM. *quis* Guelf. *fueram* omnes libri praeter  
 Vatic. pr. Francof. et duos Heinsii, nostros Guelf. et Berol.; quos  
 sequimur. Vers. 2. *ut noscas* Seguer. Crev. Goth. v. scr. ed.  
 Bonon.

5. HINC EGO. *hic ego* Vatic. prim. Palat. sec. Guelf. Gall.

- Cum cecidit fato consul uterque pari:  
 Si quid id est, usque a proavis vetus Ordinis heres,  
 Non modo Fortunae munere factus eques.  
 Nec stirps prima fui; genito sum fratre creatus,  
 10 Qui tribus ante quater mensibus ortus erat.  
 Lucifer amborum natalibus affuit idem:  
 Vna celebrata est per duo liba dies.  
 Haec est armiferae festis de quinque Minervae,  
 Quae fieri pugna prima cruenta solet.  
 15 Protinus excolimur tenent, curaque parentis  
 Imus ad insignes Urbis ab arte viros.  
 Frater ad eloquium viridi tendebat ab aev  
 Fortia verbosi natus ad arma fori.  
 At mihi iam puero coelestia sacra placebant,  
 20 Inque suum furtim Musa trahebat opus.  
 Saepe pater dixit: studium quid inutile tentas?

9. iam fr.

Moret. Serv. Berol. et novem. *non si tempora quaeris Richel. tempora noscas* Goth. Polit. sec. Gall. Leid. pr. Crev. et sex.

7. Siquid — HERES. *Si quid id a proavis usque est vetus o. h. Palat. prim. Goth. Serv. Gottorp. Si quid et a proavis usque est v. Reg. Put. Guelf. et vett. edd. nostrae. Si quis et a proavis usque est v. Vatic. prim. Gall. Jun. Rel. Berol. Si quis et ex proavis usque est v. Leid. pr. Si quis et a proavis natus est v. Busl. ed. princ. Si quid id a proavis superest v. Bern. Crev. Si tamen a proavis usque est v. Pirckh. Si quis et auctor avis usque est unus. Si quid et est usque a pr. duo Heinsii.*

8. NON MODO FORT. *Nulla fortunae prim. ed. Heins. Non ego fort. Seguer. Non sum fort. Rel. et tres. Non modo militiae turbine duo Heinsii.*

9. SUM FRATRE. *iam fratre Medon. sine fratre Leid. prim. duo Heinsii et Crev. Glossa in Leidensi libro eum fratrem Lucium nuncupabat. Vers. 10. quater ante tribus Bern. Gall. et duo Vers. 11. ambobus natalibus Medic. prim. isdem Busl. Vers. 12. celebratur Busl.*

13. ARMIFERAE. *armigerae Palat. prim. Goth. Put. Busl. Bersm. quatuor et vett. edd. de festis Jun. Crev. et quinque.*

14. QUAE. *Quam Palat. prim. Qua Moret. exc. Vom. Guelferb. a sec. m. Francof. pro v. scr. fieri a pugna Pat. Pirckh.*

19. COELEST. SACRA. *coelestia signa Gall. et prim. ed. Heins. Permessia sacra Heinsius, Phoebeia sacra Marklandus et Stat. silv. p. 222. tentabant.*

21. TENTAS. *carpis Francof. Bern. Crev. et tres. quaeris*

Maeonides nullas ipse reliquit opes.

Motus eram dictis, totoque Helicone relicto

Scribere conabar verba soluta modis:

Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos, 25

Et quod tentabam dicere versus erat.

Interea tacito passu labentibus annis

Liberior fratri sumpta mihique toga est:

Induiturque humeris cum lato purpura clavo,

Et studium nobis quod fuit ante, manet. 30

Atque decem vitae frater geminaverat annos,

Cum perit, et coepi parte carere mei.

Coepimus et tenerae primos aetatis honores,

Deque viris quondam pars tribus una fui.

Auria restabat; clavi mensura coacta est: 35

Maius erat nostris viribus illud onus.

Nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori,

Sollicitaeque fugax ambitionis eram;

Et petere Aoniae suadebant tuta sorores

26. numeros carmen. 29. humeros. 33. Coepimus.

34. Eque.

Seguer. Vers. 22. *nullas inde reliquit* unus Heinsii. *relinquit*

Goth. Vers. 24. *Scr. tentabam* Polit. uterque, Palat. sec. Guelf.

Ed. pr. et quatuor.

25. CARMEN NUMEROS. *numeros carmen* duo scripti Heinsii.

26. TENTABAM DICERE. *conabar dicere* Gall. Jun. Bern.

*tabam scribere* omnes libri praeter Vatic. prim. Polit. utrumque,

seg. quatuor Heinsii et primam eius editionem, Francof. v. scr.

ut sequendos utique putavi propter huius discriminis levitatem,

terius imbecillitatem.

29. HUMERIS. *humeros* Vatic. prim. Palat. sec. Guelf. Jun.

Ed. Seguer. et vett. edd. praeter Bonon. Palatinum et reliquos

omnes, lepidum sententiae acumen non spernimus. Verss. 31,

et disticho sequenti postponunt Goth. Francof. Gall. Busl. Ser-

er. et tres.

34. DEQUE. *Hecque* Palat. sec. *Eque* Guelf. Reg. Put. Gall.

Ed. Leid. pr. decem Heinsii et prim. ed. *Inque* Francof. Jun.

Ed. alius. *Atque* duo. *una fuit* Palat. sec. *unus eram* Barber.

Ed. vs. 35. *coarcta* quatuor Heinsii. Gloss. Pirckh.: *coartata*.

36. ONUS. *opus* Palat. sec. exc. Voss. Jun. Pirckh. Reg.

Ed. Bern. Rel. Berol. Crev. undecim et prim. ed. Heinsii. Vers.

et *mens erat apta* Put. Pirckh. quinque Heinsii et ed. Bonon.

Ed. vs. 39. *Ausoniae* Serv. Busl..

- 40 Otia iudicio semper amata meo.  
 Temporis illius colui fovique poëtas,  
 Quotque aderant vates, rebar adesse deos.  
 Saepe suas volucres legit mihi grandior aëvo,  
 Quaeque nocet serpens, quae iuvat herba, Mace
- 45 Saepe suos solitus recitare Propertius ignes,  
 Iure sodalitio qui mihi iunctus erat.  
 Ponticus heroo, Bassus quoque clarus iambis  
 Dulcia convictus membra fuere mei.  
 Et tenuit nostras numerosus Horatius aures,  
 50 Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.  
 Virgilium vidi tantum; nec amara Tibullo  
 Tempus amicitiae fata dedere meae.  
 Successor fuit hic tibi, Galle; Propertius illi;

44. necet — iuuet. 47. iambo.

44. QUAEQUE NOCET — IUUAT. *Quique* Guelf. *noctem* *serp.* Palat. sec. et quinque. *necet* Guelf. Politiani uterque et pro v. scr. Francof. cum Pirckh. *Quisve necet* et pro v. scr.: *Qui noceat* Moret. *iuuet* Goth. Reg. Put. Gall. Mor. Serv. Vatic. prim. Guelf. Francof. novem Heinsii et edd. Ald. prim. et Bonon. In utroque verbo vides, quid Palatinus et tot alii libri suadeant: *nocere* et *iuuare* vix recte recipiuntur; indicativum, de quo vid. Loers. ad Her. 10, 86., referes ad interpretationem operis Nicæi drei, cuius quintum librum laudat Charisius p. 61. Putsch. Vers. 45. *solitus narrare Prop.* Goth.

46. SODALITIO. Sic Goth. et duo Heinsii cum Aldina secunda. Reliqui et Goth. pro v. scr.: *sodalitii.* quo mihi Vatic. prim. Palat. sec. Polit. sec. Guelf. Serv. duo alii, Reg. pro v. scr.

47. BASSUS — IAMBIS. *Bacchus* Palat. prim. *Batus* Guelf. *Battus* Goth. atque similiter plurimi: nullus liber vel tantillum scripturae: *Bassus* patrocinatur, quam Propertii editorum auctoritate servamus. Ignorabat illud Osannus V. D. cum ad L. Caecilium Minutianum Apuleium p. 66. scripturae *Battus* causam ageret et Weichertus V. D. de Vario poeta p. 139. *iambo* quinque fess. Heinsii, Goth. in ras. a pr. m. et Guelf. a sec. m. De *heroo* vid. Quintil. Inst. 9, 4, 88. Numeros etiam Ovidius variare solet.

49. ET TENUIT. *Delinuit* Serv. et quatuor Heinsii, prim. eius et vet. edd. nostrae. Vers. 50. *Dum colit* Bern. ca. Francof. pro v. scr. *Aonia* Pirckh. tres alii et ed. Bonon.

51. AMARA. Ita Palat. prim. Goth. Reg. Gall. Mor. Bas. Pirckh. Leid. pr. Berol. quinque alii, Francof. pro v. scr. et a Bonon. Reliqui: *avara.* Vers. 53. *Successorque fuit tibi* Goth. Vers. 54. *Quartus sub serie* Palat. prim. *ab hac serie* ca.

- Quartus ab his serie temporis ipse fui.  
 Utque ego maiores, sic me coluere minores, 55  
 Notaque non tarde facta Thalia mea est.  
 Carmina cum primum populo iuvenilia legi,  
 Barba resecta mihi bisve semelve fuit.  
 Moverat ingenium totam cantata per Urbem  
 Nomine non vero dicta Corinna mihi. 60  
 Multa quidem scripsi; sed quae vitiosa putavi,  
 Emendaturis ignibus ipse dedi.  
 Tunc quoque, cum fugerem, quaedam placitura  
 cremavi,  
 Iratus studio carminibusque meis.  
 Molle, Cupidineis nec inexpugnabile telis 65  
 Cor mihi, quodque levis caussa moveret, erat.  
 Cum tamen hic essem, minimoque accenderer igni,  
 Nomine sub nostro fabula nulla fuit.  
 Paene mihi puero nec digna, nec utilis uxor  
 Est data, quae tempus per breve nupta fuit. 70  
 Illi successit, quamvis sine crimine coniux,  
 Non tamen in nostro firma futura toro.  
 Ultima, quae mecum seros permansit in annos,  
 Sustinuit coniux exsulis esse viri.  
 Filia me mea bis prima fecunda iuventa, 75  
 Sed non ex uno coniuge fecit avum.

63. Tum. 67. hoc. 70. perbreve.

Voss. Vers. 57. *iuvenalia* Vatic. prim. Polit. prim. *iu. scripsi*  
 Put. Pirckh. ed. Bonon. *iu. feci* Goth. Vers. 59. *Noverat*  
 Guelf. a pr. m. *ing. totum* Goth. *totum c. per orbem* Guelf. a  
 sec. m. Busl. et tres. Vers. 60. *non verso* Seguer. Vers. 61.  
 vii. fuerunt unus Heins. *quae nocitura put.* Barber.

63. TUNC e Guelf. Put. Bern. sex aliis enotatum inveni,  
 longe plures habuisse id certus sum. Vers. 65. *Cupidineis atque*  
*impugnabile* Busl.

67. HIC ESSEM — IGNE. *hic* Palatt. Goth. Reg. Jun. Leid.  
 prim. Crev. decem cum prim. et vett. praeter Bonon. editt. *hoc*  
 reliqui. *esset* Put. Busl. *nimioque* Goth. *igni* Rottendorp.

70. QVAE — BREVE. *per tempus quae breve* Mor. Jun. et  
 duo. *post breve* Gall. Richel. Vers. seq. *quovis sine* Jun. Vers.  
 72. *Nec tamen tres.* Vers. 73. *mecum miseros perm.* Put.  
 Vers. 74. *esse mei* Goth. Vers. 77. *Plia complebat* Leid. prim.



Et iam completerat genitor sua fata, novemque  
 Addiderat lustris altera lustra novem.  
 Non aliter flevi, quam me fleturus adempto  
 80 Ille fuit. Matri proxima iusta tuli.  
 Felices ambo, tempestiveque sepulti,  
 Ante diem poenae quod periere meae!  
 Me quoque felicem, quod non viventibus illis  
 Sum miser, et de me quod doluere nihil!  
 85 Si tamen exstinctis aliquid, nisi nomina restant,  
 Et gracilis structos effugit umbra rogos;  
 Fama, parentales, si vos mea contigit, umbrae,  
 Et sunt in Stygio crimina nostra foro;  
 Scite, precor, caussam, nec vos mihi fallere fas est,  
 90 Errorem iussae, non scelus, esse fugae.  
 Manibus hoc satis est. Ad vos studiosa revertor  
 Pectora, quae vitae quaeritis acta meae.

79. ademptum. 81. sepultos. 85. restat. 91. id satis.  
 92. qui.

79. ADEMPTO. Ita Palat. prim. Goth. Guelf. a sec. m. Pol. lit. uterque, Reg. Put. Gall. Mor. Busl. Pirckh. Jun. Leid. pr. Bersm. Seguer. Bern. Rel. Berol. duodeviginti alii cum prim. et Bonon. edd. *adempto* Crev. Reliqui libri: *ademptum*.

80. IUSTA TULI. Huic Cuiacii coniecturae pro vulgato: *busta tuli* favet scriptura Gall.: *lusta*. Ac *matris proxima*, quod vulgatae convenire doctus Etonensis putabat, interpolati habent: Guelf. Palat. sec. Mor. et decem. Praeterea *Ille foret* Bern. Berol. et tres. *Ille fuit nostri proxima busta mali* Busl.

81. AMBO. *ambos* unus Vatic. *sepultos* ut sine libris scriberetur, editor Electorum Etonens. effecerat. Vers. seq. *qui periere* quinque et prim. ed. Vers. 83. *quia non* Moret. *qui non* Seguer. et quatuor. Vers. 84. *de me condoluere* Gall.

85. ALIQUID, NISI NOM. RESTANT. *aliud quam nomina* Gall. et quatuor. *restat* Guelf. Goth. Palat. sec. Bersm. Busl. Pirckh. Jun. Berol. et quatuor. Similem in modum pauciores libri Pont. 4. 2, 45. Met. 14, 396. Vers. 87. *parentalis* vitio typographico Elzeviriana, ad quam codd. plurimi collati, quos ita habuisse non puto.

88. CRIMINA. *carmina* Palatinus primus cum libris Ciosani, tredecim Heinsii scriptis, Goth. et alio nostro, ed. Bonon. Vers. seq. *Scire precor* prim. Vatic. Guelf. Palat. sec. Francof.

91. HOC SATIS. *id satis* Moret. et fortasse Bern. *revertor* Jun.

92. QUAEL. *qui* Moret. Leid. prim. et alius. Dubitat Jahnius

mihi canities pulsus melioribus annis  
 Venerat, antiquas miscueratque comas.  
 Postque meos ortus Pisaea vinctus oliva 95  
 Abstulerat decies praemia victor eques:  
 Cum maris Euxiui positos ad laeva Tomitas  
 Quaerere me laesi Principis ira iubet.  
 Causa meae cunctis nimium quoque nota ruinae  
 Indicio non est testificanda meo. 100  
 Quid referam comitumque nefas, famulosque nocentes?  
 Ipsa multa tuli non leviora fuga.  
 Indignata malis mens est succumbere, seque  
 Praestitit invictam viribus usa suis:  
 Oblitusque mei ductaeque per otia vitae 105  
 Insolita cepi temporis arma manu.  
 Totque tuli casus terra pelagoque, quot inter

96. equus. 105. Obl. togae. 107. terra casus.

in Annal. philol. paedag. t. 9. p. 52. num alterum Latinum sit. Nescio, sed credo, propter hunc locum.

96. **ABSTULERAT.** *Abstuleram* Palatt. Reg. Put. Gall. Serv. hb. Leid. pr. exc. Voss. Pirckh. Francof. Seguer. Goth. Guelf. Rel. Berol. tredecim et vett. edd. *victor equus* Bentleius obiter et per transennam corrigebat ad Horat. od. 4, 11, 17. Burmannus de id quatuor annis maturius assecutum proficitur; viginti igitur annis hic vir non incidit in locos Macrobiū 6, 9., vel Gellii 18, 5., quibus locis certe excusari potest librorum omnium scriptura.

97. **POSITOS AD LAEVA.** *positos procul orbe* Palat. prim. x 1, 2, 85. Vers. 99. *nimum manifesta ruinae* et seq. *non est notificanda* Bern.

102. **IPSA MULTA TULI.** Ita prim. Polit. *Ipsae multa* prim. Med. *Ipsae ego multa* Mor. *Ipsaeque multa* unus et prim. ed. Heinsii. *Ipsa morte tuli non leviora mala* Richel. Reliqui libri omnes: *Ipsaeque multa. Et quae multa* Muretus, *A quis multa* Heinsii conieciabant. Nos: *Ipsa quaeque tuli.* Post hunc versum esse quaedam suspicabatur Josephus Scaliger. Vers. 104. *viribus ipsu suis* Seguer. et tres.

105. **OBLITUSQUE MEI.** *Oblitusque togae* Richel., quod recipiendum duxit Burmannus, ut opponerentur *arma togae.* At *arma* non sunt intelligenda ex aere et corio fabricata, sed, ut puto, patientia, spes atque constantia. Ita *carminis arma* infra 5, 12, 2., *ars loci* Pont. 1, 5, 50. et ex Heinsii exemplis postremum. *itaque per otia ductus* Palat. prim. Francof. Gall. Leid. pr. Seuer. Bern. Rel. et tres.

107. **TULI CASUS TERRA.** Sic Palat. prim. Francof. Reg.

- Oocultum stellae conspicuumque polum.  
 Tacta mihi tandem longis erroribus acto  
 110 Iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis.  
 Hic ego finitimis quamvis circumsoner armis,  
 Tristia quo possum, carmine fata levo.  
 Quod quamvis nemo est, cuius referatur ad aure  
 Sic tamen absumo decipioque diem.  
 115 Ergo quod vivo, durisque laboribus obsto,  
 Nec me sollicitae taedia lucis habent,  
 Gratia, Musa, tibi: nam tu solatia praebes;  
 Tu curae requies, tu medicina venis;  
 Tu dux et comes es; tu nos abducis ab Istro,  
 120 In medioque mihi das Helicone locum;  
 Tu mihi, quod rarum est, vivo sublime dedisti  
 Nomen, ab exsequiis quod dare fama solet:  
 Nec qui detrectat praesentia, livor iniquo  
 Vllum de nostris dente momordit opus.

118. medicina mali. 119. tu comes. 121. abest est.

Gall. Seguer. Rel. et prim. ed. *tuli poenas terra* Put. Busl. Palat. sec. Pirckh. Jun. Leid. pr. alius et vett. edd. *tuli casus palago terraque* Goth. Moret. et quatuor. Qui restant: *tuli terra casus*. Vers. 109. *est post mihi inserunt* Goth. Gall. Seguer. prim. ed., post *tandem* Palat. prim.

111. CIRCUMSONER. Ita Palat. prim. Guelf. Put. Franco Bern., dimidia pars librorum et, praeter Goth., praestantior. *circumsoner* reliqui, quod paulo altero crebrius in his libris. Vers. seq. *qua possum* Francof. Crev. Vers. 113. *quamvis vero est* Palatinus prim.

118. MEDICINA VENIS. *mihî cara venis* exc. Voss. *medicina vetus* Gall. et codex eruditi Etonensis. *medicina malis* Sen et unus Hafniensis. *medicina mali* Busl. et Hamburg. pro v. sc.

119. ET COMES ES. *tu comes es* Put. et tres, sive *quatuor* *tuque comes* Jun. *tu requies* Busl. *Tu dux es comes tu* Guelf. *Tu comes es et dux* Palat. sec. *Tu comes et dux* prim. Vatic. prim. Polit. Mor. et tres. *tu nos deducis* Leid. prim. et duo. *tu me subducis* Pirckh. Bersm. et duo cum ed. Bonon.

121. RARUM EST. *est* omittunt duo libri Heinsii et fortasse Goth. a pr. m.

123. NEC QUI. *Nam qui* Jun. *Nec quia* Reg. Put. Sen Pirckh. Berol. et quatuor cum vett. edd. *detrectet* Busl. Pirckh. *detrectat* Heinsiani, uti videtur, praeter Palat. et Francof., non Goth. Guelf. Bern. *iniquus* Goth. et septem. Vers. seq. *Villan*

nam tulerint magnos cum secula nostra poëtas, 125  
 Non fuit ingenio fama maligna meo.

namque ego praeponam multos mihi, non minor illis  
 Dicor, et in toto plurimus orbe legor.

si quid habent igitur vatum praesagia veri,  
 Protinus ut moriar, non ero, terra, tuus. 130

sive favore tuli, sive hanc ego carmine famam  
 Iure; tibi grates, candide lector, ago.

132. Iure tibi.

nostr. Guelf. Vers. 125. *Non tul.* Palat. prim. Vers. 127.  
 cum praepon. — minor istis Goth.

132. IURE; TIBI. *Iure igitur* Goth. Jun. Seguer. Rel. Be-  
 ol. Distinctionem inter voculas posuimus e mandato Heinsii in  
 schedis relicto; de duplici ablativo minime molesto poteris adire  
 Gronovium ad Sen. Thyest. 1082.

## LIBER QUINTUS.

## I.

**H**unc quoque de Getico, nostri studiose, libellum  
Litore praemissis quatuor adde meis.

Hic quoque talis erit, qualis fortuna poëtae:  
Invenies toto carmine dulce nihil.

5 Flebilis ut noster status est, ita flebile carmen,  
Materiae scripto conveniente suae.  
Integer et laetus laeta et iuvenilia lusi;

## ANNOTATIO IN LIB. V.

## I.

Epistolam tricesimam secundam numerat Pirckh. Inscr. *Libellum Naso suis monet istum iungere libris* Pirckh. Berol. *Ad amicum, ut et hunc librum accipiat* Ald.

1. HUNC QUOQUE ETC. *Nunc* Guelferb. *Hunc ego* Pirckh. *nostro* Seguer. *nostrum* Goth. Gall. *nobis* Bern. *missum* serv. et pro v. scr. alius. Vers. seq. *Lit. emissis q. a. modo* Pirckh.

5. UT — EST. *ut nostri* Jun. *ut status est noster* Busl. *est sic fleb.* Goth. Vers. seq. *Scripto materiae* Gall. conv. *me* Crevenn.

7. INTEGER — LUSI. *Donec eram laetus* prim. Vatic. prim. Polit. sec. Palat. Bonon. et alius. *et laeta laetus* duo scripti et impressi ante Ald. *laete iuvenilia* Serv. Busl. *laetus iuvenilia carmina lusi* Palat. prim. *iuvenalia* Guelf. *iuven. scripsi* Goth. Bern. Seguer. cod. Bersm. sex Heins. Moret. pro v. scr.

Illa tamen nunc me composuisse piget.  
 Et cecidi, subiti perago praeconia casus,  
 Sumque argumenti conditor ipse mei. 10  
 Utque iacens ripa deflere Caystrius ales  
 Dicitur ore suam deficiente necem:  
 Sic ego Sarmaticas longe proiectus in oras  
 Efficio, tacitum ne mihi funus eat.  
 Delicias si quis lascivaque carmina quaerit, 15  
 Praemoneo nunquam scripta quod ista legat.

## 9. perago subiti.

8. ILLA — PIGET. *Ista Berol. non me Busl. Crev. comp, videt exc. Voss.*

9. SUBITI PERAGO. *Ita verissime Palat. prim. Guelf., denique omnes libri praeter octo scriptos Heinsii et impressos vett. illius et nostros. praec. lusus Busl.*

11. UTQUE IACENS ETC. *Cumque Reg. pro v. scr. ripa signus deflere Caistri Moret. deflere Caicius ales Sèguer. cahistr. Goth. Vers. seq. ore suo Leid. prim. decipiente Bern.*

13. PROIECTUS IN ORAS. *profectus Serv. proiectus Busl. prostratus Leid. prim. propulsus Bern. ad oras Serv.*

15. QUAERIT. *quaerat Pirckh.*

16. PRAEMONEO — LEGAT. *Prae monio Busl. Praem. nostra scripta quod Palat. sec. idem et ipse legat duo alii. nunquam nostra quod ista Vatic. prim. Richel. ille legat Leid. prim. Longum est referre, quot et quibus modis hic versus tum criticorum, tum grammaticorum ingenia exercuerit. Correctiones Gronovii et Heinsii minus auspicate effecerant, ut totus versus proscriberetur; quo facto Withofius Praemet. cruc. crit. p. 182. et Schraderus Smend. p. 192. illum subrogarunt, quem nos paulo inferius sede sua exturbabimus: de quo conatu quod moneamus, hoc est, praemoneo elegicorum ordinem et orationem circa pronomen huic inconcinnum introduci. Sed quae harum turbarum causa fuit, conatio quod, novo, uti visum est, significatu usurpata, illustratur a Perizonio ad Sanctii Minervam 3, 14, n. 29. ita, ut paucissimis Ciceronis e locis demonstratum eatur, esse eam pro: ut positam; hinc a Wernsdorfio excurs. 6. ad Calpurn. Poet. min. 2. p. 127, sq. licent et sine priorum exemplo, sed sequentibus posterioribus auctoribus ita scripsisse Ovidius dicitur, uti Perizonio placuerat. Postea Jahnius in Annal. paedag. tom. 9, p. 55. ita exprobat: praemoneo, hunc non lecturum esse, sed emendandum fore: sed videt, praemoneo absonum esse non videt. Denique potuisset aliquis de illa constructione doctiore certe cogitare, quam nos supra ad 4, 9, 17. et Huschkius ad Tibull. p. 151. illustravit, quod fiat, implicatior sane, emendatus tamen et purus sermo nascetur: quis — quaerit, eum moneo quamvis haec non legat, h. e. fa-*

**Aptior huic Gallus, blandique Propertius oris,  
Et plures, quorum nomina magna vigent.  
Atque utinam numero nos non essemus in isto!**

18. Aptior, ingenium come, Tibullus erit. 19. ne nos.

cile his quidem carere posse, habiturum tamen Gallum etc. his opinionibus tamen omnibus ita statuo, Ovidium nunquam credidisse se salvo pudore a quoquam ita explicatum iri; si credisset, non usurum fuisse hoc dicendi modo. Coniunctionem enim non posuit, sed pronomen neutrius generis, in hunc sensum: *namquam, quod praemoneo, scripta ista legat.* Hyperbaton, sive metathesis ista non infrequens apud illum est, severa tamen illi lege, ne per gratam illam negligentiam vera verborum structura quemquam fugere possit, scilicet, qui Latine sciat. Ita igitur Am. 3, 5, 13:

*Candidior, quod adhuc spumis stridentibus albet,*

*Et modo siccata, lacte, reliquit ovem.*

Pont. 2, 6, 19: *Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico*

*Auxilium nulla parte tulisse tuum.*

ib. 3, 1, 21: *Non avis obloquitur, silvis, nisi si qua, remotis*

*Aequoreas rauco gutture potat aquas;*

h. e. *silvis defcientibus*, cfr. Tr. 5, 14, 25., *nulla avis, nisi ultima.* Fast. 1, 134:

*Iam tamen hanc aliqua tu quoque parte vides;*

ib. 5, 551: *Ultor ad ipse suos coelo descendit honores;*

ib. 6, 143: — *Proca natus in illis*

*Praeda recens avium quinque diebus erat;*

h. e. *natus recens, vel natus quinque diebus.*

Met. 2, 524: — *quod in ante Phoronide fecit;*

*quod qui mutarunt legent Lachm. ad Prop. p. 110.*

17. **APTIOR HUIC.** *Aptior hic* prim. Vatic. prim. Polit. unde Heinsius: *his. At precor huic* Busl.

18. **ET — VIGENT.** Ita Palat. pr. Goth. et plurimi. *Alii quorum qui habuerint, non novi. nomina nostra* Put. *maiorum iuvant* Leid. pr. m. pr. Pro hoc versu alium habebant prim. Vatic. prim. Polit. Palat. sec. Guelf. et duo Heinsiani: *Aptior ingenium come Tibullus erit*, in cuius laudibus multus est Heinsius ingenium come doctè illustravit. Miror posteriores non quaesivisse recte postea dicatur Ovidius horum trium numero inesse, sintne tres numerus dicendi. Utrumque affirmassent exemplis Hor. 4, 101; Fast. 5, 108; Virg. Aen. 3, 233. coll. Serv. Versus igitur nequaquam absurdus est. In malam rem tamen amandatum volamus, scilicet de codicum fide iudicium nostrum secuti, morosus sat scio, quorundam sententia.

19. **NUMERO — ISTO.** *non nos* prim. Vatic. prim. Polit. Guelf. Reg. Serv. Busl. Bern. Berol. quatuor alii et prim. ed. *nos* Palat. sec., quod Heinsius edidit. *et isto* Busl. in illo Gall. et vett. edd. nostrae.

Hei mihi, cur unquam Musa iocata mea est? 20  
 Sed dedimus poenas, Scythique in finibus Istri  
 Ille pharetrati lusor Amoris abest.  
 Quod superest, socios ad publica carmina flexi,  
 Et memores iussi nominis esse mei.  
 Si tamen e vobis aliquis, tam multa, requiret, 25  
 Unde dolenda canam: multa dolenda tuli.  
 Non haec ingenio, non haec componimus arte,  
 Materia est propriis ingeniosa malis.  
 Et quota fortunae pars in carmine nostrae?

22. animos. 24. sui.

20. HEI MIHI — EST. Ei Guelf. Put. *Hou* Reg. Gall. Busl. Leid. pr. *iocata* fragm. tantum Vaticanum, Combrianus liber et Vossianus pro v. scr. servarunt. Reliqui omnes scripti et impressi: *locuta. est* delent Serv. Berol. Vers. seq. *Et dedimus* Bernensis.

22. ABEST. Ita Guelf. Bern. exc. Voss. Reg. Mor. Jun. Seguer. Crev. decem Heinsii, prima eius et nostra Bonon. editio. Vulgo: *adest*.

23, 24. QUOD — FLEXI, ET — MEI. *Quod superem* Seguer. *animos* ad prim. Polit. prim. Medic. Guelf. Rottend. Bersm. „ad marg.” *animum* ad prim. Vatic. *crimina fl.* Leid. prim. *esse sui* prim. Polit. prim. Medic. Guelf. in text. Putean. et vett. edd. nostrae. *esse tui* Gall. Withofius in Praemetiis p. 143. ita hunc locum concinnabat:

*Quod superest, elegos ad luctum a crimine flexi,*

*Et memores iussi nominis esse sui;*

palmaria coniectura! Ipsi olim legebamus: *animos* et *sui* et interpretabamur de Fastorum in exilio retractatione. Scripturam eam probat Ernestus ab Leutsch, egregius vitae Ovidianae nuper enarrator, in Encycl. Ersch. s. 3. t. 8. p. 47. Si mentem eius recte accepi, intelligit Metamorphoseon et Fastorum primam molitionem post absoluta Amatoria. Vereor, ut verba *quod superest*, praesenti tempore, id patiantur. Libros plurimos et integros qui nobiscum sequetur, interpretabitur ita: *In posterum* (cfr. infr. 5, 17.) *effeci, ut poetae mei casus memores publica scriberent.* Nam *socii* sunt *consortes studii* infr. 3, 47. *nominis mei* pro *mei* (cfr. Her. 2, 112. Markl. ad Stat. silv. 1, 1, 10. Wagner. ad Virg. Aen. 12, 515.) cum vi et efficacia dictum videtur.

25. E VOBIS. Ita Palat. prim. et fragm. Vatic. Reliqui: *ex vobis. requirit* Leid. pr. Rel. et tres; Berol. pro v. scr. *requirit* Goth.

29. NOSTRAE. *nostro* Palat. prim. et quinque. *quota pars nostrae fortunae in carmine nostro est* Moret.



- 30 Felix, qui patitur quae numerare potest!  
 Quot frutices silvae, quot flavas Tiberis arenas,  
 Mollia quot Martis gramina campus habet,  
 Tot mala pertulimus, quorum medicina quiesque,  
 Nulla, nisi in studio Pieridumque mora est.
- 35 Quis tibi, Naso, modus lacrimosi carminis? inquis:  
 Idem, fortunae qui modus huius erit.

30. valet.

30. POTEST. valet Comb. et Rel. *quas patitur qui nume-  
 rare Rel.*

32. MOLLIA. *Millia* Leid. pr. *campus gramina Marti  
 Gallicus.*

34. NULLA — EST. Verbum *est* plurimi libri cum Goth  
 in dimidiato versu collocant, quod fieri non posse posthac intelli-  
 ges. Prorsus illud omittunt Palat. prim. Gall. Jun. octo Heinsii  
 in Guelf. scriptum medio loco, sed ab eadem manu deletus  
 erat. Utroque loco aderat in Moret. In fine igitur cod. Bersm  
 et sex Heinsiani habebant, quos cur sequeremur, plus causae nobis  
 erat, quam Heinsio vel Burmanno, iudicibus fere illis, quos laudat  
 Wagner. Quaest. Virg. 15. init. Heinsius enim *moram Pieridum*  
 coniunxit, interpretatus commorationem, consuetudinem, de qua  
 significato minime liquet. Sed idem coniecit:

*in studio Pieridumque choro;*

quantum ad litteras et apices, non absurde, uti nec nos, opinor  
 olim in Fast. 5, 338:

*Saltat et imprudens vertitur arte chori,*

pro: *arte meri.* Verum nos illic operam lusimus, arguente Rutii  
 Namatiani versu 1, 362:

*Auri flagitiis ambitus ipse furit,*

et aliis eius generis, Heinsius vero hic humanum quid passus est  
 qui virgulam post *studio* poneret, neque videret *studium Pieridum*  
 dici, ut et Pont. 2, 5, 63. et copulam more Ovidiano paulum esse  
 transpositam pro eo, quod simpliciter efferretur: *quorum medicina  
 quiesque et mora nulla, nisi in Pieridum studio est; paulo ornatius:  
 quorum medicina quiesque, nullaque, nisi in Pieridum studio  
 mora est.* Supra 4, 1, 84:

*Caniliem galeae subiicioque meam;*

Her. 19, 214: *Per causas istic impediaturque duas;*

infr. 10, 40: *Forsitan obiiciunt exiliumque mihi.*

*mora malorum ut mora fati.* Stat. Theb. 9, 779., *fata morata*  
 ep. Sab. 1, 62. Cfr. Her. 18, 5. 19, 95. Met. 8, 71. An.  
 am. 1, 98.

35. QUIS — INQUIS. Qui fragm. Vatic. probante olim Heinsio.  
*inquit* Crev. et fortasse edd. sec XVII. quaedam. *carminis*.  
*quis* Gall.

Quod querar, illa mihi pleno de fonte ministrat,  
 Nec mea sunt, fati verba sed ista mei.  
 At mihi si cara patriam cum coninge reddas,  
 Sint vultus hilares, simque quod ante fui. 40  
 Lenior invicti si sit mihi Caesaris ira,  
 Carmina laetitiae iam tibi plena dabo;  
 Nec tamen ut lusit, rursus mea litera ludet:  
 Sit semel illa meo luxuriata malo.  
 Quod probet ipse, canam: poenae modo parte levata 45  
 Barbariem rigidos effugiamque Getas.  
 Interea nostri quid agant, nisi triste, libelli?  
 Tibia funeribus convenit ista meis.  
 At poteras, inquis, melius mala ferre silendo,  
 Et tacitus casus dissimulare tuos. 50  
 Exigis, ut nulli gemitus tormenta sequantur,  
 Acceptoque gravi vulnere flere vetas.

37. QUOD QUERAR. *quas queror* Leid. prim. *queror* Palat. prim. Moret. Busl. Pirckh. et Bersm. *plene* Palat. prim. *fonte sinistra* Vatic. prim.

38. VERBA SED ISTA. *verba sinistra* unus Heinsii.

39. SI — CONIUGE. *caram* Guelferb. Francof. Gall. Leid. prim. Berol. Crev. Vers. seq. *Sunt — sumque* Palat. prim. Seguer. *hilares vultus sim quod et ante* Goth.

41. INVICTI. *irati* Seguer. Bern. *et victi* vett. edd. nostrae. Hoc distichon displicebat Schradero.

43. NEC — RURSUS. Non Palatini, Goth. Busl. et vett. edd. nostri. *Nec prius ut lus.* Serv. *lusit quondam* Bern. et fortasse Berol. sub rasura.

44. SIT — MALO. *Et semel* Leid. prim. *Sit satis* Pirckh. *Sit tamen* Bersm. *illa ioco lux. meo* Goth. et plurimi. *meo — ioco* Put. Busl. Pirckh. Bern. et vett. edd. Haec probari posse non existimaverim. E scripturis Hamburg. et Francof. v. scr.: *ioco — suo*, Bersm.: *suo — ioco*, Serv. Leid. pr. et duorum: *meo — loco*, Goth. v. scr.: *loco — meo*, posses divinare: *suo — loco*, et conferre v. 7. et Fast. 2, 7. Tamen elegantia et auctoritas multo maior in scriptura recepta, quae est libri Hugeniiani, quamque validius commendasset Heinsius, nisi a Tan. Fabro epp. l. 67. coniectura occupata fuisset. *luxuriosa* Bern. Leid. prim. Vers. seq. *probat* prim. ed. Heins. et Bonon. *ipsa canam* prim. Vatic. Guelf. Busl. et duo. *illa* Leid. pr. *parte soluta* Jan.

46. BARBARIEM ex Gall. Mor. Serv. Crev. sex aliis et prim. ed. Reliqui: *Barbariam*. Vers. seq. *agent* Comb.

49. SILENDO. *ferendo* Put. *tacendo* Goth. Bern.

- Ipsè Perilleo Phalaris permisit in aere  
 Edere mugitus, et bovis ore queri.  
 55 Cum Priami lacrimis offensus non sit Achilles,  
 Tu fletus inhibes, durior hoste, meos?  
 Cum faceret Nioben orbam Latonia proles,  
 Non tamen hanc siccas iussit habere genas.  
 Est aliquid fatale malum per verba levare:  
 60 Hoc querulam Progneu Halcyonenque facit:  
 Hoc erat, in gelido quare Poeantius antro  
 Voce fatigaret Lemnia saxa sua.  
 Strangulat inclusus dolor, atque exaestuat intus,  
 Cogitur, et vires multiplicare suas.  
 65 Da veniam potius, vel totos tolle libellos,  
 Si mihi quod prodest, hoc tibi, lector, obest.

57. Latoia. 58. tamen et, 66. Hoc m. q. p. si tibi.

53. IPSE. Ille Goth. Gall. Polit. sec. Patavinus. in eo  
 Palat. sec. Vers. seq. Credere mug. Palat. prim. ore loqui Leid  
 prim. Vers. 55. non est offensus Busl. probante Schradero; al  
 aliter.

56. TU. Tum vett. edd. praeter Bonon. Tum Aldus, Vers  
 seq. Orbam cum faceret Nioben Jun. Cum Nioben faceret orb  
 Busl. Nullus liber Latoia, vel Latoia.

58. TAMEN HANC. Ita Palat. uterque, Gall. Leid. p  
 Pirckh. Rel. novem Heinsii, prim. et vett. nostrae edd. tamen ha  
 Moret. Jun. et alius. tamen haec Bersm. tamen et Goth. Guelf  
 uterq. Polit. Francof. et reliqui. Vers. seq. levare Patavinus  
 Vers. 60. querula prim. Medic. Palat. sec. Bonon. Alcionemq  
 Goth. Alcionamque Reg. Halcyonasque Serv. vett. edd. nostrae  
 Alcimedemque Busl. Vers. 62. laevia saxa ed. Bonon.

63. ATQUE — INTUS. Ita Guelferb. a pr. m. Polit. prim  
 cum aliis ignotis et edd. inde ab Ald. sec. atque aestuat int  
 prim. Vatic. et duo. atque cor aestuat intus prim. Palat. Goth  
 Put. Bern. exc. Voss. Reg. Gall. Mor. Busl. Pirckh. Leid. prim  
 Jun. Rel. Crev. floril. Berol. tredecim alii, Guelf. a sec. m. prim  
 Heins. et vett. nostrae editiones. Necessè est a tot et talibus dis  
 cessionem facere, quia qui aut aestuare transitive usurpaverit, au  
 intus accusativo iunxerit, bonus scriptor nullus compertus est, cu  
 exaestuare prorsus eodem, quo hic, modo legatur Met. 6, 623. Il  
 559. 867., et quia verbis intransitivis substantiva appingendi gl  
 satorum non ignoratur studium. Vers. 65. Heinsius in sched  
 interpunctum volebat post veniam.

66. SI MIHI Q. P. HOC TIBI. Ita scripti plerique et ed  
 veteres. Sit michi q. p. si tibi Guelf. Palat. sec. unus Bonon  
 Sic m. q. p. si tibi prim. Polit. prim. Vatic. prim. Medic. Ho

sed neque obesse potest, ulli nec scripta fuerunt

Nostra, nisi auctori perniciosa suo.

At mala sunt: fateor; quis te mala sumere cogit?

Aut quis deceptum ponere sumpta vetat?

70

Ipsae nec hoc mando, sed ut hic deducta legantur;

Non sunt illa suo barbariora loco.

Nec me Roma suis debet conferre poetis;

Inter Sauromatas ingeniosus eram.

Denique nulla mihi captatur gloria, quaeque

75

Ingenio stimulos subdere fama solet.

Nolumus assiduis animum tabescere curis,

Quae tamen irrumpunt, quoque vetantur, eunt.

71. nec emendo. 74. ero.

nihil q. p. si tibi Francof. Vers. seq. nec obesse Heinsiani ex  
riente, Berol. et vett. edd. Hae post ulli interpungebant; sed  
neutro modo, ullove alio garrulitas ab hoc et sequentibus versibus  
movebitur. Vers 69. Et mala Jun. Vers. 70. Aut quid unus  
faticanus.

71. HOC MANDO. Ita Palat. pr. et libri omnes, nisi qui inter-  
polati. Ipsa nec hoc mando prim. Polit. et duo. Ipsa nec emendo  
prim. Vatic. Guelf. et sex. Ipse nec emendo Palat. sec. Serv.  
Busl. et quatuor cum vett. edd. ante Ald. sec. Goth. v. scr. Ipse-  
que non mando unus. Ipseque non laudo alius. ut hic Reg.  
ut. Francof. Crev. et decem. ut hec Goth. ut hinc Jun. Gall.  
for. sed adhuc Seguer. Scripturae Burmanniana, quam ineptam  
iam Bersmannus dixit, praeter librorum fidem etiam hoc adversa-  
tur, quod si ut pro coniunctione accipias, offendit in apodosi nu-  
merus indicativus, advertente iam Schradero; sin pro adverbio, ut  
quidam, omnis oratio hiulca erit et incongrua. Poeta non illepide  
sicit se nec id mandare, (h. e. cupere, ut 1, 7, 12. Pont. 4, 12,  
13.) ut liber suus abiiciatur, sed hoc, ut cum excusatione perlega-  
tur; neque enim etc. hic deducta, sive ut hic deducta legere  
armina eodem non protrito modo dicitur, atque in lb. v. 4, 5:  
littera, quae possit sanguinolenta legi.

74. INTER SAUROMATAS — ERAM. Sarmaticos Jun. et  
vett. edd. praeter Bonon. ero Guelf. Goth. exc. Voss. Gall. Mor.  
bern. Berol. Rel. prima ed. Heins. et undecim alii libri; Francof.  
Jun. Reg. pro v. scr. Reliquorum maiorem auctoritatem et sen-  
sentiae praestantiam agnoscis. Vers. seq. captantur saecula Leid.  
r. venuste, Heinsius ait.

76. INGENIO. Ingenii prim. Vatic. Palat. sec. Serv. duo alii  
vett. edd. Ingeniis, Heinsii coniecturam, Guelf. stimulos ad-  
vers Goth. Pirckh. Reg.

Cur scribam; docui: cur mittam, quaeritis, isto?  
 80 Vobiscum cupio quolibet esse modo.

## II.

**E**cquid, ubi e Ponto nova venit epistola, palles,  
 Et tibi sollicita solvitur illa manu?  
 Pone metum, valeo: corpusque, quod ante laborum  
 Impatiens nobis invalidumque fuit,  
 5 Sufficit, atque ipso vexatum induruit usu;  
 An magis infirmo non vacat esse mihi?

I. ut.

79. ISTO. *istic* Goth. *istos* idem pro v. scr. et reliqui libri omnes, quod sunt, qui ad v. l. vel 47. referant cum glossatore Gothano. Tan. Faber epp. 1, 67. emendabat: *istoc*. Facillimam Ruhnkenii correctionem recepimus, quem vid. in dictatt. ad Her. 18, 205. p. 105.; poteramus etiam nostram, secundum Goth. codicem: *istuc*.

80. CUPIO. *cupiam* Jun. *quolibet abde esse modo* Goth. e Pont. 1, 1, 4.

## II.

Priori subiungit Crev. Inscr. *Ad uxorem* Francof. Berol. *Quae patitur Naso profugus mala narrat amicos* Berol. Pirckh. *Ad uxorem, ne timeat rogare Caesarem* Ald.

1. ECQUID UBI E P. Ita Palat. prim. Guelf. Francof. Reg. Mor. Serv. Rel. Crev. et quatuor cum prim. ed. *Haec ubi de P. Gall.* Pirckh. et quatuor. *H(?)ec ubi deposito* Goth. a pr. m., ut a sec. *a ponto* Goth. a s. m. Mor. Busl. *ubi appoito* Seguer. Reliqui: *Ecquid ut e P. tibi venit* duo, probante olim Heinsio.

2. ET TIBI. *Nec tibi* Berol. *Et nisi* unus Heins. et prim. ed. *solu. ista* Reg. pr. m. Francof. Gall. Busl. Rel. prim. ed. *illa metu* Putean. Vers. seq. *Poni mecum* prim. Palat. labori Bern. Leid. pr. et duo.

5. ATQUE IPSO VEXATUM. *atque animo* Politian. sec. e longo Gottorp. pro v. scr. *ipso vetatum* prim. Palat. *veteratum* ed. Bonon.

6. AN MAGIS. *At magis* Jun. Leid. pr. Pirckh. exc. Voss Gall. et tres. *Ab magis* unus Heins. *Et magis* Goth. Bern. Reg. v. scr. et quatuor Heinsii, quos inter fortassis Palatini. *Ab magis* Mor. Seguer. et tres. *Nam magis* unus. *infirmo nunc* ed.

Mens tamen aegra iacet, nec tempore robora sumpsit,  
 Affectusque animi qui fuit ante, manet:  
 Inaeque mora spatioque suo coitura putavi  
 Vulnera, non aliter, quam modo facta dolent. 10  
 Scilicet exiguis prodest annosa vetustas,  
 Grandibus accedunt tempore damna malis.  
 Paene decem totis aluit Poecantius annis  
 Pestiferum tumido vulnus ab angue datum.  
 Telephus aeterna consumptus tabe perisset, 15  
 Si non quae nocuit, dextra tulisset opem.  
 Et mea, si facinus nullum commisimus, opto  
 Vulnera qui fecit, facta levare velit;  
 Contentusque mei iam tandem parte doloris  
 Exiguum pleno de mare demat aquae. 20  
 Detrahat ut multum, multum restabit acerbi:

14. virus. 19. laboris.

si Polit. sec. Francof. non licet Goth. Totum versum Berol. ta concipiebat: *Quo magis infirmum nunc magis invalidum.* Vulgata supra interpolationis suspicionem elegans est: quae nimis in-docte explanatur a quibusdam, nimis docte ab Handio, Tursell. 3. p. 563. ita: *an non cum vitae meae conditione convenit, infirmiore esse, quam ipse nunc sum.* Comparativo locus nullus est. Hoc dicit poeta: *Aut valeo, aut potius me non valere nescio: valorum turba infirmitatem excludit.* Quid verbis opust? talia intelligit, qui persensit. *magis* eodem sensu non intellexit Heinsius ad Fast. 4, 354. Burmannus ad Pont. 3, 5, 29. Cfr. Am. 3, 2, 9. supra 1, 2, 89. et infr. 10, 12. Contrarium est minus Pont. 2, 92. Vers. seq. *sumpsit* Berol. Vers. 11. *Scilicet* Goth. *annosa senectus* Bern. Pirckh. Berol. a pr. m. Vers. 13. *totis* *ind* *peancius* Goth. a pr. m.

14. PESTIFERUM TUMIDO VULNUS. *Pestiferumque meo* Senec. *subita* Busl. *magno* Mor. v. scr. *virus* Palat. sec. Bersm. Pirckh. Rel. et vett. edd. nostrae. Ad vulgatam cfr. Virg. Aen. 2. Burmannianae scripturae exempla desiderabat Schraderus. Vers. seq. *aeternum* Put. a tetra Wakkerus Am. litt. p. 121. Vers. 17. *fecit velle levare velit* Goth.

19. IAM — DOLORIS. *iam dudum* Gall. *tandem iam* Sanpius volebat. Tu adi Hand. Turs. 3, p. 121. *parte laboris* eid. prim. et quatuor. Vide supr. 1, 63. 3, 6, 30; 8, 32. fr. 7, 39.

20. EXIGUUM — AQUAE. *Exiguam* exc. Voss. *aquam* Leid. t. *Exiguam — sumat aquam* tres Heinsii. *tollat* Serv. *tractat* nus. *carpat* Pirckh.

21. ACERBI. *acerbi* prim. Vatic. Guelf. Palat. sec. Serv.

Parsque meae poenae totius instar erit.  
 Litora quot conchas, quot amoena rosaria flores,  
 Quotve soporiferum grana papaver habet;  
 25 Silva feras quot alit, quot piscibus unda natatur,  
 Quot tenerum pennis aëra pulsat avis;  
 Tot premor adversis: quae si comprehendere coner,  
 Icariae numerum dicere coner aquae.  
 Utque viae casus, ut amara pericula ponti,  
 30 Ut taceam strictas in mea fata manus;  
 Barbara me tellus orbisque novissima magni  
 Sustinet, et saevo cinctus ab hoste locus.

Probat hoc Francius. Vers. seq. *tocius in rasura habebat Guelferb.*

23. QUOT — FLORES. *vel amoena* Leid. prim. *quot amoenos hostia flores* Guelf. Palat. sec. *quot amoenos postia flores* prim. Vatic. *quot enos p'tia flores* Polit. prim. *quot enos hostia flores* Rottendorp. Huic classi qui multum tribuerunt, coniectarunt, Heinsius: *Littora quot conchas, Paestana rosaria flores*; Jac. Gronovius: *quot humus Pergusia flores*; *vel: quot Hymettus in Athide flores.*

In Heinsiano inconcinne semel omissum: *quot Schraderus culpabat. Ego in vulgata nec Franciana medela opus esse puto: quot plena rosaria. Satis omnia placent; magnificum quodcunque nomen in tanta reliquorum simplicitate vel offenderet. Quantum ad ista discrimina, mirum non esset uno in loco errores ad nos pervenisse ab hominibus Italis non, ut alibi, correctos. Venit tamen in mentem eorum, quae Fontanus Hist. litt. Aqu. p. 4. sq. narrat de ficticiis codicum rasuris, quibus Cornelius Gallus Foroliviensis evaderet. Itaque cum olim Florentini de origine nominis sui dubitaverint, (vide Benv. Cellinum de vita sua, init.) potuit aliquis hunc locum iam olim eatenus adulterasse, ut si opus esset, coniecturas profecto facillimae huic faveret:*

*Litora quot conchas, quot amoenos Tuscia flores*; Nihil tamen, uti par est, affirmo. Vers. seq. *Quotque* Goth. Francof. Reg. Gall. Busl. et quatuor.

26. QUOT TENERUM. Ita Palat. prim. Polit. prim. Goth. Guelf. Francof. undecim Heinsii, reliqui nostri praeter Berol., qui *Quot tenuem*, Jac. Gronovii coniecturam, uti Goth. et Mor. pro v. scr.: *liquidum*, in memoribus librariis versus Met. 4, 616. Reliqui libri: *Et tenerum*. Vers. seq. *conor* Guelf. Seguer. Reg. Serv. Bern. *conar* Goth. Vers. 28. *numeros* Comb. *conor* Guelferb. Goth. Reg. Serv. Bern. Francof. Leid. prim. Berol. Crev. cogor Gall.

32. SUSTINET ET SAEVO. *Me tenet* Gall. *est* addit Busl. Vers. seq. *transveherer* Goth. *transigerer* prim. Vatic. *nequ*

Nunc ego traicerer, neque enim mea culpa cruenta est,  
 Esset, quae debet, si tibi cura mei.  
 Ille deus, bene quo Romana potentia nixa est, 35  
 Saepe suo victor lenis in hoste fuit.  
 Quid dubitas et tuta times? accede, rogaque:  
 Caesare nil ingens mitius orbis habet.  
 Me miserum! quid agam, si proxima quaeque relin-  
 quunt?  
 Subtrahis effracto tu quoque colla iugo? 40  
 Quo ferar, unde petam lapsis solatia rebus?  
 Anchora iam nostram non tenet ulla ratem.  
 Viderit: ipse sacram, quamvis invisus, ad aram  
 Confugiam: nullas summovet ara manus.

## 37. quid tuta.

Reg. Moret. Serv. Bern. Seguer. Rel. et sex alii meliores, quos dicit Heinsius. Goth. incertum, an a sec. m. Reliqui: *nec. est* Leid. prim. abiicit.

35. NIXA EST. *mista est* Leid. pr. *firma est* Berol. Comb. pro v. scr. *nota est, fixa est* singuli. Vers. seq. *victo* Jun. et vett. edd. *laetus* Pirckh. Leid. pr. *ab hoste* Leid. pr. Busl. Reland.

37. ET TUTA. *quid tuta* Mor. Busl. Bern. Rel. Crev. *an tuta* Putean. Vers. 39. *relinquet* Bern. *relinquent* quinque. *relinquam* Seguer. *relinquant* Rel. et tres, Goth. v. scr.

40. EFFRACTO. Sic prim. Polit. Guelf. Bern. et tres Heinsii. *e fracto* prim. Vatic. Palat. sec. Serv. Berol. *infracto* Busl. *et fracto* Goth. et reliqui cum vett. edd.

41. LAPSIS. *lassis* prim. Vatic. Palat. sec. Francof. Leid. prim. Reg. Gall. Serv. Pirckh. Berol. Crev. Guelf. fortasse sub rasura, et sex alii cum prim. et vett. edd. Vers. seq. *fovet ulla* Strozz.

43. IPSE SACRAM. *ipse deus* Put. Inter has voces interpungunt prima editio Heinsii, et nostrae vett. *invitus* ed. Bonon. Vers. seq. *Cum fugiam* Reg. Jun. Crev. *summovet ille* Putean. male, significatur enim vetus ille ritus, quem e Varronis rerum divin. libro quinto tradunt Macrob. Sat. 3, 2. et Serv. ad Virg. Aen. 4, 219.



**45** **Alloquor en absens absentia numina supplex,**  
**Si fas est homini cum Iove posse loqui.**  
**Arbiter imperii, quo certum est sospite cunctos**  
**Ausoniae curam gentis habere deos;**  
**O decus, o patriae per te florentis imago,**  
**50 O vir non ipso, quem regis, orbe minor;**  
**Sic habites terras, et te desideret aether,**  
**Sic ad pacta tibi sidera tardus eas:**  
**Parce, precor, minimamque tuo de fulmine partem**  
**Deme: satis poenae quod superabit, erit.**  
**55 Ira quidem moderata tua est, vitamque dedisti,**  
**Nec mihi ius civis, nec mihi nomen abest;**  
**Nec mea concessa est aliis fortuna, nec exsul**  
**Edicti verbis nominor ipse tui.**  
**Omniaque haec timui, quoniam meruisse videbar;**

45. praesentia. 51. sic te. 59. quia me m. videbam.

Haec ut dispescantur, libri suadent Palatino primo et Gothano ducibus, ac tanto numero cum vett. edd., ut contrariae rationis, quam Guelf. sequitur, Itali fere cum exc. Voss. Moret., paucissimis et Ald. poster. testes habeantur. Quod quidam inter secundam atque tertiam hanc elegiam nexus intercedit, impedimento non est, siquidem numeris istis aequae, atque indiculis, quamvis doctis ac venustis, generoso maiorum more abstineri praestaret. *Inscr. Ad Caesarem Francof. In hac epistola loquitur autor ad Augustum, tanquam si praesens esset Goth. Ad Imperatorem Berol. Induperatoris veniam Naso sibi poscit Pirckh. Berol. Ad Caesarem, ut sibi parcat Ald.*

45. ALLOQUOR EN ABS. ABSENTIA. *Alloquar* dimidia fere, sed deterior pars scriptorum; nam in Guelf. a prim. man. idem correctum; tum edd. nonnullae inde ab Ald. sec. *coelestia num. exc. Voss. praesentia*. Leid. prim. Vers. seq. *patriae parce flor.* Palat. prim.

51. TERRAS, ET TE. Sic libri iubent. Nam *terram sic te* non nisi a sec. m. Goth., duo scripti, prim. et vett. edd. praeter Bonon. *terras sic te* Bern. et tres. *ut te* Bersm. Moret. Jun. exc. Voss. et tres. *nec te* unus. De vulgatae scripturae elegantia vid. Loers. ad Her. 16, 344. *desiderat* Busl. Vers. seq. *sidus eas* unus Vatic. Vers. 53. *nimiamque* Goth.

59. QUONIAM MERUISSE VIDEBAR. *quam mer.* Bern. *quae non mer.* Reg. *quia me mer.* Berol. Crev. prim. et vett. edd. *meruisse putavi* Leid. prim. ex Her. 2, 61. *iubebat* unus. *quia me mer. videbam* prim. Polit. prim. Vatic. Palat. sec. Guelf. a pr. m. sub rasura et duo. Initio versus: *Omnia quae* Pirckh. et ed.

Sed tua peccato lenior ira meo est. 60  
 rva relegatum iussisti visere Ponti,  
 Et Scythicum profuga scindere puppe fretum.  
 missus ad Euxini deformia litora veni  
 Aequoris; haec gelido terra sub axe iacet.  
 Nec me tam cruciat nunquam sine frigore coelum, 65  
 Glebaque canenti semper obusta gelu,  
 Nesciaque est vocis quod barbara lingua Latinae;  
 Graiaque quod Getico victa loquela sono est;  
 Nesciam quod finitimo cinctus premor undique Marte,  
 Vixque brevis tutos murus ab hoste facit. 70  
 Pax tamen interdum est, pacis fiducia nunquam:  
 Sic hic nunc patitur, nunc timet arma locus.

2. findere. 68. *deest* est. 70. *tutum*. 71. *interdum*  
 pacis f. nunquam est. 72. *Sic* nunc hic.

Merulae. Vers. seq. *mollior ira* Goth. Palat. sec. Bersm.; Leid.  
 mim. pro v. scr. *est* delent Berol. et tres.

62. SCINDERE. *findere* Goth. Francof. Bern. Crev. Erfurt.  
 Zinzerlingii, quatuor Heinsii et eius prim. ed. Vers. 68. *Heteris*  
 sec Goth. a pr. m. Vers. 64. *et gelido* Comb., unde: *egelido*  
 Heins. Vers. 65. *sine sidere* Seguer.

66. CANENTI S. OBUSTA. *duranti* Leid. pr. *abusta* Gall.  
 Mor. prim. ed. *adusta* Goth. Palat. sec. Guelf. a sec. m. exc.  
 Voss. Jun. Leid. prim. Bersm. Bern. Berol. Rel.

67. NESCIAQUE EST. *Nescia quae est* Goth. *Nescia quam*  
 Put. Reg. Mor. Palat. sec. Jun. Crev. et tres. Cfr. Met. 13,  
 134. sqq. *Nescia quod* Rel. *vocis quae* Reg. Mor. et quinque.  
*vocis quam* Goth. Gall. Reland. Berol. et sedecim ignoti. *vocis*  
*quem* Francof. *barbara turba* Seguer., Schraderi coniecturam.  
*verb. verba* Rel.

68. GRAIAQUE — EST. *Grataque* Palat. prim. Put. Berol.  
*Graecaque* Goth. Reg. Gall. Mor. Busl. Jun. Leid. pr. Guelferb.  
 Bern. Rel. prim. et vett. edd. *iuncta loquela* prim. Vatic. uterque  
 Polit. Guelf. Reg. Gall. Jun. Berol. decem alii et pr. ed. *vincta*  
 Goth. *mista* Mor. tres et ed. Ald. *querela* Put. Mor. Serv. et  
 tres. *est* Leid. prim. et alius omittebant.

69. FINITIMO — MARTE. *finitima* — *morte* prim. Vatic.  
 prim. Polit. Guelf. a pr. m. et duo.

70. TUTOS. *tutum* Palat. sec. Patavin. Hugenii et Reland.  
 Hilum non interest; vid. supr. ad 3. 5, 53.

71. FAX — EST. Hoc loco verbum omnes libri habent, si  
 a tribus Heinsianis discesseris, qui in fine, a Busl., qui utroque in  
 loco, et a Berol., qui neutro illud habebat.

72. SIC HIC NUNC. *Ergo hic* Leid. pr. *Hic sic* Put. Burm.

Hinc ego dum muter, vel me Zaclaea Charybdis  
 Devoret, atque suis ad Styga mittat aquis:  
 75 Vel rapidae flammis urar patienter in Aetnae:  
 Vel freta Leucadii mittar in alta dei.  
 Quod petimus, poena est: neque enim miser esse  
 recuso,  
 Sed precor, ut possim tutius esse miser.

## III.

**I**lla dies haec est, qua te celebrare poëtae,  
 Si modo non fallunt tempora, Bacche, solent;  
 Festaque odoratis innectunt tempora sertis,

74. aque. 77. petitur.

pro membranis veteribus suis sibi auribus confisus ordinem mutavit.  
*Sic quae non patitur* Goth. pro v. scr.

73. ZANCLAEA. *Pungea* Mor. Berol. *Pancea* Reg. *Par-  
 chea* Palat. sec. *Panthea* Bern. Reliqui libri: *Panchaea*, vel:  
*Panchea*. Nullum novi, vel divinare possum, qui, quod in editio-  
 nibus primum Aldina secunda et Barth. Merulae comparet: *Zan-  
 claea* confirmet. Erit igitur pro solerti coniectura.

74. ATQUE. *inque* Busl. *Aque* Heinsii fuit coniectura. *De-  
 vovet* Goth. a pr. m.

76. LEUCADI — DEI. *Leucadio — deo* Reg. pr. m. prim.  
 Vatic. uterque Polit. prim. Medic.

77. PETIMUS. *petimur* Serv. *patimur* prim. Vatic. Guelf.  
 Put. Gall. Serv. Seguer. et tres. *patiar* unus. *patitur* unus. *pe-  
 titur* duo, non recte ab Heinsio probati, vid. supra 3, 3, 7. *nec  
 enim* Busl. Berol. Crev. et vett. edd. *recusem* unus Vatic. Vers.  
 seq. *miser ut tutius esse precor* Busl. Leid. pr.

## III.

Superiori annectit Serv. Inscr. *Ad Bacchum* Francof. Be-  
 rol. *De festo Bacchi componit carmina Naso* Pirckh. Berol. *Ad  
 Bacchum, ut pro se Caesarem roget* Ald.

3. FESTAQUE — SERTIS. *Laetaque* Comb. *adoratis* Pirckh.  
 Reg. prim. et vett. edd. *adornatis* prim. Vatic. *invertunt* Gall.  
 olim glossa fuit: *investiunt. sacris* Jun. *tempora cris* Goth.  
 a pr. m.

Et dicunt laudes ad tua vina tuas.  
 Inter quos, memini, dum me mea fata sinebant, 5  
 Non invisa tibi pars ego saepe fui;  
 Quem nunc suppositum stellis Cynosuridos ursae  
 Iuncta tenet crudis Sarmatis ora Getis.  
 Quique prius mollem vacuumque laboribus egi  
 In studiis vitam Pieridumque choro, 10  
 Nunc procul a patria Geticis circumsonor armis,  
 Multa prius pelago, multaque passus humo.  
 Sive mihi casus, sive hoc dedit ira deorum,  
 Nubila nascenti seu mihi Parca fuit:  
 Tu tamen e sacris hederæ cultoribus unum 15  
 Numine debueras sustinuisse tuo.  
 An dominae fati quidquid cecinere sorores,  
 Omne sub arbitrio desinit esse dei?  
 Ipse quoque aetherias meritis invectus es arces,  
 Quo non exiguo facta labore via est. 20  
 Nec patria est habitata tibi, sed ad usque nivosum  
 Strymona venisti, Marticolamque Geten:

## 20. Qua.

4. TUA VINA. *tua sacra* Palat. prim. Leid. prim. et aliis:  
*tua festa* Jun. Mor. a pr. m. *tua iussa* unus.

6. SAEPE FUI. *magna fui* vett. edd. et fortasse Palat. sec.  
 et Pirckh.

7. CYNOSURIDOS. *cynociridos* Goth. m. pr. *Erymanthidos*  
 Goth. a sec. m. vett. edd. et libri paulo dimidio numero plures,  
 sed ignobiles.

9. QUIQUE — MOLLEM. *Quaeque* sec. Polit. *Quamque*  
 unus. prior Leid. prim. *mollis* Palat. prim. Vers. 13. *sive*  
*haec* Goth.

15. HEDERAE CULTORIBUS. *aedis cult.* Reg. a pr. m. *me*  
*de cult.* vett. edd. Guelf. a pr. m. et fortassis unus et alter.  
 Vers. seq. *Vivere deb.* Goth. m. pr.

19. IPSE QUOQUE — ARCES. *Ipsa es aether.* Busl. *aetho-*  
*reas es merito vectus in arces* prim. Vatic. *evectus* sec. Polit. *inv.*  
*in arces* Palat. prim. Goth. in ras. Pirckh. exc. Voss. Crev. et  
 quatuor cum vett. edd. *in auras* prim. ed. *ad arces* Mor. Jun.  
 Leid. prim. Rel. Guelf. a sec. m. et quinque.

20. quo. *qua* Palat. sec. Serv. Bersm. Crev. decem alii et  
 ed. Bonon. Vers. 22. *martialemque* Goth. m. pr. *Getem* Put.  
 Gall. Serv. Rel. octo et prim. ed. *Getam* Goth. in ras. a s. m.  
 Reg. Mor. Busl. Leid. pr. et quinque. Vers. 23. *gangem* Goth.

- Persidaque, et lato spatiantem flumine Gangen,  
 Et quascunque bibit discolor Indus aquas.  
 25 Scilicet hanc legem nentes fatalia Parcae  
 Stamina bis genito bis cecinere tibi.  
 Me quoque, si fas est exemplis ire deorum,  
 Ferrea sors vitae difficilisque premit.  
 Illo nec levius cecidi, quem magna locutum  
 30 Reppulit a Thebis Iupiter igne suo.  
 Vt tamen audisti percussum fulmine vatem,  
 Admonitu matris condoluisse potes.  
 Et potes aspiciens circum tua sacra poëtas:  
 Nescio quis nostri, dicere, cultor abest.  
 35 Fer, bone Liber, opem: sic altera degravet ulmum  
 Vitis, et incluso plena sit uva mero.  
 Sic tibi cum Bacchis Satyrorum gnava iuventus

24. decolor. 35. sic altam.

24. DISCOLOR. Ita Palat. prim. Goth. Francof. Polit. sec. Gall. Mor. Busl. exc. Voss. Jun. Seguer. Rel. et septem. *decolor* reliqui. Vers. seq. *legem veteres fatal.* Busl. Crev.

25. STAMINA. *Carmina* Stroz. Leid. prim. pro v. scr. eodem sensu, vid. Heins. Vers. 28. *dissimilisque* Gall.

29. NEC LEVIUS. *non levius* Palat. prim. Put. Mor. Berol. *nec melius* vett. edd. et fortasse Francof. Palat. sec.

30. REPPULIT. *Apulit* Goth. *Depulit* Reg. Put. Mor. Busl. Jun. sex et prim. ed. *Expulit* Guelf. a sec. m. Goth. v. scr. Bern. Rel. et duo. *Et pulit* Gall. *Impulit* Leid. prim. Berol. et duo. *Appulit*, *Attulit* singuli. *Obruit* duo. Vers. seq. *audisti deiectum flumine* Gall.

32. ADMONITU MATRIS. *Demonitu* Leid. pr. *Admonitu* Polit. uterque. *Admonitis nostris* vett. edd.

35. SIC ALTERA DEGR. *sic alto* Palat. prim. *altum* Busl. *altam* prim. Vatic. Palat. sec. Gall. Pirckh. Berol. Rel. *degravat* Guelf. Jun. Berol. *sic adsita* Gronovius tentabat. Ad scripturam, quam reduximus, confer Columell. de re rust. l. 5, c. 5, pag. 132. ed. Ald., qua uti soleo: *circa vernum deinde aequinoctium binas vi- tes, quo celerius ulmum vestiant, pedem inter se distantes scrobibus deponendae.* Loquitur de universa maritatione. Eum locum obiter indicatum accepi a Jacobo Rovero; Heinsius, ut puto, invenire non potuit. Ceterum in hoc versu novum carmen incipit in Goth. Leid. prim. et Reland., qui quadragesimum quartum numerat.

37. GNAVA IUVENTUS. Haec scriptura in Aldina secunda primum prodita, mox in Reg. Gall. Bern. Seguer. Berol. Rel. et

Assit, et attonito non taceare sono:  
 Iussa bipenniferi sic sint male pressa Lycurgi,  
 Impia nec poena Pentheos umbra vacet. 40  
 Sic micet aeternum, vicinaque sidera vincat  
 Coniugis in coelo Cressa corona tuae.  
 Luc ades, et casus releves, pulcherrime, nostros  
 Unum de numero me memor esse tuo.  
 Sunt dis inter se commercia; flectere tenta 45  
 Caesareum numen numine, Bacche, tuo.  
 Vos quoque, consortes studii, pia turba, poëtae,  
 Haec eadem sumpto quisque rogare mero,  
 Atque aliquis vestrum Nasonis nomine dicto  
 Deponat lacrimis pocula mista suis: 50  
 Admonitusque mei cum circumspexerit omnes,  
 Dicat: ubi est nostri pars modo Naso. chori?  
 Id quoque, si vestrum merui candore favorem,

53. Idque ita.

atroque Polit. inventa est. nava Serv. grava Guelf. gava Seguer. laeta iuv. Palat. prim. Bersm. et septem, Francof. v. scr. tecta unus. tecta Jun. gnata Goth. v. scr. gnara exc. Voss. et duo. grata Palat. sec. Leid. prim. et tres cum vett. edd. Goth. v. scr. ignara Goth. Graia Put. Pirckh. et duo. ignava Francof. et alius. prona Busl. et duo. sacra duo. Satyrorum voto inventur Schraderus. Vers. seq. Astat Goth.

39. MALE PRESSA. male tecta Bern. Pirckh. Vers. seq. umbra caret Goth. Guelf. Palat. sec. Francof. Pirckh. Berol. Reg. tum Seguer. a prim. m. undecim alii. umbra carens Serv.

42. CRESSA. Ita Hugonianus; reliqui omnes: clara.

44. ME MEMOR ESSE. fac memor Jun. Berol. me memorare Gall. me numerare Rel. sis memor esse Goth. vett. edd. ne precor floril. Berol. Vers. seq. flectere contra Palat. sec.

46. NUMEN. numerum Palat. prim. prim. ed. nomen Bern. numen munere Goth. Vers. 47. rubrica est in Guelf. et Berol. qui novum carmen inscribit: Ad poetas.

50. DEPONAT. Apponat Palat. prim. Goth. Jun. Moret. Guelf. Bern. Rel. Berol. octo et vett. edd. Opponat Reg. Put. Gall. Serv. Busl. Palat. sec. Leid. prim. et duodecim cum prim. Id. Componat exc. Voss. Epotet Heinsius coniciebat. lacr. nomina vina Seguer. a pr. m. pocula sumpta idem a sec. m. et Leid. pr. Vers. seq. Admonituque Palat. prim.

53. ID QUOQUE. Sic Palat. prim. Put. Francof. (qui ita: id quoque ita erit ut vestr.) Bern. Gall. Jun. Pirckh. Rel. decem alii, Goth. v. scr. et prim. ed. Idque erit Goth. Seguer. Atque Mor. Reliqui: Idque ita, quae obtestandi formula et supra et

Nullaque iudicio litera laesa meo est:  
 55 Si veterum digne veneror cum scripta virorum,  
 Proxima non illis esse minora reor.  
 Sic igitur dextro faciatis Apolline carmen:  
 Quod licet, inter vos nomen habete meum.

## IV.

Litore ab Euxino Nasonis epistola veni,  
 Lassaque facta mari, lassaque facta via.  
 Qui mihi flens dixit: tu, cui licet, aspice Romam;  
 Hei quanto melior sors tua sorte mea est!  
 5 Flens quoque me scripsit: nec qua signabar, ad os es  
 Ante, sed ad madidas gemma relata genas.  
 Tristitiae causam si quis cognoscere quaerit,  
 Ostendi solem postulat ille sibi;  
 Nec frondem in silvis, nec aperto mollia prato

4. *deest* est.

infra legitur. *Immo ita* Heinsius volebat. *sio vestrum* Goth.  
 v. scr.

55. VENEROR CUM SCRIPTA. *veneror* cod. Bersm. Busl.  
 Leid. pr. v. scr. et quaedam edd. *conscripta* Palat. prim. Goth.  
 Guelf. Reg. Serv. Jun. Leid. pr. Pirckh. undecim alii, prim. e  
 vett. edd. Vers. 57. *habere* Goth. in text. et plurimi cas  
 vett. edd.

## IV.

Inscr. *Ad amicum* Francof. Berol. *Littera pro domino Ro-*  
*manum poscit (exorat) amicum* Pirckh. Berol. *Loquitur epistola*  
*authoris incommoda* Ald.

4. HEI QUANTO — MEA EST. *quantum* Goth. Bern. *Mel-*  
*lior quanto* Putean. *est* Gall. duo alii et fortasse Bern. omittit  
 bant. Vers. 7. *Trist. carmen* Goth. a pr. m.

8. POSTULAT ILLE SIBI. *postulet* Hamburg. Pirckh. *Cres-*  
*ipse* Palat. prim. Goth. Gall. Busl. et septem.

9. FRONDEM IN SILVIS. *frondem silvis* Serv. et Seguer.  
*frondes silvis* Bern. Jun. alius et vett. edd. *aperto gramina camp-*  
*Mollia* Goth. Put. et vett. edd. Vers. seq. *crevit* Goth. *quae-*  
 Francof. pro v. scr. *credat* Voss. *sumit* Seguer. *aquam* Goth. e  
 decem scripti.

Gramina, nec pleno flumine cernit aquas: 10  
 Quid Priamus doleat, mirabitur, Hectore rapto,  
 Quidve Philoctetes ictus ab angue gemat.  
 Di facerent utinam, talis status esset in illo,  
 Ne mihi tristitiae caussa dolenda foret.  
 Fert tamen, ut debet, casus patienter amarus, 15  
 More nec indomiti frena recusat equi.  
 Nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram,  
 Consciens in culpa non scelus esse sua.  
 Saepe refert, sit quanta dei clementia; cuius  
 Se quoque in exemplis annumerare solet: 20  
 Nam quod spes teneat patrias, quod nomina civis,  
 Denique quod vivat, munus habere dei.  
 Te tamen, o si quid credis mihi, carius ille:  
 Omnibus in toto pectore semper habet,

14. Ut non. 23. carior.

II. QUID PRIAMUS — RAPTO. *doleat Priamus* Busl. Leid. prim. *capto* Leid. prim. *tracto* Goth. et Reg. pro v. scr. Mor. t. tres.

13. 14. DI FACERENT — CAUSSA DOLENDI FORET. *Di facerent* Busl. *Ne sibi* Goth. v. scr. tres Heinsii. *Ut, sibi* exc. Foss. Francof. et tres; Reg. pro v. scr. *Ut mihi* Put. quinque illi et prim. ed. *Nil ut* Comb. *Ut cui* unus. *Nec non* Leid. prim. *Ne non* Seguer. Reliqui omnes scripti et impressi praeter quorundem Palat. prim. Reg. Gall. Berol. Goth. a s. m. et duos alios, quorum scripturam recepimus: *Ut non*. In reliquis praeter quod Strozz.: *causa querenda*, Palat. sec.: *dolendo foret*, Pirckh.: *dolenda mihi*, omnes libri: *dolenda*. Vetus hoc mendum fortasse est et, si Putean. sequaris, tollendum coniectura: *docenda*. Adeo enim facilis ea est, ut Burmannus parum laudis ex illa sibi speraverit, nisi optimorum etiam codicum scripturas sibi arrogaret, nugasque se suo adderet.

21. NAM QUOD. *Iam quod* prim. Vatic. uterque Polit. Serv. Busl. Pirckh. Crev. et quatuor alii. *patrias teneat* Goth. Put. Busl. Leid. prim.

23. TE TAMEN — CARIUS ILLE. Ita Palat. prim. Goth. a s. m. sub ras. Guelf. et plurimi. *Tu* Gall. Seguer. *credas* Beol. *carior* prim. Vatic. uterque Polit. Serv. Leid. prim. Bern. etecum alii et vett. edd. *illis* Serv. Leid. prim. Bern. et ed. Mèlale. Hos emendatissimos libros credebat Loersius, Mus. Rhen. p. 240. *illo* Reg. *illis* idem pro v. scr. Gall. Seguer. *carior* Busl. Heinsiana scriptura implicata est; *care habere* rectissime dicitur. Vers. seq. in tuto Serv.



- 25 Teque Menoetiaden, te, qui comitatus Oresten,  
 Te vocat Aegiden Euryalumque suum;  
 Nec patriam magis ille suam desiderat et quae  
 Plurima cum patria sentit abesse sibi,  
 Quam vultus oculosque tuos, o dulcior illo  
 30 Melle, quod in ceris Attica ponit apis.  
 Saepe etiam moerens tempus reminiscitur illud,  
 Quod non praeventum morte fuisse dolet;  
 Cumque alii fugerent subitae contagia cladis,  
 Nec vellent ictae limen adire domus,  
 35 Te sibi cum paucis meminit mansisse fidelem;  
 Si paucos aliquis tresve duosve vocat.  
 Quamvis attonitus, sensit tamen omnia, nec te  
 Se minus adversis indoluisse suis.  
 Verba solet vultumque tuum gemitusque referre;  
 40 Et te flente suos demaduisse sinus;  
 Quam sibi praestiteris, qua consolatus amicum  
 Sis ope, solandus cum simul ipse fores.

25. comitavit. 28. sua. 40. immaduisse.

25. COMITATUS. *comitatur* Guelf. Leid. prim. *comitavit* fragm. Vatic. Rel. *cognovit* Busl. *meneacidem* Goth.

28. SENTIT AB. SIBI. *sensit* Goth. *abesse sua* Guelf. in ras. Put. Busl. Pirckh. Jun. Leid. prim. Berol. sub ras. Seguer. Rel. Crev. Reg. pro v. scr. et quinque alii. Vers. 29. *dulc. illo* Goth. a m. pr. Vers. 33. *contagia pestis* Jun.

36. VOCAT. *legat* Goth. a pr. m. *vocet* Seguer. *notat* Leid. pr. *notat* Rel.

37. SENSIT. *sentit* prim. Vatic. prim. Polit. Reg. Gall. Seru. Jun. Leid. pr. Francof. Crev. et septem ignoti cum prim. edit. Vers. seq. *ingemuisse* Busl.

39. VULTUMQUE TUUM GEMITUSQUE. *vultusque tuos* Goth. Leid. prim. et quatuor. *gemitumque tuum vultumque* prim. Palat. Francof. Gall. Jun. Bern. (sed: suum) Rel. Berol. *gemitusque tuos vultusque* Busl. In utraque hac scriptura suavis est gradatio et metuo, ut omnia enotata fuerint.

40. DEMADUISSE. *dimaduisse* Pirckh. *emaduisse* prim. Vatic. prim. Polit. Guelf. Palat. sec. Moret. et quatuor. *immaduisse* Gall. Jun. Rel. et sex. *tuos imm.* Rel. *sinus — suos* Palat. prim. Vers. seq. *Quid sibi* Put. Pirckh. *Quod sibi* Crev. *quid praest.* Seguer. *qua tu sol.* Goth. Vers. 42. *Bis ope* Palat. prim.

Pro quibus affirmat fore se memoremque piumque,  
 Sive diem videat, sive tegatur humo,  
 Per caput ipse suum solitus iurare tuumque, 45  
 Quod scio non illi vilius esse suo.  
 Plena tot ac tantis referetur gratia factis;  
 Nec sinet ille tuos litus arare boves.  
 Fac modo, constanter profugum tueare: quod ille,  
 Qui bene te novit, non rogat; ipsa rogo. 50

## V.

Annus assuetum dominae natalis honorem  
 Exigit: ite manus ad pia sacra meae.  
 Sic quondam festum Laërtius egerat heros  
 Forsan in extremo coniugis orbe diem.

47. referatur. 3. egerit.

43. PIUMQUE. tuumque Bern. Medon. Vers. seq. tegetur  
 eid. pr. Vers. 45. tuum — suumque prim. Palat. prim. Vatic.  
 quatuor.

47. PLENA — FACTIS. et tantis Jun. et vett. edd. a tantis  
 eid. prim. reddetur Goth. referatur prim. Vatic. Palat. sec.  
 Serv. Busl. Rel. Berol. quinque et edd. Rubean. et Novar. grat.  
 letis Crev. et alius. gestis alius.

48. NEC — TUOS. Non Gall. prim. et quaedam edd. sinit  
 Inself. Palat. sec. Francof. suos Leid. pr. Rel. sinit ille suos  
 leg. Gall. Serv. Jun. et quatuor. Vers. 49. tuearis amicum  
 Goth. m. pr. Vers. 50. norat Morz et duo. ipse Seguer. Berol.

## V.

Inscr. *Apostrophe ad natalem uxoris* Francof. *Natalis uxo-*  
 Berol. *Ovidius dominae natalem gaudet adesse* Pirckh. Berol.  
 celebrat natalem uxoris Ald.

2. MEAE. piae Serv. In sequenti versu Heinsianam cor-  
 rectionem loco movimus quamvis elegantem, sed ut libris nullis  
 istam, ita minime necessariam. Infr. 8, 13:

qui quondam miseris alimenta negarat;

12, 30: Illi, qui fueram.

- 5 **Lingua favens assit nostrorum oblita malorum:**  
 Quae, puto, dedidit iam bona verba loqui.  
 Quaeque semel toto vestis mihi sumitur anno,  
 Sumatur fatis discolor alba meis.  
 Araque gramineo viridis de cespite fiat;  
 10 Et velet tepidos nexa corona focos.  
 Da mihi tura, puer, pingues facientia flammis,  
 Quodque pio fustum stridat in igne merum.  
 Optime Natalis, quamvis procul absumus, opto,  
 Candidus huc venias, dissimilisque meo.  
 15 Si quod et instabat dominae miserabile vulnus,  
 Sit perfuncta meis tempus in omne malis.  
 Quaeque gravi nuper plus quam quassata procella est  
 Quod superest, tutum per mare navis eat.  
 Illa domo nataque sua patriaque fruatur:

5. longorum. 15. Sique quod inst.

Art. am. 3, 659: *Questus eram, memini, metuendos esse sodales;*  
 Fast. 6, 13: — *non quas praeceptor arandi*

Viderat, *Ascræas cum sequeretur oves;*

Met. 15, 101: *Nec sua credulitas piscem suspenderat hamo.*

5. **NOSTRORUM OBLITA MALORUM.** *longorum obl.* Busl. Bern. *obl. laborum* vett. edd. praeter Bonon. et Ald. codd. Jun. et fortasse Palatt. et Pirckh. Vers. seq. *Ut puto quae didic.* Jun.

8. **DISCOLOR.** *decolor* Put. Palat. sec. Leid. pr. sex aliis vett. edd. nostrae. Vers. 10. *vera corona* Busl. Bern. Vers. 11. *facient. fumos* Leid. prim. pro v. scr. et duo. *pascentia flammis* Francius. Vers. 13. *assumus* Goth. Vers. 14. *mei* Mor. Jun.

15. **SI — INSTABAT.** Non video, quid in hac plurimorum codd. scriptura culpari possit. *Sit quod et* Palat. prim. Francius Serv. et duo. *Sic quod et instabit* Leid. prim. *Sitque quod* Goth. Reg. Put. Gall. Mor. Jun. Pirckh. Guelf. a sec. m. Bern. Rel. Berol. octo scripti, ed. Bonon. *Sicque quod* Busl. Seguer. Guelf. sub rasura aut: *Si quodque*, aut receptam a nobis scripturam in buisse videbatur. *Si quid et* vett. edd. octo. *instabit* Mor. Jun. Leid. Reg. pro v. scr. *miserabile tempus* Putean. Seguer. *frua* Mor. pro v. scr.

16. **PERFUNCTA.** *defuncta* Goth. Reg. Put. Gall. Pirckh. Leid. prim. Bern. Berol. Rel. duodecim et ed. Bonon. *meis semper* in o. Seguer. Vers. seq. *est* abiicit Goth.

18. **NAVIS.** *puppis* prim. Palat. et unus Vatic. Vers. seq. *domoque* Palat. prim. *patriaue suu nataque* Busl. Mor. Leid. *per sua pro meque* Rel. *patria fruatur* Guelf.

Erepta haec uni sit satis esse mihi. 20  
 Quatenus et non est in caro coniuge felix,  
 Pars vitae tristi caetera nube vacet.  
 Vivat, ametque virum, quoniam sic cogitur, absens,  
 Consumatque annos, sed diuturna, suos;  
 Adicerem, et nostros: sed ne contagia fati 25  
 Corruptant, timeo, quos agit ipsa, mei.  
 Nil homini certum est: fieri quis posse putaret,  
 Vt facerem in mediis haec ego sacra Getis?  
 Aspice, ut aura tamen fumos e ture coortos  
 In partes Italas et loca dextra ferat. 30  
 Sensus inest igitur nebulis, quas exigit ignis:  
 Consilium fugiunt caetera paene meum.

## 24. Consummetque.

20. EREPTA HAEC. *Ereptam haec* Leid. prim. *Ereptamque* haec Rel. *Erepta hanc* Guelf. a sec. m. *Erepta hac* Palat. sec. Mor. *Erepta hoc* ed. Bonon. *Ereptam hanc* Bern. et tres. *Ereptamque uni* Goth. et duo. *sint satis* Serv. Vers. seq. *Quatenus haec* Palat. prim.

24. CONSUMMATQUE. *Consummetque* Serv. Hiac Heins. edendum putavit: *Consummetque*, cum vulgatam olim ad Fast. 3, 166. egregie illustrasset. *sic diuturna* Goth. Bern. Gall. *annos sis in amore meo* Mor. pro v. scr.

25. ADICEREM, ET NOSTROS. *Addem* Goth. *Adicerem nos* stros Serv. Busl. Leid. prim. Rel. Crev. et tres. *contag. vite* Goth. m. pr. Vers. seq. *Corruptant* Goth. *quos agit* Richel. *agis* Seguer. *illa* Goth. Gall. Moret. Busl. et prim. ed. Vers. 27: *Nil hominum* Busl. *est* Gall. et duo. *delebant*. Vers. 28, *in expungebant* Gall. Pirckh. et Rel. *haec quoque* Put. Gall.

29. ASPICE — ETC. *Inspice* duo libri. *aura tamen* prim. Polit. Stroz. Pirckh. *aura tumens* in Ald. prima extat. *aura levis* Bern. Reland. *fumoso thure* Leid. prim. *cohortos* Goth. pr. m. Guelf. *cohortos* Berol. *cohortes* prim. Vatic. Palat. sec. *creatos* Bern. et alius. *coruscos* Leid. prim. et tres. *coactos tres*. Vers. seq. *loca iussa* Gall. Moret. et tres. *sacra* duo.

31. SENSUS — ETC. *adest* Bern. *inest aliquid* Gottorp. *quas erigit* Bern. *exerit alius*. *egerit* Francius volebat.

32. CONSILIUM — MEUM. *pene tuum* Guelf. Putean. Seguer. exc. Voss. quatuor alii et Reg. cum Rel. pro v. scr. *Locus aperte corruptus*. Quod Heinsius in notis impressis coniciebat: *sum*, in schedis vero de *καλυμαντεία* scholiasten Statianum ad Theb. 4, 411; 10, 599. conferri iubebat, divinatione opus est, quid sibi voluerit. Tentabamus olim:

*Exsiliium fugiunt caetera nempe meum;*

- Consilio, commune sacrum cum fiat in ara  
 Fratribus, alterna qui periere manu,  
 35 Ipsa sibi discors, tanquam mandetur ab illis,  
 Scinditur in partes atra favilla duas.  
 Hoc, memini, quondam fieri non posse loquebar,  
 Et me Battiades iudice falsus erat.  
 Omnia nunc credo, cum tu non stultus ab arcto  
 40 Terga vapor dederis, Ausoniamque petas.  
 Haec igitur lux est, quae si non orta fuisset,  
 Nulla fuit misero festa videnda mihi.  
 Edidit haec mores illis heroisin aequos,

scilicet ut librarii in prima similibus et vicinarum vocum syllaba eodem modo erraverint, quo mox in ultima deceptos vides; ut *exilium* sit *locus exilii*, uti Pont. 1, 2, 106; ut ad *caetera* mente suppleatur: *praeter me*, uti similiter fit Pont. 3, 4, 53. Nihil tamen haec sunt ad eximiam et prope invidendam personati Claudii Civilis conjecturam propositam in Observ. misc. nov. t. I. p. 1371

*Consilio fugiunt aethera* Ponte tuum, ubi etiam *aetheris* pro *aëre* usum illustrat, de quo vid. Serv. ad Aen. 1, 89. 2, 113. 7, 65.

33. CONSILIO. *Consilium* unus Ciofani, Rottendorp. Jun. Guelf. Seguer. Berol. prima et vett. nostrae excepta Aldina edd. *fiat* Busl. in *aura* prim. Vatic. Vers. 35. *Discolor ipsa stib* tanquam unus Vatic. Domitius Calderinus ad *Ibidis* vers. 35. hoc distichon adhibet:

*Scinditur in partes geminoque cacumine surgit,  
 Scinditur in partes atra favilla duas.*

Vers. 36. *favilla suas* Goth.

37. HOC — ETC. *Haec* Goth. (fortasse a m. sec.) Serv. Bern. *quondam memini* Richel. *fieri et non* Reg. Put. Gall. Palat. sec. Leid. pr. Seguer. *fieri haec non* prim. ed. *posse putari* Goth. *posse negavi* Serv. Vers. seq. *battiadas* Guelf.

39. CREDO. *credam* exc. Voss. Rel. *cum tu non cultus* alius Vossii codex, unde Heinsius: *consultus*, vel, *compulsus*. *ab alto* Goth. Pirckh. Berol. et vett. edd. nostrae. *ab Istro* Richel.

41. HAEC IGITUR. *Haec ergo* Guelf. Goth. Palat. sec. Reg. Gall. Mor. Jun. septem alii et prim. ed.

42. VIDENDA MIHI. *mihi*, *fuit* transponit Goth. *videnda dies* Palat. prim. Jun. et quatuor.

43. HEROISIN. Hanc emendationem a docto viro acceperat Gronovius, Obs. 3, 3. Claudius Salmasius is erat. Atque: *heroidis* unus codex. Scaliger: *herodibus* voluerat, quomodo cod. Moreti habet. Plurimi libri cum vett. edd. octo: *heroibus*. *herodibus* Goth. *heroidibus* Reg. Gall. Bern. octo et ep. Bonon. er-

- Quis erat Estibn Icarusque pater.  
 Nata pudicitia est, mores, probitasque, fidesque: 45  
 At non sunt ista gaudia nata die.  
 Sed labor et curae, fortunaque moribus impar,  
 Iustaque de viduo paene querela toro.  
 Scilicet adversis probitas exercita rebus.  
 Tristi materiam tempore laudis habet. 50  
 Si nihil infesti datus vidisset Vlixes,  
 Penelope felix, sed sine laude foret.  
 Victor Echionias si vir penetrasset in arces,  
 Forsitan Evadnen vix sua nosset humus.  
 Cum Pelia genitae tot sint, cur nobilis una est? 55

65. Pelia tot sint genitae.

roribus Serv. Busl. et tres. Aeroibus aptos Berol. dotes illis her. aequas suadebat Schraderus.

44. EETION. Positiani ante Scaligerum haec fuit coniectura, teste Gronovio. Plurimi libri cum vett. edd.: *Eurytion*. *Eurition* Guelf. Polit. sec., enonante Gronovio, Bern. Berol. *Euthicion* Palat. prim. *Q. fuit Euthicion* Goth. *Eutyhicion* Palat. sec. Bersm. *Euthion* Pirckh. *Euthicion* Crev. *Eucation* Polit. prim. *Euricon* Rel. *Erition* unus. *Euehion* Seguer. *Eotion* unus Heinsii.

45. MORES. moris prim. Vatic. prim. Polit. Guelf. Palat. sec. Jun. Reg. Busl. Francof. et quinque. *morem* Leid. prim. *more* exc. Voss. *morum eadem* cum Reg. pro v. scr. Serv. et quinque. nobis Crev. *secum* Gall. et Rel., quod in editis nescio quibus, neque enim nostris ad Aldinam usque secundam, inventum probabant Roverus, Bersmannus, Faber; ac si modo certa fide traditum esset, posset sane aut ipsum probari, aut coniecturis locutus esse: *sensus, serum*. Nunc, ut res est, vulgatam non mutaverim correctione Gruteri: *oris*, Heinsii: *et honor*. Cfr. Senec. Agam. 112: *Periere mores, ius, decus, pietas, fides* etc.

46. AT NON — FIDE. *Sed non* Palat. prim. Gall. *At sunt non ista* Goth. *gaudia nota fide* Leid. prim. Seguer. *nata fide* Guelf. pro v. scr. a pr. m. Palat. sec. Reg. Putean. Mor. Crev. septem alii, prima et vett. edd.

50. TRISTI — HABET. *Tristis* Palatin. prim. *Materiam tristi* Vinc. Bellov. sp. hist. 7, 119. *laudis habes* unus Italicus, probatus Heinsio. Vers. seq. *infestum* Bern. Vers. 52. *felix si sine laude* Guelf.

53. ECHIONIAS — ARCES. *Echionidas* Bern. *si vix* Palat. prim. *transisset* prim. Vatic. Hafniensis. *remeasset* Rel. *ad arces* Moret. Busl. *in urbes* Leid. prim. Vers. seq. *Evadnem* Reg. *Eugagen* Palat. prim. Mor. Jun. Leid. pr. Berol. *euenteen* Goth. *Euanney* Guelf. Bern. *Euganen* Pirckh. *sua posset* Goth.

55. CUM — SINT. *genitae Peliae* Busl. *Peliae* Reg. Put.

Nempe fuit misero nupta quod una viro.  
 Effice, ut Iliacas tangat prior alter arenas:  
 Laodamia nihil, cur referatur, erit.  
 Et tua, quod malles, pietas ignota maneret,  
 60 Implere ventis si mea vela sui.  
 Di tamen et Caesar dis accessure, sed olim,  
 Aequarint Pylios cum tua fata dies;  
 Non mihi, qui poenam fateor meruisse, sed illi  
 Parcite, quae nullo digna dolore dolet.

---

 VI.

**T**u quoque, nostrarum quondam fiducia rerum,  
 Qui mihi confugium, qui mihi portus eras;

56. Nupta — nempe. 59. mallem. 60. Implessent.

Gall. Jun. viginti Heinsii, nostri Goth. Guelf. Berol. Crev. prima et vett. edd. excepta Aldina. *Pelias natae* Moret. Seguer. *natae Pelias* Leid. prim. *tot sint genitae* Serv. et quinque Heinsii, languidiore oratione. Pro reliquis: *cur cognita nobis* Reg. Putean. Busl. Jun. Leid. pr. duodeviginti Heinsii, Goth. Bern. Seguer. Berol. prima et vett. edd. excepta tamen Bononiensi. *cur agnita nolle* Gallicus.

56. NEMPE — NUPTA. *Nupta — nempe* solus Busl.

57. PRIOR. *prius* Goth. Jun. Pirckh. quatuor alii *probante* olim Heinsio. Vers. seq. *Laudomia* Guelf. *referatur habet* Gall. Busl. Rel. et sex.

59. QUOD — MANERET. *quod nolles* Mor. pro v. scr. Jun. *quod mallem* prim. Polit. prim. Medic. exc. Voss. *Quidquid huius scripturae boni inest, vulgata habet, sed quiddam etiam amplius; ipse agnosces: nobis a libris stetisse abunde sufficit. ignota fuerunt* Put. Busl. Jun. Bersm. et vett. edd.

60. IMPLERENT. *Implerunt* Reg. *Implessent* Mor. Reland. Vers. 61. *tamen o Caes.* Goth. Vers. 62. *Pylios ut sua* Put. ed. Bonon. Vers. ult. *Parcite sed nullo* Palat. prim. *digna labore dolet* Busl. exc. Voss. *nullo dmna* Goth. *dolore fuit idem* pro v. scr.

---

 VI.

INSCR. *Ad amicum Francof. Berol. Conqueritur Naso quoniam fit pondus amico Pirckh. Berol. Rogat amicum quendam, et discedat ab officio* Ald.

2. QUI MIHI CONFUGIUM. *Qui modo* Rel. Berol. *consilium* Mor. *refugium* Goth. m. pr.

Tu quoque suscepti curam dimittis amici,  
 Officiiue pium tam cito ponis onus?  
 Sarcina sum, fateor; quam si tu tempore duro  
 Depositorus eras, non subeunda fuit.  
 Fluctibus in mediis navem, Palinure, relinquis?  
 Ne fuge; neve tua sit minor arte fides.  
 Numquid Achilleos inter fera proelia fidi  
 Deseruit levitas Automedontis equos?  
 Quem semel excepit, nunquam Podalirius aegro  
 Promissam medicae non tulit artis opem.  
 Turpius eiicitur, quam non admittitur hospes.  
 Quae patuit, dextrae firma sit ara meae.  
 Nil, nisi me solum primo tutatus es; at nunc  
 Me pariter serva iudiciumque tuum.  
 Si modo non aliqua est in me nova culpa, tuamque  
 Mutarunt subito crimina nostra fidem.

3. Tu modo s. caussam. 11. numquid.

3. TU — CURAM. *Nunc quoque* Goth. Reg. Pirckh. Tu modo codex Voss. et Gottorp. *suscepti causam* Comb. Burmannus primum de Puteaneo mendacium dicit, deinde octo codices a versa b. huc adlibet, tum scripturam codicis non optimi, incertum, probaveritne cupidius, an explicuerit absurdus; non memini C. Julium Hyginum causidicum dici; postremo *se praetulisse* dicit, cum Heinsii iudicium in schedis perscriptum secutus sit. Vers. seq. *Officium-* que Busl. pii Busl. Gall. Leid. prim. *opus* Put. Moret. ed. Bononiensis.

5. QUAM — DURO. *quam si nunc* Palat. prim. Crev. *quam si modo* Goth. Reg. Mor. Francof. quinque alii et prim. ed. Heinsii. *si non tempore nostro* prim. Polit. Palat. sec. Guelf. sub rasura, nisi me fallit coniectura, et tres alii. *si nunc tempore nostro* Bersm. et tres. *si non tempore nullo* Putean. Seguer. *si nunc tempore multo unus. si nunc tempore in isto* Busl. Postremo, si Reg. v. scr. Jun. Leid. pr. et tredecim Heinsii ignotos, nostros Bel. Crev. et vett. edd. detrazeris, quos libros secuti sumus in recepta scriptura, tum Gall. et duos, qui in illa: *tempore longo* habebant, qui restant codices: *si tu tempore nostro*. Vers. seq. *subeunda foret* exc. Voss.

10. LEVITAS. *pietas* exc. Voss.

11. EXCEPIT, NUNQUAM. *accepit* Bersm. Palat. sec. Busl. *numquid* Comb. non inconcinne, et accedente fortasse uno vel altero. Sed apte etiam per vulgatam oratio variegatur. Vers. 14. *Que patitur* Guelf. *paruit* Berol. et vett. edd. Vers. 15. *me primum solum* Goth. *primo sectatus es* Put.



Nallaque iudicio litera laesa meo est:  
 55 Si veterum digne veneror cum scripta virorum,  
 Proxima non illis esse minora reor.  
 Sic igitur dextro faciatis Apolline carmen:  
 Quod licet, inter vos nomen habete meum.

## IV.

**L**itore ab Euxino Nasonis epistola veni,  
 Lassaque facta mari, lassaque facta via.  
 Qui mihi flens dixit: tu, cui licet, aspice Romam;  
 Hei quanto melior sors tua sorte mea est!  
 5 Flens quoque me scripsit: nec qua signabar, ad os es  
 Ante, sed ad madidas gemma relata genas.  
 Tristitiae causam si quis cognoscere quaerit,  
 Ostendi solem postulat ille sibi;  
 Nec frondem in silvis, nec aperto mollia prato

4. *deest est.*

infra legitur. *Immo ita* Heinsius volebat. *sio vestrum* Goth.  
 v. scr.

55. VENEROR CUM SCRIPTA. *vereor* cod. Bersm. Busl.  
 Leid. pr. v. scr. et quaedam edd. *conscripta* Palat. prim. Goth.  
 Guelf. Reg. Serv. Jun. Leid. pr. Pirckh. undecim alii, prim. et  
 vett. edd. Vers. 57. *habere* Goth. in text. et plurimi  
 vett. edd.

## IV.

Inscr. *Ad amicum* Francof. Berol. *Littera pro domino Romanum*  
*poscit (exorat) amicum* Pirckh. Berol. *Loquitur epistolae*  
*authoris incommoda* Ald.

4. HEI QUANTO — MEA EST. *quantum* Goth. Bern. *Melior*  
*melior quanto* Putean. *est* Gall. duo alii et fortasse Bern. omittunt.  
 bant. Vers. 7. *Trist. carmen* Goth. a pr. m.

8. POSTULAT ILLE SIBI. *postulet* Hamburg. Pirckh. *Crevit*  
*ipse* Palat. prim. Goth. Gall. Busl. et septem.

9. FRONDEM IN SILVIS. *frondem silvis* Serv. et Seguer.  
*frondes silvis* Bern. Jun. alius et vett. edd. *aperto gramina campo*  
*Mollia* Goth. Put. et vett. edd. Vers. seq. *crevit* Goth. *quae*  
 Francof. pro v. scr. *credat* Voss. *sumit* Seguer. *aquam* Goth. et  
 decem scripti.

Gramina, nec pleno flumine cernit aquas: 10  
 Quid Priamus doleat, mirabitur, Hectore rapto,  
 Quidve Philoctetes ictus ab angue gemat.  
 Di facerent utinam, talis status esset in illo,  
 Ne mihi tristitiae caussa dolenda foret.  
 Tert tamen, ut debet, casus patienter amarus, 15  
 More nec indomiti frena recusat equi.  
 Nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram,  
 Consciis in culpa non scelus esse sua.  
 Saepe refert, sit quanta dei clementia; cuius  
 Se quoque in exemplis annumerare solet: 20  
 Nam quod opes teneat patrias, quod nomina civis,  
 Denique quod vivat, munus habere dei.  
 Te tamen, o si quid credis mihi, carius ille:  
 Omnibus in toto pectore semper habet,

14. Ut non. 23. carior.

11. QUID PRIAMUS — RAPTO. *doleat Priamus* Busl. Leid. *rim. capto* Leid. prim. *tracto* Goth. et Reg. pro v. scr. Mor. t tres.

13. 14. DI FACERENT — CAUSSA DOLENDA FORET. *Di faciant* Busl. *Ne sibi* Goth. v. scr. tres Heinsii. *Ut, sibi* exc. Foss. Francof. et tres; Reg. pro v. scr. *Ut mihi* Put. quinque alii et prim. ed. *Nil ut* Comb. *Ut cui* unus. *Nec non* Leid. *rim. Ne non* Seguer. Reliqui omnes scripti et impressi praeter eundem Palat. prim. Reg. Gall. Berol. Goth. a s. m. et duos alios, quorum scripturam recepimus: *Ut non.* In reliquis praeter quod Strozz.: *causa querenda*, Palat. sec.: *dolendo foret*, Pirckh.: *dolenda mihi*, omnes libri: *dolenda*: Vetus hoc mendum fortasse est et, i Putean. sequaris, tollendum coniectura: *docenda*. Adeo enim facilis ea est, ut Burmannus parum laudis ex illa sibi speraverit, isti optimorum etiam codicum scripturas sibi arrogaret, nugasque suo adderet.

21. NAM QUOD. *Iam quod* prim. Vatic. uterque Polit. Serv. Busl. Pirckh. Crev. et quatuor alii. *patrias teneat* Goth. Put. Busl. Leid. prim.

23. TE TAMEN — CARIUS ILLE. Ita Palat. prim. Goth. a s. m. sub ras. Guelf. et plurimi. *Tu* Gall. Seguer. *credas* Beol. *carior* prim. Vatic. uterque Polit. Serv. Leid. prim. Bern. etecum alii et vett. edd. *illis* Serv. Leid. prim. Bern. et ed. Metulae. Hos emendatissimos libros credebat Loersius, Mus. Rhen. p. 240. *illo* Reg. *illis* idem pro v. scr. Gall. Seguer. *carior* Busl. Heinsiana scriptura implicata est; *care habere* rectissime dicitur. Vers. seq. in tuto Serv.

- 25 Teque Menoetiaden, te, qui comitatus Oresten,  
 Te vocat Aegiden Euryalumque suum;  
 Nec patriam magis ille suam desiderat et quae  
 Plurima cum patria sentit abesse sibi,  
 Quam vultus oculosque tuos, o dulcior illo  
 30 Melle, quod in ceris Attica ponit apis.  
 Saepe etiam moerens tempus reminiscitur illud,  
 Quod non praeventum morte fuisse dolet;  
 Cumque alii fugerent subitae contagia cladis,  
 Nec vellent ictae limen adire domus,  
 35 Te sibi cum paucis meminit mansisse fidelem;  
 Si paucos aliquis tresve duosve vocat.  
 Quamvis attonitus, sensit tamen omnia, nec te  
 Se minus adversis indoluisse suis.  
 Verba solet vultumque tuum gemitusque referre;  
 40 Et te fiente suos demaduisse sinus;  
 Quam sibi praestiteris, qua consolatus amicum  
 Sis ope, solandus cum simul ipse fores.

25. comitavit. 28. sua. 40. immaduisse.

25. COMITATUS. *comitatur* Guelf. Leid. prim. *comitavit* fragm. Vatic. Rel. *cognovit* Busl. *meneucidem* Goth.

28. SENTIT AB. SIBI. *sensit* Goth. *abesse sua* Guelf. in ras. Put. Busl. Pirckh. Jun. Leid. prim. Berol. sub ras. Seguer. Rel. Crev. Reg. pro v. scr. et quinque alii. Vers. 29. *dulc. illic* Goth. a m. pr. Vers. 33. *contagia pestis* Jun.

36. VOCAT. *legat* Goth. a pr. m. *voceat* Seguer. *notat* Leid. pr. *notat* Rel.

37. SENSIT. *sensit* prim. Vatic. prim. Polit. Reg. Gall. Sec. Jan. Leid. pr. Francof. Crev. et septem ignoti cum prim. edit. Vers. seq. *ingemuisse* Busl.

39. VULTUMQUE TUUM GEMITUSQUE. *vultusque tuos* Goth. Leid. prim: et quatuor. *gemitumque tuum vultumque* prim. Palat. Francof. Gall. Jun. Bern. (sed: suum) Rel. Berol. *gemitusque tuos vultusque* Busl. In utraque hac scriptura suavis est gradatio et metuo, ut omnia enotata fuerint.

40. DEMADUISSE. *diniaduisse* Pirckh. *emaduisse* prim. Vatic. prim. Polit. Guelf. Palat. sec. Moret. et quatuor. *immaduisse* Gall. Jun. Rel. et sex. *tuos imm.* Rel. *sinus — suos* Palat. prim. Vers. seq. *Quid sibi* Put. Pirckh. *Quod sibi* Crev. *quid praest.* Seguer. *qua tu sol.* Goth. Vers. 42. *Bis ope* Palat. prim.

Pro quibus affirmat fore se memoremque piūque,  
 Sive diem videat, sive tegatur humo,  
 Per caput ipse suum solitus iurare tuūque, 45  
 Quod scio non illi vilius esse suo.  
 Plena tot ac tantis referetur gratia factis;  
 Nec sinet ille tuos litus arare boves.  
 Fac modo, constanter profugum tueare: quod ille,  
 Qui bene te novit, non rogat; ipsa rogo. 50

## V.

Annus assuetum dominae natalis honorem  
 Exigit: ite manus ad pia sacra meae.  
 Sic quondam festum Laërtius egerat heros  
 Forsan in extremo coniugis orbe diem.

[ 47. referatur. 3. egerit.

43. PIUMQUE. tuūque Bern. Medon. Vers. seq. tegetur  
 eid. pr. Vers. 45. tuum — suūque prim. Palat. prim. Vatic.  
 quatuor.

47. PLENA — FACTIS. et tantis Jun. et vett. edd. a tantis  
 eid. prim. reddetur Goth. referatur prim. Vatic. Palat. sec.  
 serv. Busl. Rel. Berol. quinque et edd. Rubean. et Novar. grat.  
 lectis Crev. et alius. gestis alius.

48. NEC — TUOS. Non Gall. prim. et quaedam edd. sinit  
 holf. Palat. sec. Francof. suos Leid. pr. Rel. sinit ille suos  
 leg. Gall. Serv. Jun. et quatuor. Vers. 49. tuearis amicū  
 holf. m. pr. Vers. 50. norat Mor. et duo. ipse Seguer. Berol.

## V.

Inscr. Apostrophe ad natalem uxoris Francof. Natalis uxoris  
 Berol. Ovidius dominae natalem gaudet adesse Pirckh. Berol.  
 celebrat natalem uxoris Ald.

2. MEAE. piae Serv. In sequenti versu Heinsianam cor-  
 rectionem loco movimus quamvis elegantem, sed ut libris nullis  
 tam, ita minime necessariam. Infr. 8, 13:

qui quondam miseris alimenta negarat;

12, 30: Illi, qui fueram.

- 5 **Lingua favens assit nostrorum oblita malorum:**  
 Quae, puto, dedit iam bona verba loqui.  
 Quaeque semel toto vestis mihi sumitur anno,  
 Sumatur fatis discolor alba meis.  
 Araque gramineo viridis de cespite fiat;  
 10 Et velet tepidos nexa corona focos.  
 Da mihi tura, puer, pingues facientia flammam,  
 Quodque pio fustum stridat in igne merum.  
 Optime Natalis, quamvis procul absumus, opto,  
 Candidus huc venias, dissimilisque meo.  
 15 Si quod et instabat dominae miserabile vulnus,  
 Sit perfuncta meis tempus in omne malis.  
 Quaeque gravi nuper plus quam quassata procella est  
 Quod superest, tutum per mare navis eat.  
 Illa domo nataque sua patriaque fruatur:

5. longorum. 15. Sique quod inst.

Art. am. 3, 659: *Questus eram, memini, metuendos esse sodales*  
 Fast. 6, 13: — *non quas praeceptor arandi*

Viderat, *Ascræas cum sequeretur oves;*

Met. 15, 101: *Nec sua credulitas piscem suspenderat hamo.*

5. **NOSTRORUM OBLITA MALORUM.** *longorum obl.* Busl. *obl. laborum* vett. edd. praeter Bonon. et Ald. codd. Jun. et f. tasse. Palatt. et Pirckh. Vers. seq. *Ut puto quae didic.* Jun.

8. **DISCOLOR.** *decolor* Put. Palat. sec. Leid. pr. sex ali. vett. edd. nostrae. Vers. 10. *vera corona* Busl. Bern. Vers. *facient. fumos* Leid. prim. pro v. scr. et duo. *pascentia* Franciscus. Vers. 13. *assumus* Goth. Vers. 14. *mei* Mor. Jun.

15. **SI — INSTABAT.** Non video, quid in hac plurimorum codd. scriptura culpari possit. *Sit quod et* Palat. prim. Franc. Serv. et duo. *Sic quod et instabit* Leid. prim. *Sitque quod* Reg. Put. Gall. Mor. Jun. Pirckh. Guelf. a sec. m. Bern. Berol. octo scripti, ed. Bonon. *Sicque quod* Busl. Seguer. Guelf. sub rasura aut: *Si quodque*, aut receptam a nobis scripturam buisse videbatur. *Si quid et* vett. edd. octo. *instabit* Mor. Jun. Leid. Reg. pro v. scr. *miserabile tempus* Putean. Seguer. f. Mor. pro v. scr.

16. **PERFUNCTA.** *defuncta* Goth. Reg. Put. Gall. Pirckh. Leid. prim. Bern. Berol. Rel. duodecim et ed. Bonon. *meis* per in o. Seguer. Vers. seq. *est* abiicit Goth.

18. **NAVIS.** *puppis* prim. Palat. et unus Vatic. Vers. *domoque* Palat. prim. *patriaque sui nataque* Busl. Mor. Leid. *sua pro meque* Rel. *patria fruatur* Guelf.

**Erepta hæc uni sit satis esse mihi.** 20  
**Quatenus et non est in caro coniuge felix,**  
**Pars vitæ tristi caetera nube vacet.**  
**Vivat, ametque virum, quoniam sic cogitur, absens,**  
**Consumatque annos, sed diuturna, suos;**  
**Adiicerem, et nostros: sed ne contagia fati** 25  
**Corrumpant, timeo, quos agit ipsa, mei.**  
**Nil homini certum est: fieri quis posse putaret,**  
**Vt facerem in mediis hæc ego sacra Getis?**  
**Aspice, ut aura tamen fumos e ture coortos** 30  
**In partes Italas et loca dextra ferat.**  
**Sensus inest igitur nebulis, quas exigit ignis:**  
**Consilium fugiunt caetera pæne meum.**

## 24. Consummetque.

20. **EREPTA HÆC.** *Ereptam hæc* Leid. prim. *Ereptamque hæc* Rel. *Erepta hanc* Guelf. a sec. m. *Erepta hac* Palat. sec. Mor. *Erepta hoc* ed. Bonon. *Ereptam hanc* Bern. et tres. *Ereptamque uni* Goth. et duo. *sint satis* Serv. Vers. seq. *Quatenus hæc* Palat. prim.

24. **CONSUMATQUE.** *Consumetque* Serv. Hinc Heins. edendum putavit: *Consummetque*, cum vulgatam olim ad Fast. 3, 166. grege illustrasset. *sic diuturna* Goth. Bern. Gall. *annos sic* amore meo Mor. pro v. scr.

25. **ADIICEREM, ET NOSTROS.** *Addem* Goth. *Adiicerem nostros* Serv. Busl. Leid. prim. Rel. Crev. et tres. *contag. vite* Goth. m. pr. Vers. seq. *Corrumpent* Goth. *quos agit* Richel. *agis* Beguer. *illa* Goth. Gall. Moret. Busl. et prim. ed. Vers. 27: *Nil hominum* Busl. *est* Gall. et duo debebant. Vers. 28, *in expungebant* Gall. Pirckh. et Rel. *hæc quoque* Put. Gall.

29. **ASPICE — ETC.** *Inspice* duo libri. *aura tamen* prim. Polit. Stroz. Pirckh. *aura tumens* in Ald. prima extat. *aura levis* Bern. Reland. *fumoso thure* Leid. prim. *cohortos* Goth. pr. m. Guelf. *cohortos* Berol. *cohortes* prim. Vatic. Palat. sec. *creatos* Bern. et alius. *coruscos* Leid. prim. et tres. *coactos tres.* Vers. seq. *loca iussa* Gall. Moret. et tres. *sacra duo.*

31. **SENSUS — ETC.** *adest* Bern. *inest aliquid* Gottorp. *quis erigit* Bern. *exerit* alius. *egerit* Francius volebat.

32. **CONSILIVM — MEVM.** *pene tuum* Guelf. Putean. Seuer. exc. Voss. quatuor alii et Reg. cum Rel. pro v. scr. *Locus aperte corruptus:* Quod Heinsius in notis impressis coniciebat: *num, in schedis vero de καρυομαντεία* scholiasten Statianum ad Theb. 4, 411; 10, 599. conferri iubebat, *divinatione opus est, quid sibi voluerit.* Tentabamus olim:

*Exsilium fugiunt caetera nempe meum;*

- Consilio, commune sacrum cum fiat in ara  
 Fratribus, alterna qui periere manu,  
 35 Ipsa sibi discors, tanquam mandetur ab illis,  
 Scinditur in partes atra favilla duas.  
 Hoc, meminī, quondam fieri non posse loquebar,  
 Et me Battiades iudice falsus erat.  
 Omnia nunc credo, cum tu non stultus ab arcto  
 40 Terga vapor dederis, Ausoniamque petas.  
 Haec igitur lux est, quae si non orta fuisset,  
 Nulla fuit misero festa videnda mihi.  
 Edidit haec mores illis heroisin aequos,

scilicet ut librarii in prima similium et vicinarum vocum syllaba eodem modo erraverint, quo mox in ultima deceptos vides; ut *exsilium* sit *locus exilii*, uti Pont. 1, 2, 106; ut ad *caetera* mente suppleatur: *praeter me*, uti similiter fit Pont. 3, 4, 53. Nihil *temerum* haec sunt ad eximiam et prope invidendam personati Claudii Civilis conjecturam propositam in Observ. misc. nov. t. I. p. 1371

*Consilio fugiunt aethera* Ponte tuum, ubi etiam *aetheris* pro *aëre* usum illustrat, de quo vid. Serv. ad Aen. 1, 89, 2, 113, 7, 65.

33. CONSILIO. *Consilium* unus Ciofani, Rottendorp. Jun. Guelf. Seguer. Berol. prima et vett. nostrae excepta Aldina edd. *set* Busl. *in aura* prim. Vatic. Vers. 35. *Discolor ipsa sibi tanquam* unus Vatic. Domitius Calderinus ad *Ibidis* vers. 35. *haec distichon* adhibet:

*Scinditur in partes geminoque cacumine surgit,  
 Scinditur in partes atra favilla duas.*

Vers. 36. *favilla suas* Goth.

37. HOC — ETC. *Haec* Goth. (fortasse a m. sec.) Serv. Bern. *quondam meminī* Richel. *fieri et non* Reg. Put. Gall. Palat. sec. Leid. pr. Seguer. *fieri haec non* prim. ed. *posse putari* Goth. *posse negavi* Serv. Vers. seq. *battiadas* Guelf.

39. CREDO. *credam* exc. Voss. Rel. *cum tu non culis* alius Vossii codex, unde Heinsius: *consultus*, vel, *compulsus*. alto Goth. Pirckh. Berol. et vett. edd. nostrae. *ab Istro* Richel.

41. HAEC IGITUR. *Haec ergo* Guelf. Goth. Palat. sec. Reg. Gall. Mor. Jun. septem alii et prim. ed.

42. VIDENDA MIHI. *mihī*, *fuit* transponit Goth. *videnda* dies Palat. prim. Jun. et quatuor.

43. HEROISIN. Hanc emendationem a docto viro acceperat Gronovius, Obs. 3, 3. Claudius Salmasius is erat. Atque: *heroidis* unus codex. Scaliger: *herodibus* voluerat, quomodo cod. Moreti habet. Plurimi libri cum vett. edd. octo: *heroibus*. *herodibus* Goth. *heroidibus* Reg. Gall. Bern. octo et ep. Bonon. et

Quis erat Eëtibn Icarinusque pater.

Nata pudicitia est, mores, probitasque, fidesque: 45

At non sunt ista gaudia nata die.

Sed labor et curae, fortunaque moribus impar,

Iustaque de viduo paene querela toro.

Scilicet adversis probitas exercita rebus.

Tristi materiam tempore laudis habet. 50

Si nihil infesti durus vidisset Vlixes,

Penelope felix, sed sine laude foret.

Victor Echionias si vir penetrasset in arces,

Forsitan Evadnen vix sua nosset humus.

Cum Pelia genitae tot sint, cur nobilis una est? 55

55. Pelia tot sint genitae.

scribit Serv. Busl. et tres. Heroibus aptos Berol. dotes illis her. aequas suadebat Schraderus.

44. ERTION. Positiani ante Scaligerum haec fuit coniectura, teste Gronovio. Plurimi libri cum vett. edd.: *Eurytion*. *Eurition* Guelf. Polit. sec., enonante Gronovio, Bern. Berol. *Euthicion* Palat. prim. *Q. fuit Euticion* Goth. *Eutyhicion* Palat. sec. Bern. *Ertion* Pirckh. *Euthicion* Crev. *Eucation* Polit. prim. *Euricon* Rel. *Ertion* unus. *Euehion* Seguer. *Eotion* unus Heinsii.

45. MORES. *moris* prim. Vatic. prim. Polit. Guelf. Palat. sec. Jun. Reg. Busl. Francof. et quinque. *morem* Leid. prim. *more* exc. Voss. *morum eadem* cum Reg. pro v. scr. Serv. et quinque. *nobis* Crev. *secum* Gall. et Rel., quod in editis nescio quibus, neque enim nostris ad Aldinam usque secundam, inventum probabant Roverus, Bersmannus, Faber; ac si modo certa fide traditum esset, posset sane aut ipsum probari, aut coniecturis locutus esse: *sensus, serum*. Nunc, ut res est, vulgatam non mutaverim correctione Gruteri: *oris*, Heinsii: *et honor*. Cfr. Senec. Agam. 112: *Periere mores, ius, decus, pietas, fides* etc.

46. AT NON — FIDE. *Sed non* Palat. prim. Gall. *At sunt* non ista Goth. *gaudia nota fide* Leid. prim. Seguer. *nata fide* Guelf. pro v. scr. a pr. m. Palat. sec. Reg. Putean. Mor. Crev. septem alii, prima et vett. edd.

50. TRISTI — HABET. *Tristis* Pajatin. prim. *Materiam* tristi Vinc. Bellov. sp. hist. 7, 119. *laudis habes* unus Italicus, probatus Heinsio. Vers. seq. *infestum* Bern. Vers. 52. *felix* si sine laude Guelf.

53. ECHIONIAS — ARCES. *Echionidas* Bern. *si vix* Palat. prim. *transisset* prim. Vatic. Hafniensis. *remeasset* Rel. *ad arces* Moret. Busl. *in urbes* Leid. prim. Vers. seq. *Evadnem* Reg. *Evagnen* Palat. prim. Mor. Jun. Leid. pr. Berol. *euenteen* Goth. *Evannem* Guelf. Bern. *Euganen* Pirckh. *sua posset* Goth.

55. CUM — SINT. *genitae Peliae* Busl. *Peliae* Reg. Put.



Nempe fuit misero nupta quod una viro.  
 Effice, ut Iliacas tangat prior alter arenas:  
 Laodamia nihil, cur referatur, erit.  
 Et tua, quod malles, pietas ignota maneret,  
 60 Implere ventis si mea vela sui.  
 Di tamen et Caesar dis accessure, sed olim,  
 Aequarint Pylios cum tua fata dies;  
 Non mihi, qui poenam fateor meruisse, sed illi  
 Parcite, quae nullo digna dolore dolet.

---

 VI.

**T**u quoque, nostrarum quondam fiducia rerum,  
 Qui mihi confugium, qui mihi portus eras;

56. Nupta — nempe. 59. mallem. 60. Implere.

Gall. Jun. viginti Heinsii, nostri Goth. Guelf. Berol. Crev. prima et vett. edd. excepta Aldina. *Pelias natae* Moret. Seguer. *natae Pelias* Leid. prim. *tot sint genitae* Serv. et quinque Heinsii, languidiore oratione. Pro reliquis: *cur cognita nobis* Reg. Puttan. Busl. Jun. Leid. pr. duodeviginti Heinsii, Goth. Bern. Seguer. *Bel.* prima et vett. edd. excepta tamen Bononiensi. *cur agnita nolle* Gallicus.

56. NEMPE — NUPTA. *Nupta — nempe* solus Busl.

57. PRIOR. *prius* Goth. Jun. Pirckh. quatuor alii *probante* olim Heinsio. Vers. seq. *Laudomia* Guelf. *referatur habet* Gall. Busl. Rel. et sex.

59. QUOD — MANERET. *quod nolles* Mor. pro v. scr. Jun. *quod mallem* prim. Polit. prim. Medic. exc. Voss. Quidquid *habe* scripturae boni inest, vulgata habet, sed quiddam etiam amplius; ipse agnosces: nobis a libris stetisse abunde sufficit. *ignota fuisse* Put. Busl. Jun. Bersm. et vett. edd.

60. IMPLERENT. *Implerunt* Reg. *Implissent* Mor. Reland. Vers. 61. *tamen o Caes.* Goth. Vers. 62. *Pylios ut sua* Felt. ed. Bonon. Vers. ult. *Parcite sed nullo* Palat. prim. *digna* *libors dolet* Busl. exc. Voss. *nullo dmna* Goth. *dolore fuit idem* pro v. scr.

---

 VI.

Inscr. *Ad amicum Francof.* Berol. *Conqueritur Naso quoniam fit pondus amico* Pirckh. Berol. *Rogat amicum quendam, et discedat ab officio* Ald.

2. QUI MIHI CONFUGIUM. *Qui modo* Rel. Berol. *consilium* Mor. *refugium* Goth. m. pr.

Tu quoque suscepti curam dimittis amici,  
 Officiiue pium tam cito ponis onus?  
 Sarcina sum, fateor; quam si tu tempore duro  
 Depositorus eras, non subeunda fuit.  
 Fluctibus in mediis navem, Palinure, relinquis?  
 Ne fuge; neve tua sit minor arte fides.  
 Numquid Achilleos inter fera proelia fidi  
 Deseruit levitas Automedontis equos?  
 Quem semel excepit, nunquam Podalirius aegro  
 Promissam medicae non tulit artis opem.  
 Turpius eiicitur, quam non admittitur hospes.  
 Quae patuit, dextrae firma sit ara meae.  
 Nil, nisi me solum primo tutatus es; at nunc  
 Me pariter serva iudiciumque tuum.  
 Si modo non aliqua est in me nova culpa, tuamque  
 Mutarunt subito crimina nostra fidem.

3. Tu modo s. caussam. 11. numquid.

3. TU — CURAM. *Nunc quoque* Goth. Reg. Pirckh. *Tu* modo codex Voss. et Gottorp. *suscepti causam* Comb. Burmannus primum de Puteaneo mendacium dicit, deinde octo codices a versa b. huc adlibet, tum scripturam codicis non optimi, incertum, probaveritne cupidius, an explicuerit absurdius; non memini C. Julium Hyginum causidicum dici; postremo *se praetulisse* dicit, cum Heinsii iudicium in schedis perscriptum secutus sit. Vers. seq. *Officiumque* Busl. *pii* Busl. Gall. Leid. prim. *opus* Put. Moret. ed. Bononiensis.

5. QUAM — DURO. *quam si nunc* Palat. prim. Crev. *quam si modo* Goth. Reg. Mor. Francof. quinque alii et prim. ed. Heinsii. *si non tempore nostro* prim. Polit. Palat. sec. Guelf. sub rasura, nisi me fallit coniectura, et tres alii. *si nunc tempore nostro* Bersm. et tres. *si non tempore nullo* Putean. Seguer. *si nec tempore multo unus. si nunc tempore in isto* Busl. Postremo, si Reg. v. scr. Jun. Leid. pr. et tredecim Heinsii ignotos, nostros Rel. Crev. et vett. edd. detraxeris, quos libros secuti sumus in recepta scriptura, tum Gall. et duos, qui in illa: *tempore longo* habebant, qui restant codices: *si tu tempore nostro.* Vers. seq. *subeunda foret* exc. Voss.

10. LEVITAS. *pietas* exc. Voss.

11. EXCEPIT, NUNQUAM. *accepit* Bersm. Palat. sec. Busl. *numquid* Comb. non inconcinne, et accedente fortasse uno vel altero. Sed apte etiam per vulgatam oratio variegatur. Vers. 14. *Que patitur* Guelf. *paruit* Berol. et vett. edd. Vers. 15. *me primum solum* Goth. *primo sectatus es* Put.

- Spiritus hic; Scythica quem non bene ducimus aurum  
 20 Quod cupio, membris exeat ante meis,  
 Quam tua delicto stringantur pectora nostro,  
 Et videar merito vilior esse tibi.  
 Non adeo toti fatis urgemur iniquis,  
 Vt mea sit longis mens quoque mota malis.  
 25 Finge tamen motam; quoties Agamemnone natum  
 Dixisse in Pyladen verba proterva putas?  
 Nec procul a vero est, quod vel pulsarit amicam:  
 Mansit in officiis non minus ille suis.  
 Hoc est cum miseris solum commune beatis;  
 30 Ambobus tribui quod solet obsequium.  
 Ceditur et caecis, et quos praetexta verendos  
 Virgaque cum verbis imperiosa facit.  
 Si mihi non parcis, fortunae parcere debes;

19. SP. HIC — AURA. in *Scyth.* Gall. Pirckh. quem nondum duc. Berol. non benedicimus Guelf. sub ras. ducimus Leid. prim. Pirckh. Rel. ora Palat. prim. Francof. Bern. et tres. Vers. 21. deiectu Reg. pro v. scr. frangantur Leid. pr. Bern. tingantur Pirckh.

22. ESSE TIBI. esse meo Bern. Vers. seq. fatis totis urg. Goth. Bern. totis fatis Put. Gall. Busl. Jun. Bersin. Rel. Berol. Crev. et vett. edd. Non video Heinsium coniecisse: agitur, nec novum foret Burmannum ineptias illi tribuisse, quas scilicet refutare posset.

26. VERBA — PUTAS. improba verba prim. Vatic. prim. Polit. Guelf. Palat. sec. Francof. Reg. Gall. Mor. Serv. Busl. octo Heinsii, Rel. Seguer. Berol. Crev. et prim. ed. impia verba Bern. turpia verba exc. Voss. tristia verba Jun. alius. aspera verba unus. putes Goth. m. pr. Gall. Moret.

27. NEC — PULSARIT. Nam procul Mor. pro v. scr.: quod non puls. Palat. uterq. Goth. prim. Vatic. Reg. Gall. Mor. Serv. Busl. Jun. Leid. pr. exc. Voss. Pirckh. Bern. Rel. Crev. quatuordecim alii et pr. ed. quod nec puls. Seguer. quod et hic puls. Put. quin vel puls. Gottorp. Goth. v. scr. quin et puls. Berol. quia non puls. Comb. pulsavit Pirckh. ed. Bonon. Vers. seq. officiis — suis Goth. nec minus ille exc. Voss. et alius. nec minus ipse meis Bern.

30. OBSEQUIUM. officium Goth. Put. Busl. Pirckh. Rel. Francof. pro v. scr. undecim alii et ed. Bonon. Schraderus hoc distichon imperiosius proscribat.

31. CEDITUR. Creditur Pirckh. et edd. vett. ante Aldum. Glossa cod. Pirckh.: Et hodie potestates verbis heroicis virgam imperiosam portant in civitate mea, unde natus sum, Balini. Litem

Non habet in nobis ullius ira locum.  
 Elige nostrorum minimum minimumque laborum; 35  
 Isto, quod reris, grandius illud erit.  
 Quam multa madidae celebrantur arundine fossae,  
 Florida quam multas Hybla tuetur apes;  
 Quam multae gracili terrena sub horrea ferre  
 Limite formicae grana reperta solent; 40  
 Tam me circumstant densorum turba malorum:  
 Crede mihi, vero est nostra querela minor.  
 His qui contentus non est, in litus arenas,  
 In segetem spicas, in mare fundat aquas.

36. Illo, quo reris.

le virga illa moveri operae pretium non erat: poterant tamen docti  
 ni meminisse commentaculae flaminum.

34. ULLIUS IRA LOCUM. unius ira Gall. vulneris ira Got-  
 torp. iam nova plaga locum Leid. prim.

35. MINIMUM — LABORUM. parvum nimiumque lab. Leid.  
 prim. minimum de parte lab. Herculan. Gottorp. pro v. scr. do-  
 orum Putean. malorum Goth. Guelf. sub ras. Bersm. Reg. Jun.  
 Seguer. Berol. et quinque.

36. ISTO, QUOD RERIS. Illo prim. Vatic. prim. Polit. Palat.  
 ec. et alius. quod quereris Busl. Bern. Berol. tres et prim. ed.  
 Heins. quod quaeris Hamburg. Leid. prim. recte, si de problemate  
 sto mathematico ageretur. quo reris prim. Politiani, non absurde.  
 sed quod reris Rel.; atque eo ducit reliquorum omnium scripto-  
 rum impressorumque scriptura: quo quereris. Peccatum in inter-  
 lectu primum fuisse puto ita: quod; reris, inde autem factum:  
 quoq; reris. Confirmat hanc suspicionem Goth., in quo: quo gre-  
 ps extat, et supra ascriptum utriusque vocis: vel, quod. Vers. seq.  
 grand. istud Goth.

37. MULTA — CELEBRANTUR. multe Guelf. multae madida  
 Palat. prim. et plus viginti. velantur exc. Voss. celentur vett.  
 add. ante Ald. celebrantur Erfurtanus a Zinzerlingio inspectus,  
 nostri Relandinus et, quo auctore id servamus, Goth. celantur  
 reliqui.

41. CIRCUMSTANT. Ita Reg. Put. Jun. Bersm. Bern. et  
 undecim alii Heinsii; sed quod ille primas editiones antestatur, fal-  
 situr. circumdant Palat. sec. et Pirckh. circumdat prim. Vatic.  
 prim. Polit. Guelf. Rel. et alius. circumstat reliqui libri. Vers.  
 eq. mihi non est Busl. Jun. duo et prim. ed. est abiicit Moret.  
 qua querela Seguer.

44. IN — FUNDAT. segetes Palat. prim. Put. Mor. et qua-  
 uor. fundit Serv. Leid. pr. Pirckh. Bersm. Bern. Seguer. fudit  
 Francol. fundet Palat. sec.

45 Intempestivos igitur compesce furores,  
Vela: nec in medio desere nostra mari.

---

VII.

Quam legis, ex illa tibi venit epistola terra,  
Latus ubi aequoreis additur Ister aquis.  
Si tibi contigerit cum dulci vita salute,  
Candida Fortanae pars erit una meae.  
5 Scilicet, ut semper, quid agam, carissime, quaeris:  
Quamvis hoc vel me scire tacente potes.

45. timores. 3. contingit. 4. manet.

45. COMPESCE FURORES. *depone* Leid. prim. timores Goth. a. pr. m. Reg. Mor. Busl. Jun. Leid. prim. Pirckh. Guelf. Bern. Seguer. Rel. Crev. Bersm. quindecim alii cum prim. ed. Hoe Heinsius probaverat; nos antiquavimus, quia ad argumentum totius eclogae minime quadrat. dolores Goth. a s. m. Quod reduximus rusticus dictum fateor. Illud igitur unice verum puto, quod Berol. tantum et ed. Bonon. servarunt: *tumores*; vid. Benth. ad Hor. art. poet. 197. Ruhnken. dictatt. ad Her. 8, 57. Forcellin. in lexico. Vers. ult. omnes libri praeter Gall. Moret. Serv. Guelf. Bern. Rel.: *neque in*.

---

VII.

Inscr. *Ad amicum Francof. Periculum dicit loci et gentis* Berol. *Exul se Naso miserum fore narrat amico* Pirckh. Berol. *Narrat miseriam suam et habitus et mores Getarum* Ald.

1. EX ILLA. *a Scythica* Pirckh. et vett. edd. nostrae omnes. Ciofani quosdam libros ita habuisse credibile est; de tribus Heinsianis quod Burmannus dicit, error videtur. *epistola nostra* Berol.

2. ADDITUR ISTER. Ita Palat. uterque, prim. Vatic. Guelf. prim. Polit. Put. Gall. Serv. Busl. Jun. Bern. septem alii et Mor. pro v. scr. *Ister aditur* Goth. Reg. Mor. Francof. Seguer. Rel. Berol. Bersm. Crev. sex alii, prima et vett. edd. *labitur Ister* unus Heinsii. *iungitur Ister* reliqui libri.

3. CONTIGERIT. Sic Palat. prim. Goth. Seguer. Reg. pro v. scr. octo alii et prima editio. *contigit* Rel. *continget* Serv. *contingat* Leid. pr. et alius cum vett. edd. nostris. *contingit* reliqui libri.

4. PARS ERIT. Ita Palatinus primus et alius. Reliqui libri omnes: *pars manet*.

Hum miser! haec brevis est nostrorum summa malorum;

Quisquis et offenso Caesare vivet, erit.

Turba Tomitanae quae sit regionis, et inter

Quos habitem mores, discere cura tibi est? 10

Mista sit haec quamvis inter Graecosque Getasque,

A male pacatis plus trahit ora Getis.

Sarmaticae maior Geticaeque frequentia gentis

Per medias in equis itque reditque vias.

In quibus est nemo, qui non coryton et arcum 15

Telaque vipereo lurida felle gerat.

Vox fera, trux vultus, verissima Martis imago:

Non coma, non ulla barba resecta manu.

Dextera non segnis fixo dare vulnera cultro,

Quem vinctum lateri barbarus omnis habet. 20

→ Vivit in his igitur tenerorum lusor amorum;

11. Graiosque. 21. in his eheu ten. oblitus am.

7. HAEC BREVIS — MALORUM. *et brevis Comb. laborum*  
Reg. Leid. prim. alius et vett. edd. exceptis Bonon. et Ald.

8. VIVET. *vivit prim. Vatic. Guelf. a pr. m. Mor. Jun. et*  
*duo. vivat cod. Bersm.*

10. DISCERE — EST. *dicere Palat. prim. Busl. Mor. Leid.*  
*pr. Jun. Rel. et prim. ed. mihi Mor. prim. ed. est omittit Be-*  
*rol. habitem montes Goth.*

11. GRAECOSQUE. *Scythicosque Gall. Graiosque Combii.*  
*Vers. seq. De male cod. Bersm. Pirckh. male baocatis Seguer.*  
*peccatis Goth. placatis quaedam editiones et fortasse Palat. sec.*

Vers. 13. *Sarm. gentis — frequ. maior Goth. Scythicaeque unus.*  
*potentia gentis Put. Vers. 15. Improbus et nemo Gall. corinton*  
*nonnulli. cornicon Pirckh. cum glossa: vestem de corio. arcus*  
*Junianus.*

16. LURIDA. *livida Goth. cod. Bersm. exc. Voss. Pirckh.*  
*Leid. prim. ed. Bonon. lubrica unus Vatic.*

17. MARTIS IMAGO. *Heinsii est correctio; libri: mortis,*  
*miserrima (?) mort. Goth. tristissima idem in marg. Vers. seq.*  
*Nec coma nec ull. Goth. m. pr. Berol. prim. ed. non docta Stroz.*

19. DEXTERA — FIXO. *Dextra nec est Goth. Dextra est*  
*non Busl. segnis stricto quidam Ciofani libri, Reg. Put. Gall.*  
*Serv. et edd. inde ab Ald. sec. quaedam. segnis rigido Gottorp.*  
*vulnera ferro cod. Bersm. Vers. seq. iunctum Reg. Gall. Fran-*  
*cof. Palat. sec. Pirckh. Bersm. et decem cum prim. ed. iustum*  
*Bual. vinctum Crev. barb. hostis habet Palat. prim. Goth. Gall.*  
*exc. Voss. Pirckh. Leid. prim. Bern. et octo cum ed. Bonon.*

21. IN — AMORUM. *Haec scriptura, cui expulsa Heinsii*

Hos videt, hos vates audit, amice, tuus.  
Atque utinam vivat, et non moriatur in illis,  
Absit ab invisis et tamen umbra locis!

## 23. sed non.

correctione tantisper locum fecimus, Bernensis, duorum, Goth. scr. et veterum editionum nostrarum est, nisi quod Bonon. in cum Pirckh. Bersm. et tribus scriptis: *oblitus*. Vera non magis paulo tamen minus absurda est illa, quam editiones pleraeque in ab Aldina secunda et codices certe, aliqui ad illas collati habuerunt: *Vivit in his heu non vestrorum oblitus amorum*. Quae restant ordine recenseamus. *Vivit in illis nullus eorum oblitus amorum* prim. Vatic., in qua scriptura: *Vivit in his heu nullus eorum* Guelf. atque eodem modo, omisso tamen: *eorum*, Polit. prim. *his nullus horum heu oblitus* Polit. sec. Reg. *in his horum nullus oblitus* Putean. *in his heu non ullorum oblitus* Francof. *in his nullus tenerorum oblitus* Palat. sec. Berol. *in his heu me tenerorum doctor amorum* Serv. *Vivit eu nullius eorum oblitus amorum* unus ignotus Heinsii. Hactenus agnoscis male dissimelatum primo hemistichio mendum, quod violentius correctum videtur his: *Vivit in his igitur nostrorum oblitus amorum* Gall. et duorum in qua scriptura Busl. et duo: *vestrorum, igitur non vestrum* ob prim. ed. *Vivit in his vates tenerorum oblitus* Rel. Goth. v. e. *Nullus in his vivat armorum oblitus eorum* exc. Voss. His igitur et editorum scripturis, quas primo loco indicavi, prorsus nihil turbandum esse crediderim. At Palaëtinus primus cum tribus alia: *Vivit in his Naso tenerorum lusor amorum*, et in hac scriptura Goth: *tantorum lus.*, unus: *in his vates ten.* Auctoritas praestantissimi libri hoc adversatur, quod nomen suum nusquam illa prosodia poeta posuit, sed ubique correpta: *o*; deinde suspicio suboritur de postremo hemistichio, quod superius duobus, locis 3, 73. et 4, 10, 1. extat. Ita vero eum librum peccare et super vidimus 3, 1, 40.; 4, 4, 51., neque aegre ferendum est, quotiens ut et hoc in loco, quod libri praestantiores servarunt interpolatio speciem non habet. Fatendum est admodum moderate librari Italos rem suam gessisse videri, si, quod puto, veram scripturam Seguerianus codex servavit:

*Vivit in his heu Naso suorum oblitus amorum*;  
cuius scripturae disiectas partes non difficulter in plerisque sup-  
enotatis deprehendere possis. Vers. seq. *audis vates* Goth.

23. ATQUE — NON MOR. *O utinam* Gall. *vidues* prim. Vatic. *videat* Guelf. *vivas et non moriaris* Richel. *non et suadebat* Heinsius, *sed non* Burmannus edidit. Libri nihil mutant. Vid. Fran-  
Ritteri Elemm. gr. Lat. p. 141.

24. ET TAMEN. *ut tamen* Reg. *haec tamen* Gall. Sec. Busl. Pirckh. Leid. pr. Bersm. Rel. *haec cum* Bern. *nomen umbra* pro editionis nescio cuius scriptura Bersm. laudat.

armina quod pleno saltari nostra theatro, 23  
 Versibus et plaudi scribis, amice, meis:  
 il equidem feci, tu seis hoc ipse, theatris,  
 Musa nec in plausus ambitiosa mea est.  
 on tamen ingratum est, quodcunque oblivia nostri  
 Impedit, et profugi nomen in ora refert. 30  
 panvis interdum quae me laesisse recordor,  
 Carmina devoveo Pieridasque meas:  
 um bene devovi, nequeo tamen esse sine illis;  
 Vulneribusque meis tela cruenta sequor;  
 saeque modo Euboicis lacerata est fructibus, audet 36  
 Graia Caphaream currere puppis aquam.  
 Nec tamen ut lauder, vigilo, curamque futuri

29. Nec.

25. QUOD PLENO. *quid pl. Palat. prim. quod vestro vetti*  
*ld. nostrae. De novo carmine hinc exordiendo cogitavit Heins.*

27. NIL — THEATRIS. *Hic locus offensionem fuit Massonio*  
*t. Ovid. p. 72. Heynid ad Donat. vit. Virg. §. 41. Burmanno,*  
*phradero, aliis. Massoni correctioni:*

*Nil equidem feci — theatra,*

*e. nihili aestimayi, praestaret certe haec:*

*Nil equidem fidei, tu scis hoc ipse, theatris.*

alo tamen doctissimi Weichertii iudicio accedere (de Vario poeta  
 155.) et neque Pollionem, neque Varum, neque Gracchum, ne-  
 que nostrum poetam tragoedias, nisi recitationibus scripsisse statuo;  
 que adversantur, quae Massonius l. l. ex Ovidio de tragoediis  
 us dicta excerpit, si figurate enunciata putes. *scis haec ipsa*  
*egius.*

28. IN — EST. Hanc scripturam libri, in quibus extat, et  
 sa orationis commoditas satis tventur, ne altera mutetur, quam  
 nat. uterque; Goth. prim. Polit. Jun. Leid. pr. Pirckh. Pat.  
 all. Mor. Busl. Crev. et duodecim cum prim. et Bonon. edit.  
 ibent, quamque J. F. Gronovius probabat: *nec est plausus am-*  
*hiosa mea. In vulgata est abiiciunt Seguer. Rel. Berol. ambi-*  
*ga fuit. exc. Voss.*

29. NON TAMEN. *Nec tamen Put. Mor. Jun. alius. igno-*  
*m. Goth. m. pr. est deerat in Serv. Pirckh. Vers. seq. et*  
*puli nomen duo Heinsii. in urbe Gall. et duo. in ora prim. ed.*

36. GRAIA CAPHAREAM — AQUAM. *Grecia Goth. Gragia*  
*pheream Guelf. Nostra Pirckh. et duo. Capharea — aqua*  
*ri dimidio fere numero, quorum praestantiores Goth. Francof.*  
*n. Bern.*

37. NEC TAMEN. *Non tamen Goth. Put. Jun. Bersm. et*  
*ld. vett. Vers. 38. latuisset fuit Goth. m. pr. Vers. 39. fal-*



- Nominis, utilius quod latuisset, ago.  
 Detineo studiis animum, falloque dolores,  
 40 Experior curis et dare verba meis.  
 Quid potius faciam desertis solus in oris,  
 Quamve malis aliam quaerere coner opem?  
 Sive locum specto; locus est inamabilis, et quo  
 Esse nihil toto tristius orbe potest:  
 45 Sive homines; vix sunt homines hoc nomine digni,  
 Quamque lupi, saevae plus feritatis habent.  
 Non metuunt leges, sed cedit viribus aequum;  
 Victaque pugnaci iura sub ense iacent.  
 Pellibus et laxis arcent mala frigora braccis,  
 50 Oraque sunt longis horrida tecta comis.  
 In paucis exstant Graecae vestigia linguae:  
 Haec quoque iam Getico barbara facta sono.  
 Unus in hoc non est populo, qui forte Latine

41. solis desertus. 49. male. 51. remanent Graiae.  
 53. hoc populo nemo est.

loque labores codd. pauci, nec egregii cum vett. edd. excepta Bononiensi.

41. DESERTIS — ORIS. *desertus* Guelferb. a pr. m. Gall. Pirckh. Bern. Berol. Reg. v. scr. et vett. edd. excepta Bonon. *solis desertus* Serv. et duo alii. *desertis lapsus* Jun. *solus* in urb. Palat. prim. *in orbe* Reg. *in agris* unus. Vers. seq. *cogor opem* Palatt. Guelf. et duodeviginti. *cogor* Polit. uterque, Bern. Vers. 44. *Esse potest — orbe nihil* Bersm. Pirckh. et ed. Bonon. Vers. 45. *Sive homines specto vix sunt hoc* Bersm. Leid. p. Pirckh. *sunt vix* Busl.

47. NON. *Nec* Jun. Moret. et duo. Vers. seq. *ense tacet* Serv. ed. Bonon. *ense cadunt floril.* Berol.

49. LAXIS — MALA. *laxis* Put. Leid. pr. et tres. *laxi* Serv. Mor. *carent* Palat. prim. *pellunt* Put. Pirckh. *male* Heinsius corrigebat; vid. supra 3, 10, 19.

51. EXSTANT GRAECAE. *constant* Bern. *remanent* Leid. p. *Graiae* Mor. Rel. Berol. et duo. Vers. seq. *sono est* Reg. p. Serv. alii et vett. edd.

53. UNUS — POPULO. Ita Palatinus prim. et plurimi. *Unus* *unus* Bonon. *populo* deest a pr. m. in Goth. *nemo est populo* Serv. Guelf. a pr. m. et vett. edd. octo. *in hoc populo nemo est* Reg. Gall. Busl. Pirckh. Jun. Leid. prim. Bersm. Bern. Berol. tres et ed. Bonon. *in hoc populo nemo est* Put. Crev. et septem fallitur Burmannus. *in hoc populo vix est* prim. Polit. prim. Moret. *Est etiam hoc populo nemo* Moret. *Non est unus in hoc*

Quaelibet e medio reddere verba queat.  
 Ipse ego Romanus vates, ignoscite Musae, 55  
 Sarmatico cogor plurima more loqui.  
 En pudet, et fateor: iam desuetudine longa  
 Vix subeunt ipsi verba Latina mihi.  
 Nec dubito, quin sint et in hoc non pauca libello  
 Barbara; non hominis culpa, sed ista loci. 60  
 Ne tamen Ausoniae perdam commercia linguae,  
 Et fiat patrio vox mea muta sono,  
 Ipse loquor mecum, desuetaque verba retracto,  
 Et studii repeto signa sinistra mei.  
 Sic animum tempusque traho, meque ipse reduco 65  
 A contemplatu dimoveoque mali.

55. Ille. 66. submoveoque.

populo Rel. Vers. seq. Quolibet est medio Palat. prim. ex med.  
 iohannus.

55. IPSE EGO. Ille ego Put. Mor. Serv. Busl. (Leid. pr.  
 ersm. Guelf. Rel. Berol. Crev. undecim et prim. ed. Non recte  
 eiusus hoc probavit: ipse est invicem, pro mea parte. Cfr. su-  
 ra 2, 459. Fast. 3, 502; 6, 154. Ibidis v. 281. rec. nostr.  
 noscite culpas Reg. Busl. Crev. et duo. Vers. seq. Sarmatico  
 - voce loqui Francof.

57. EN PUDET. Heu pudet Rel. prim. ed. Et pudet Reg.  
 all. Seguer. et octo, ed. Merulae. Ita alibi Ovidius, vid. Loers.  
 l. Her. 17, 177. Vers. 59. Non dub. Goth. Jun. Seguer. Be-  
 l. Nec subito Palat. prim.

60. LOCI. est addunt Palat. sec. Reg. Busl. Bern. decem  
 i et vett. edd. hominis est Goth.

62. MUTA. missa Palat. prim. et unus Ciofani, fortasse  
 a ab illo diversus. mixta Serv. tuta Goth. m. pr. Put. Busl.  
 n. Seguer. quatuor alii et vett. edd. omnes. - Vers. 64. repeto  
 edii Goth. verba sinistra Gall. signa vetusta Seguer. sacra  
 sinistra Heinsius tentabat; non animadverterat, credo, signa re-  
 tere idem hic esse, quod pedem repeters apud Senecam ep. 22.

65. TEMPUSQUE — REDUCO. tempusque thoro Polit. sec.  
 apus retraho Busl. me sicque reduco Palat. prim. Reg. Gall.  
 r. Busl. Polit. prim. Crev. et quinque. sic meque Goth. sic me-  
 retendo unus. mecumque reduco Guelf. Francof. Palat. sec.  
 a. Serv. Berol. et septem. moestusque reduco unus Medic. tem-  
 que meum traho sicque reduco unus.

66. DIMOVEOQUE MALI. Sic Francof. Reg. Gall. Busl. Se-  
 r. Berol. Crev. decem alii et prim. ed. demoveoque Leid. prim.  
 moveorque unus Medic. summoveorque Bersm. summoveoque  
 self. ed. Bonon. sumoveoque Serv. et sex, commoveorque Jun.

Carminibus quaero miserarum obliviam rerum;  
Praemia si studio consequar ista, sat est.

## VIII.

**N**on adeo cecidi, quamvis abiectus, ut infra  
Te quoque sim, inferius quo nihil esse potest.  
Quae tibi res animos in me facit, improbe? curve  
Casibus insultas, quos potes ipse pati?  
Nec mala te reddunt mitem placidumve iacenti  
Nostra, quibus possint illacrimare ferae?  
Nec metuis dubio Fortunae stantis in orbe  
Numen et exosae verba superba deae?  
Exiget ah dignas ultrix Rhamnusia poenas,

68. consequor. 1. deiectus.

*semoveoque* reliqui libri. *malo* prim. Vatic. prim. Polit. Francof. exc. Voss. Gall. Mor. Busl. Bersm. Berol. Rel. Crev.

68. CONSEQUAR. *consequor* prim. Vatic. unus Medic. et alii Heinsii, Bern. Rel. Berol. *ista satis* Goth.

## VIII.

Inscr. *Ad amicum Reg. Ad invidum Francof. Ad inimicum* Berol. *Naso malis profugi gaudentem spernit (prospuit Berol.) acerbis* Pirckh. Berol. *Invehitur in quendam, quod se lacessit* Ald.

1. ABIECTUS. *deiectus* Leid. prim. et duo. *proiectus* „multi codices” secundum Burmannum, hoc est unus Gallicus. Efficaciam et acutam ambiguitatem vulgatae scripturae, quae et infortunatum et contemptum notat, non perspexit idem, recte alio editore adhibente Cic. in Catil. 2, 1: *se perculsum atque abiectum esse sentit* Vers. 2. *esse potes* Goth. Vers. 3. *in me dedit* duo scripti.

5. PLACIDUMVE. *placidumque* Goth. Reg. Put. Leid. prim. Guef. Bersm. novem alii, prima et vett. edd. Slichtenhorstius quidam Syll. epp. 3, p. 775. legebat: *iacentis*.

6. POSSINT. Ita Gottorp. Francof. Bern. Reland. *possunt* duo. *possunt* reliqui cum vett. edd. Vers. 8. *exos. signa praetorva* Goth.

9. EXIGET AH DIGNAS. Hoc pulchre exculpisse Heinsius putaverim e scripturis: *at dignas* plurimorum scriptorum et vett. edd., *as dignas* Pirckh. Rel. Crev. et prim. ed., *ast poenas*

**Imposito calcas quod mea fata pede.**

10

**- Vidi ego naufragiumque viros et in aequore mergi,  
Et: nunquam, dixi, iustior unda fuit.**

10. quid mea.

gnas Bern. *ad dignas* Leid. pr. Busl. *an dignas* Put. Guelf. m. sec. *a dignis* prim. Vatic. prim. Medic. Palat. sec. Morét. erv. et alius. *Exigit* Goth. Busl. *Exigis* Palat. sec. *iustas* rancof.

10. CALCAS — FATA. Ita scriptorum fere dimidiatus numerus et editi inde ab Aldivis ad Elzevirianos N. Heinsii, qui secundum codd. Palat. utrumque, Goth. Francof. Mor. Leid. pr. Iersm. Reg. v. scr. et decem alios: *quid mea* recepit. Hoc abruptam et hiulcam efficere orationem doctus vir Etonensis recte indicabat, qui Polit. prim. et Busl. scripturam: *qui mea* sequebatur. Praeterea *cur mea* Serv. Jun. Pirckh. Bern. et vett. edd. etc. *mea colla* Goth. Reg. Mor. prim. ed. probante Wakkero im. lit. p. 122.; *mea facta* vett. edd.

11. VIDI — MERGI. Hinc non multum discedunt libri: *naufragioque* prim. Medic. *navifragoque* Rottendorp. *virosque et in aequore* Jun. alius. *viros in aequore* Mor. Crev. *virosque sub aequore* Bersm. *in aequora* Guelf. Palat. sec. exc. Voss. Serv. Bel. *naufragium nautas et in aequore* Goth. v. scr. duo scripti. *naufragum nautas in aequora* Moret. cum octo aliis pro div. scr., et accurate notavit Heinsius. In Goth. pertinax rasura erat inter *viros et in*. Scio esse, qui et hunc locum et centum simillimos in his libris pro sanis nec difficilibus admodum habeant. Criticorum regionum pericula haec sunt, Heinsii:

*Vidi ego navifrago piratas aequore mergi,*

vel: *navifragum qui riserat*; quod posthac Burmannus secundus ad Anthol. Lat. 1, p. 138. probabat; vel: *navifragum ridentes*; editoris Etonensis:

*Vidi ego naufragium rapturos aequore mergi;*

Witthofii personati in Observ. misc. nov. t. 1, p. 139, 140:

*Vidi ego naufragio qui creverat, aequore mergi;*

adducto praeter alia Manilii loco 4, 126:

*Naufragiumque inter subitum censusque beatos*

*Crescendo cadet.*

Schraderi: *naufragium mersuros*;

Medenbach-Wakkerei: *naufragii fures et in aequore mergi*;

Charlesii: *Vidi ego naufragium rodentes aequore mergi*;

perum optio datur inter scripturam, ad quam ducit codex Beronensis, qui ita: *naufragium qui ros et in equ. m.*, sed quam replicare nolim:

*Vidi ego naufragium qui rosit, in aequore mergi,*

om, cui favet glossema in cod. Goth.: *Vidi submergentes homines mergi cum illis, quos submergebant, sed quae nec ipsa rem istam satis indicat:*

- Vilia qui quondam miseris alimenta negarat,  
 Nunc mendicato pascitur ille cibo.
- 15 Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat,  
 Et manet in nullo certa tenaxque loco.  
 Sed modo laeta manet, vultus modo sumit acerbos;  
 Et tantum constans in levitate sua est.  
 Nos quoque floruimus; sed flos erat ille caducus,
- 20 Flammaque de stipula nostra brevisque fuit.  
 Neve tamen tota capias fera gaudia mente,  
 Non est placandi spes mihi nulla dei;  
 Vel quia peccavi citra scelus, utque pudore  
 Non caret, invidia sic mea culpa caret;
- 25 Vel quia nil ingens ad finem solis ab ortu  
 Illo, cui paret, mitius orbis habet.

## 14. ipse.

*Vidi ego naufragium* qui mersit, in aequore mergi,  
 tertiam denique, quam coniectura assecuti sumus:

*Vidi ego naufragium* qui pressit, in aequore mergi.  
 Simplicia pro compositis poetae usurpant; *premere* pro *supprimere*  
 Virg. Aen. 12, 322. notante Servio et Heynio. Noster Am. 2, 11, 6.  
*Supprimere naufragium*, vel *naufragos* locutio vetus Juris Romani  
 est. Vid. Digest. 48, 8, 3, 4. e lege Cornelia: *item qui naufragium*  
*suppresserit*; ibid. 47, 9, 3, 8.: *quorum fraude, aut consilio*  
*naufragi suppressi per vim fuissent*. Sitne hoc occupatum ab  
 Iddekingio, qui de *Ovidio Juris perito* scripsit, nescio, cum libellum  
 nondum viderim. Vers. seq. *Et dixi nunquam Goth.*

13. NEGARAT. *negavit* Palat. prim. Busl. *negarunt* Goth.  
 a pr. m. *negabat* Goth. a s. m. Put. Jun. Berol. *negaret* Lei-  
 densis prim.

14. ILLE. *ipse* Palat. sec. Francof. Leid. prim. Jun. Put.  
 Mor. Busl. duodecim Heinsii, prim. ed. Guelf. Bern. Rel. Berol.  
 Hoc a prioribus receptum loco movimus, quia alterum tam appo-  
 situm est post illud: *vidi ego*, ut ne Francii quidem coniectura:  
*pascitur ecce magis*; *digitus* intenditur in Maenium, vel Nomentanum  
 aliquem. Vers. seq. *volatilis errat* Jun.

17. MANET. *venit* coniciebat Heinsius, *moveret* doctus Et-  
 nensis, *favet* Burmannus olim edidit, *meat* Jac. Gronovius, *nisi*  
 Francius, Schraderus et Santenius suadebant. *firma tenaxque*  
 Gothanus.

19. FLOS ERAT. *flos fuit* vett. edd. et scripti perpauc.  
 Vers. seq. *stip. parva brevisque* Goth. Vers. 21. *capias tota*  
*plena gaud.* Goth.

Scilicet ut non est per vim superabilis ulli,

Molle cor ad timidas sic habet ille preces.

Exemploque deum, quibus accessurus et ipse est,

→ Cum poenae venia plura roganda petam. 30

Si numeres anno soles et nubila toto,

Invenies nitidum saepius isse diem.

Ergo ne nimium nostra laetere ruina,

Restitui quondam me quoque posse puta;

Posse puta fieri, lenito Principe vultus 35

Vt videas media tristis in Vrbe meos:

Vtique ego te videam caussa graviore fugatum,

Haec sunt a primis proxima vota meis.

33. nostra nimium. 38. mihi.

27. NON EST PER VIM. *per vim non est* Put. et paucissimi  
am vet. edd. Vers. 29. *et ille est* Goth.

30. CUM — PETAM. *poena veniae unus. venia poenae duo.*  
eniam prim. ed. *multa roganda unus. regenda prim.* Polit. *ne-*  
anda Comb. *petenda* Bersm. Rel. *multa roganda putat unus*  
talicus et alius, vel quinque alii; non dignoscebam. Vide, quan-  
um distent iudicia Heinsii, qui deesse nonnulla putabat, et critici,  
no nostra aetas decoratur, qui superesse aliquid ita disputat: *sa-*  
us erat posito lacunae signo spuria delere, quam inutiles coniectu-  
as captare. Vere enim B. C. sic statuit, *poetam binos heroicis*  
um posuisset, adiecto pentametro *Molle cor, etc. incertum haesisse,*  
trum eligeret, lacunam deinde a librariis utcumque suppletam.  
haec ignorari nolebam. Coniectura certe opus est, aut Tan. Fa-  
ri, qui ita: *Cum poenae venia plura petenda dabit,*  
ut nostra: *plura rogare dabit;* utramque enim a litterarum dacti-  
as, si compendia librorum teneas, et a mente poetae non ad-  
modum recedere apparet; de structura in nostra vide supra lib. 2,  
18. et Burm. ad Fast. 5, 46.

32. ISSE. *esse* Guelf. Serv. Bual. Leid. prim. Seguer. Rel.  
erol. floril. Berol. et Murm. *nitidis* Bern., pro *nitide*, puto.

33. NIMIUM NOSTRA. *nostra nimium* Bersm. et unus Ita-  
pus. *laetare* Bersm. Mor. Jun. Crev. Vers. 35. *lenito Caesare*  
ern. Vers. 37. *Ut quoque te* Goth.

38. PROXIMA VOTA MEIS. *vota secundo* Moret. *mea est*  
rim. Polit. *mea* exc. Voss. Berol. Crev. et quatuor. *mihi* e  
coniectura Heinsius dederat.

## IX.

- O** tua si sineres in nostris nomina poni  
 Carminibus, positus quam mihi saepe fores!  
 Te canerem solum meriti memor; inque libellis  
 Crevisset siue te pagina nulla meis.
- 5 Quid tibi deberem, tota sciretur in Vrbe:  
 Exsul in amissa si tamen Vrbe legar.  
 Te praesens mitem nosset, te serior aetas:  
 Scripta vetustatem si modo nostra ferant.  
 Nec tibi cessaret doctus bene dicere lector;
- 10 Hic te servato vate maneret honor.  
 Caesaris est primum munus, quod ducimus auras;  
 Gratia post magnos est tibi habenda deos.  
 Ille dedit vitam; tu quam dedit ille, tueris,  
 Et facis accepto munere posse frui.
- 15 Cumque perhorreret casus pars maxima nostros,

3. solum meriti canerem. 6. legor. 7. te nosset. 8. ferant. 10. tibi. 15. perhorruerit.

## IX.

Inscr. Ad amicum suum Francof. Berol. Naso silet caneretur quod nomen amici Pirckh. Berol. Cur amici cuiusdam nomen non ponat in carminibus suis Ald.

3. CANEREM SOLUM MERITI. solum meriti canerem Serv. meriti solum canerem Crev.

5. QUID — TOTA — IN URBE. Quod Bersm. Pirckh. prim. ed. toto — in orbe exc. Voss. et tres.

6. LEGAR. Sic Palat. prim. Goth. a s. m. Gall. Leid. prim. Seguer. et octo alii. legor reliqui.

7. NOSSET TE. te nosset fragm. Vatic. Busl. Jun. nosset. vett. edd. Berol. et Guelf., qui post hanc vocem interpungit.

8. FERANT. Sic Goth. Richel. ferent Busl. Jun. Berol. duo; Mor. pro var. scr. tenent Crev. ferunt reliqui. Vers. Non tibi Gall. Jun. Pirckh.

10. HIC TE. Hic tibi Gall. Mor. Serv. Busl. Leid. pr. J. Seguer. Bern. Rel. Berol. Crev. decem et prim. ed.; Reg. v. scr. maneret amor Put. Vers. seq. duximus Busl. Rel. ram Pirckh. et duo.

13. ILLE — ILLE. Ipse Gall. et sex. quod dedit Reg. v. scr. cui dedit Busl. dedit ipse vett. edd. et fortasse Palat. Francof. et Pirckh. ad illarum similem collati; vide supra 3, 5, 53.

15. PERHORRERET. perhorruerit prim. Polit. Guelf. Bal

**Pars etiam credi pertimuisse velit,  
 Naufragiumque meum tumulo spectaret ab alto,  
 Nec dederit nanti per freta saeva manum;  
 Seminecem Stygia revocasti solus ab unda:  
 Hoc quoque, quod memores possumus esse, 20  
 tuum est.**

**Di tibi se tribuant cum Caesare semper amicos:  
 Non potuit votum plenius esse meum.  
 Haec meus argutis, si tu paterere, libellis  
 Poneret in multa luce videnda labor.  
 Nunc quoque se, quamvis est iussa quiescere, quin te 25  
 Nominet invitum, vix mea Musa tenet.  
 Utque canem pavidæ nactum vestigia cervæ  
 Luctantem frustra copula dura tenet;  
 Utque fores nondum reserati carceris acer**

17. *spectarit.* 25. *Se quoque nunc quamvis.*

*sec. Serv. et tres. Vers. seq. Est pars quae credit Crev. credi perpetuisse Palat. prim.*

17. **SPECTARET.** *spectavit Patavinus. spectasset Goth. v. scr. Vers. seq. dederat n. per fr. longa m. Goth.*

19. **SEMINECEM STYGIA — AB UNDA.** *Semianimem Put. Pirckb. ed. Bonon. Stygio — ab amne Gall. ab umbra exc. Voss. et alius, Goth. a s. m. ab aula Goth. m. pr. Vers. seq. est abiciunt Serv. Leid. pr. Berol. Vers. 22. Nec Goth.*

23. **SI TU PATERERE.** *sed tu Gall. tu si Putean. patiari Palat. prim. Bersm. et unus, vel duo; quod parum aberat, quin cum Bersm. reciperemus; vid. supra ad 1, 9, 56.*

25. **NUNC — IUSSA QU.** *Haec est Bersmanniani, Herculanei et aliorum Naugerii codicum scriptura, probata in schedis olim ab Heinsio, postea vero nescio quo fato posthabita commenticiae et asperrimae huic:*

*Se quoque nunc quamvis est iussa quiescere, quin te;*

*Libri scripti ita:*

*Nunc quoque quamvis est iam iussa quiescere;*

*exceptis quidem Francof., qui: Tum quoque, et Palat. primo et pmo Vaticano, qui: Quae quoque nunc. Impressi veteres nostri omnes sic: Nunc quoque iam quamvis est iussa quiescere.*

*Jacobus Roverus annotabat legi nescio ubi: Nunc quoque sed quamvis est iussa. Doeza filius suadebat: Nunc quoque quantumvis est iussa.*

28. **LUCTANTEM.** *Ita Goth. Bersm. Serv. Bern. Rel. codex Demsteri et fortassis unus, vel alter. Lustrantem Bubl. Lactantem Berol. Reliqui omnes cum vett. edd.: Latrantem. Sed ne-*



- 30 Nunc pede, nunc ipsa fronte lacessit equus:  
 Sic mea lege data vincta atque inclusa Thalia  
 Per titulum vetiti nominis ire cupit.  
 Ne tamen officio memoris laedaris amici,  
 Parebo iussis, parce timere, tuis.
- 35 At non parerem, si non meminisse putares:  
 Hoc quod non prohibet vox tua, gratus ero.  
 Dumque, quod o breve sit! lumen vitale videbo,  
 Serviet officio spiritus iste tuo.

35. nisi si. 37. lumen solare.

que: *frustra* huc quadrat, neque, si memini, canes bene morati in  
 vestigando latrant. Vers. 30. *nunc pressa fronte* Leid. prim.

31. INCLUSA THALIA. *inclusa voluntas* prim. Vatic. Guelf.  
 Palat. sec. *Eccos interpolatores versum 26. spectantes. inclusa*  
*Camœna* Serv. et duo. Vers. 33. *offic. veteris laed.* Goth.

35. SI — PUTARES. *sed non* Guelf. *nisi non* Gall. Leid.  
 prim. Berol. duo et prim. ed. *nisi me* Goth. Busl. et quatuor.  
*non non* Moret. *meruisse unus. putasses* Leid. prim. *Concedo*  
 non male scribi posse cum Heinsio:

*nisi si meminisse putares,*

vel cum Broekhusio: *nisi non meminisse veteres;*

in vulgata tamen culpari quidquam posse nego. Vers. seq. *Non*  
*hoc quod* Serv. *Quod quoque non* Rel. *Hoc quoque tres. lactus*  
*ero* Seguer.

37. LUMEN — VIDEBO. *lumen solare* Serv. Richel.; primat  
 editiones, quas laudat Heinsius, non sunt nostrae sec. XV. *lumen*  
*natale* Busl. et duo. *vitale tenebo* Bersm. et septem. *lumen vitale*  
 legitur Met. 14,175.

38. ISTE TUO. *ipse* Palat. sec. Bersm. Reg. Leid. prim.  
 Berol. novem alii et prima editio; Guelferb. fortasse sub rasura.  
*meo* Pirckh., a Gronovio explicatum: *quod ego exhibeo.* Utrum-  
 que, *ipse meo* Ciofanus in duobus suis se invenisse ait.

## X.

Inscr. *Ad amicos suos* Francof. *Periculum dicit loci et*  
*gentis* Berol. *Naso refert Scythicum quot frigora vidit ad his-*  
*trum* Pirckh. Berol. *Queritur iam triennium exulare in Ponte*  
*Aldina.*

## X.

Vt sumus in Ponto, ter frigore constitit Ister,  
 Facta est Euxini dura ter unda maris.  
 At mihi iam videor patria procul esse tot annis,  
 Dardana quot Graio Troia sub hoste fuit.  
 Stare putes, adeo procedunt tempora tarde,  
 Et peragit lentis passibus annus iter.  
 Nec mihi solstitium quidquam de noctibus aufert,  
 Efficit angustos nec mihi bruma dies.  
 Scilicet in nobis rerum natura novata est,  
 Cumque meis curis omnia longa facit?  
 An peragunt solitos communia tempora motus,  
 Suntque magis vitae tempora dura meae?  
 Quem tenet Euxini mendax cognomine litus,

## 11. Num.

2. FACTA EST EUXINI. *Euxinus* Palat. prim. *Facta* quae  
*Euxini* est Serv. *Fracta* nullus. Vers. seq. *Et mihi* Bern.

9. NOVATA EST. *morata* est Putean.

11. AN PERAGUNT — MOTUS. *Et peragunt* Palat. prim.  
*Num perag.* Jun. *Nunc perag.* Reg. *Dum perag.* Gall. *Non*  
*perag.* Rel. Crev. quatuor et prima editio. *Nec perag.* Guelf. a  
 s. m. *solitos non omnia tempora* Seguer. *tempora cursus* Put.  
 Guelf. et tres.

12. TEMPORA DURA MEAE. *tempora longa* Bersm. tres et  
 Francof. pro v. scr. *mihi* Mor. pro v. scr. *Burmannus* in hoc  
 disticho, ne gravius dicam, grammatici quatuor officia a Varrone  
 constituta: *legere, scribere, intelligere* et *probare*, deseruit omnia;  
 in hoc enim versu emendandum putat *longa*, quia praecesserit,  
 cum ne legatur quidem in vulgata; in superioris initio quid scri-  
 bendum esset e libris et e mente poetae, non vidit; denique quae  
 improbat et intelligi negat, tam sunt sana, quam quae ipse corrigit  
 et explanat insana. Vox *tempora* consilio, nec sine acumine re-  
 petitur, quemadmodum illa supra ad lib. 2, 376, indicata. Signi-  
 ficat autem illa praeter χρόνος et ποταμός etiam fortunam,  
 de qua re vide Lachm. ad Prop. p. 52., deinde momenta, non  
 uno modo; supra 4, 6, 40:

— *accedunt tempora parva malis;*

Martial. 7, 99: *Temporibus praestat nonnihil ille tuis;*

Metam. 13, 302: *Primaque sunt illis data tempora, caetera vobis;*

Pont. 2, 9, 50; 59.

13. QUEM — LITUS. *Quam tenet* Moret. et prim. ed. *Me*  
*tenet* Gall. *Euxinus* Goth. m. s. *cum nomine* Jun. *cognomine*  
*ralus* Palat. prim. *cogn. tellus* Guelf. Serv. quatuor et prim. ed.

Et Scythici vere terra sinistra freti.

- 19 Innumerae circa gentes fera bella minantur,  
 Quae sibi non raptò vivere turpe putant.  
 Nil extra tutum est; tumulus defenditur aegre  
 Moenibus exiguis ingenioque loci.  
 Cum minime credas, ut avis, densissimus hostis  
 20 Advolat, et praedam vix bene visus agit.  
 Saepe intra muros clausis venientia portis  
 Per medias legimus noxia tela vias.  
 Est igitur rarus, rus qui colere audeat, isque

C!

19. AVES. 23. qui rus.

cogn. tempus prim. Pollt. cogn. portus Francof. cogn. pontus Goth. Put. Gall. Busl. Bersm. Seguer. Bern. Rel. Crev. Reg. pro v. scr. undecim alii et vett. edd. quinque. Vers. seq. vere arca sinistra Palat. prim.

15. CIRCA GENTES. *gentes circa* Palat. prim. Reg. prim. ed. *circum gentes* Goth. exc. Voss. Gall. *gentes circum* Put. Francof. Leid. prim. Seguer. Bern. et sex cum vett. edd. *gentes contra* Busl. *gentes tutum* Jun. *gentes fera circum bella* Pirckh.

16. QUAE — RAPTO. Ita pariter Palat. prim. ac prim. Vatic. Guelf. exc. Voss. Serv. (sed hi quatuor cum quinto ignoto: *raptu*;) Polit. uterque, Palat. sec. Francof. Bersm. Reg. et decem alii. *Quas se non raptò vivere posse putant* Put. *Quas tibi non raptò numine turpe putant* Berol. *Et nisi de raptò vivere possent putant* Bern. Reliqui libri excepto Crev., qui scitu indigna, cum vett. edd.: *Quae nisi de raptò v. t. p.*

17. TUMULUS DEF. AEGRE. Ita Palat. uterque, Leid. prim. Busl. Bern. Rel. Francof. pro v. scr. octo alii et prima editio. Reliqui libri: *defenditur ipse. turris defend.* duo. *Tomis et def.* Wakkerus Am. lit. p. 123. In prioribus: *est delent* Moret. et Richel.

19. CUM — AVIS. *Quas minime* Gall. *Quod minime* Bern. et ed. Bonon.; fortasse Palat. sec. Francof. Seguer. *Cum bene vix credas* Richel. *aves* Guelf. Rel. Bersm. sex Heinsianos et vett. editiones habuisse constat; de Palatino primo et Seguer. tacentibus, qui illos contulerunt, vix liquet. Receptam scripturam ideo praestare vides, quia comparatio non in volando, sed in spissa frequentia est. Vers. seq. *Avolat* Goth. Vers. 21. *inter muros* Put. Mor. Busl. Jun. et novem. Vers. 22. *Martia tela* exc. Voss. *tela nociva* Gottorp. pro v. scr.

23. RARUS, RUS QUI. Libri: *Est igitur rarus qui iam colere audeat*, praeter quod: *igitur quis iam rarus colere* Reg. *iam audeat colere agros* Goth. *igitur qui iam colere agros audeat* Serv. At Palat. prim.: *igitur rurus* (de reliquis non constat). *Utraque*

Hac arat infelix, hac tenet arma manu.  
 Sub galea pastor iunctis pice cantat avenis, 25  
 Proque lupé pavidæ bella verentur oves.  
 Vix ope castelli defendimur; et tamen intus  
 Mista facit Graecis barbara turba metum.  
 Quippe simul nobis habitat discrimine nullo  
 Barbarus, et tecti plus quoque parte tenet. 30  
 Quos ut non timeas, possis odisse videndo  
 Pellibus et longa corpora tecta coma.  
 Hos quoque, qui geniti Graia creduntur ab urbe,  
 Pro patrio cultu Persica bracca tegit. 35  
 Exercent illi sociæ commercia linguae;  
 Per gestum res est significanda mihi.  
 Barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli,

## 32. tempora.

varietas adiuvare videtur Heinsii coniecturam, quam recepit, quia in Medoniano inventa dicitur ab Heinsio; quamquam in schedis illius libri scriptura ita notata erat, uti Burmannus edidit. Vers. 25. sub calamis past. Goth.

26. PROQUE LUPO — OVES. *Proque lupi fraude bella Leid. prim. Utque lupo p. bella ferentur o. Palat. prim. Hic fortasse voluit: Utque lupum pavidæ, bella veretur, oves.*

28. FACIT — TURBA. *facis Getis Palat prim. Gethis Reg. et duo. gentis Crev. Graiis paucissimi, nec cogniti, cum vett. edd. et fortasse Palat. sec. Bern. Seguer. barb. lingua Jun. et duo. Vers. seq. nobiscum habitat Palatini, Put. et quatuor cum vett. edd. Vers. 29. Sepe simul Goth. Vers. 30. parte capit Mor. et duo.*

31. QUOS UT NON. *Quorum ut non prim. Vatic. Guelf. a prim. man. Palat. sec. Francof. Reg. pro v. scr. et tres cum prim. ed. Non absurda interpolatio. Quos tu non Berol. Quos nunc ut Pirckh. odisse iuvanda Goth. a m. pr.*

32. CORPORA. *tempora Pirckh. unus Bonon. et vett. edd. pectora Goth. Reg. Busl. Rel. et quinque. Heinsio mutandi causa fuit legationis, quam ante imperium Petri primi Moscuam suscepit, recordatio. Vers. seq. Graia panduntur Serv. in urbe Reg. Put. Jun. et tres.*

34. PERSICA. *barbara Palat. prim. Reg. Serv. et tres alii; Francof. pro v. scr. Cum patrio scutu barb. Goth. Vers. seq. illi solitæ Jun. saevæ exc. Voss. patriæ Serv. Seguer. et duo. Geticæ Rel. Scythicæ Gall. et tres. Vers. 36. Per gustum Palat. prim. est testificanda Put. notificanda alius.*

37. QUIA NON. *qui non Goth. Guelf. Palat. sec. Beron. Jun. Reg. Bern. Rel. et tres. intelligor illis Goth. Vers. seq.*

Et rident stolidi verba Latina Getae;  
 Meque palam de me tuto mala saepe loquuntur,  
 40 Forsitan obiciunt exsiliumque mihi:  
 Utque fit, in me aliquid, si quid dicentibus illis  
 Abnuerim, quoties annuerimque, putant.  
 Adde, quod iniustum rigido ius dicitur ense,  
 42 Dantur et in medio vulnera saepe foro.  
 45 O duram Lachesin, quae tam grave sidus habenti  
 Fila dedit vitae non breviora meae!  
 Quod patriae vultu, vestroque caremus, amici,  
 Atque hic in Scythicis gentibus esse queror.

33

48. Quodque — partibus.

*Derident*, Jun. quidam alii et vett. edd. Verss. 38. ad 41. in margine habet Goth.

39. DE — MALA. *tuto te me* Put. Jun. Serv. Bersm. quatuor et prim. ed. *mala* Francof. et quinque Heinsiani, Guelf. Berol. Graex. et vett. edd. *mala multa* Bersm. Seguer.

41. UTQUE FIT — SI QUID. *Utque sit* scripti nonnulli cum vett. edd. *aliquid siquidem dicentibus* Guelferb. Palat. sec. et tres Heinsii; Moret. pro v. scr. *aliquid forsitan dic.* Busl. Vers. seq. *Annuerim qu. abnuerimque* Reg. Jun. et tres. *annuerimque puto* Mus. Bonon. Heinsius olim correxerat ita:

*Utque fit, in me aliquid dici praesentibus illis*

*Abnuerim quoties annuerimque, puto.*

postea distichon spurium pronunciavit. Santenius tentabat: *aliquid sceleris dicentibus*. Si de praepositionis in usu evolveris Hand. Tursell. t. 3. p. 311. n. 18; de verbo *putare* Serv. ad Aen. 6, 332; 8, 522. et Nonium suo loco; si perspexeris si quid *abnuerim* innuere raro id factum esse, quoties *annuerim* autem rem frequentiore notare, nihil, ut opinor, desiderabis.

43. INIUSTUM — DICITUR ENSE. *et iustum* Guelf. sub ras. Palat. seq. *ducitur esse* Palat. prim. *ducitur* Reg. Moret. Busl. Jun. Leid. pr. Pirckh. Goth. Guelf. a sec. m. Bern. Seguer. Rel. octo alii et ed. Bonon. *sumitur ense unus, stringitur ense* alius. Vers. 45. *O diram* Goth. (?) Mor. Serv. alius.

48. ATQUE — GENTIBUS. Sic Palat. prim. Goth. Busl. Bersm. Francof. Bern. et in primis voculis, de quibus quam maxime lis est, Jun. *Meque quod in*, et pro v. scr.: *Utque haec in* Reg. *Atque quod in* Put. Pirckh. *At quoque in* Leid. prim. *Atque hoc in* prim. ed. *Atque haec in* Moret. Serv. Seguer. et vett. edd. *Quodque hic in* Rel. Berol. Crev. *Utque habitem in* Gall. *Quique in his Scyth.* Palat. sec. *Sumque quod in Scythicis gentibus ipse queror* Guelf. a sec. m. *Scythicis finibus* Leid. prim. Berol. et tres. *Geticis finibus* Put. et duo. *Geticis partibus* Jun. et alius. *esse miror* Goth. m. pr. Sed scito deesse codd. Italo-

Uttraque poena gravis; merui tamen Vrbe carere,  
 Non merui tali forsitan esse loco. 160  
 Quid loquor ah demens? ipsam quoque perdere vitam  
 Caesaris offenso numine dignus eram.

---

 XI.

Quod te ne cio quis per iurgia dixerit esse  
 Exsulis uxorem, litera questa tua est.  
 Indolui; non tam mea quod fortuna male audit,  
 Qui iam consuevi fortiter esse miser;  
 Quam quod cui minime vellem, sum caussa pudoris, 5

5. Quam quia — sim.

rum scripturas, quas alibi excerptas ascripsit Heinsius, hoc in loco, uti supra 3, 10, 12., ipsas adiri iubebat. Collati illi erant ad scripturam D. Heinsii, quae sic habet: *Quod sic in Scyth.* etc. Burmanniana scriptura, levioe in fine versus interductu posito, inconcinna videtur: *uttraque poena, quod careo — et queror —, gravis est.* Huic adeo eius coniectura praestat:

*Cogor et in Scythicis partibus esse, queror.*

Sed bonorum librorum ratio unice probanda est; *queror esse*, ut Her. 9, 43.: *queriturque deo placuisse potenti;* variata structura, ut in iis, quae notavit Wagner. ad Virg. Aen. 10, 865. *Gentes* quoque mutarunt, qui eius vocabuli usum proprium ignorarent; de eo olim ad Fast. 5, 641, vel 6, 208. exponemus.

51. QUID LOQUOR. loquar Reg. Put. Busl. queror duo. ha dem. multi. demens nostram quoque Palat. prim.

---

 XI.

Inscr. Ad uxorem suam Francof. Berol. Solatur nuptam convicia Naso ferentem Pirckh. Berol. Ad uxorem, quod eam quidam oculis uxorem vocasset Ald.

5. QUAM — PUDORIS. Quam quia Reg. Put. Moret. Jun. Francof. Seguer. Goth. m. s. sex alii, prima et vett. edd. Si de Palatino satis constaret, recepissemus. Quam tibi quod Pirckh. Quam cui minime Guelf. cum minime Palat. sec. vellem minime Moret. et vett. edd. nostrae. minima volui Serv. sim Gall. et alius Heinsii, noster Rel. caussa doloris Goth. Reg. Put. Francof.

- Teque reor nostris erubuisse matris.  
 12 Perfer, et obdura: multo graviora tulisti,  
 Eripuit cum me Principis ira tibi.  
 Fallitur iste tamen, quo iudice nominor exsul.  
 10 Mollior est culpam poena secuta meam.  
 Maxima poena mihi est, Ipsum offendisse: priusque  
 Venisset, mallem, funeris hora mihi.  
 Quassa tamen nostra est, nec mersa, nec obruta navis;  
 Utque caret portu, sic tamen exstat aquis.  
 15 Nec vitam, nec opes, nec ius mihi civis ademit,  
 Qui merui vitio perdere cuncta meo.  
 Sed quia peccato facinus non affuit ullum,  
 Nil nisi me patriis iussit abesse focis.  
 Utque aliis, numerum quorum comprehendere non est,

6. rear. 8. Cum me surripuit. 13. non fracta, nec obruta  
 puppis. 16. Quae. 17. adfuit illi.

Leid. pr. Jun. Seguer. septem alii et prim. ed. Vers. seq. rear  
 nullus. exhibuisse Palat. sec. indoluisse Leid. prim.

7. MULTO GRAVIORA. multum Goth. Reg. Gall. Busl.  
 Francof. Rel. Berol. quinque alii et prim. ed. nimium grav. Put.  
 Palat. sec. Bersm. Pirckh. Seguer. et quinque cum ed. Bonon.  
 multo peiora Bern.

8. ERIPUIT CUM ME. Cum me surripuit ex Gall. solo edito  
 Heinsius; sine causa, vid. lib. 2, 464. et ad 4, 1, 100. Eripuit  
 me cum Guelf. Caesaris ira Jun. et duo. iudicis ira prim. Polit.  
 prim. Medic. ira gravis Goth. Vers. seq. ille tamen Gall. Mor.  
 Leid. pr. Bern. Inde ab hoc versu ad 28. sequentis carminis  
 quae leguntur, sine lacunae vestigio desunt in Bernensi.

13. NEC — NAVIS. non mersa Reg. Put. Guelf. octo alii  
 prima et vett. edd. non fracta Palat. sec. et cod. Bersm. Hanc  
 scripturam et puppis e Serv. Rel. et quinque aliis non immerito  
 probavit Heinsius; cfr. Senec. ep. 26: lassae aetatis, non fractae  
 nomen, et ep. 30: quassus, aetati obluclans. Tamen probare ali-  
 quid et aliud scriptori surripere res sunt diversae.

16. QUI MERUI. Quam merui Palat. sec. Quae merui Reg.  
 Leid. prim. Bersm. Reland. et duo, probante Heinsio. In Goth.  
 Qui in rasura erat scriptum.

17. NON AFFUIT ULLUM. aff. illo Reg. aff. illi Guelf. Po-  
 lit. sec. Palat. sec. Serv. et duo. Sed octo huius familiae libros  
 Heinsius in notis impressis numerat.

18. ABESSE. abire Palat. prim. Francof. Bersm. nisi de  
 patr. Put. abesse locis Goth. Busl. Leid. pr. Bersm. Rel. Crev.  
 et quinque.

19. NUMERUM QUORUM. Hoc ordine Palat. prim. Put.

Caesareum numen sic mihi mite fuit. . . . . 20

pse relegati, non exsulis utitur in me

Nomine; tuta suo iudice caussa mea est.

ore igitur laudes, Caesar, pro parte virili

Carmina nostra tuas qualiacunque canunt.

ore deos, ut adhuc coeli tibi limina claudant, . . . . . 25

Teque velint sine se, comprecor, esse deum.

Optat idem populus; sed ut in mare flumina vastum, . . .

Sic solet exiguae currere rivus aquae.

At tu fortunam, cuius vocor exsul ab ore,

Nomine mendaci parce gravare meam. . . . . 30

---

## XII.

Scribis, ut oblectem studio lacrimabile tempus,

Ne pereant turpi pectora nostra situ.

Difficile est quod; amice; mones; quia carmina laetum

Sunt opus, et pacem mentis habere volunt.

Nostra per adversas agitur fortuna procellas, . . . . . 35

Sorte nec ulla mea tristior esse potest.

Exigis, ut Priamus natorum funere ludat,

Pirckh. Rel. et tres. Reliqui: *quorum numerum. num. componens.*  
 Francof. *contingere* alius. *deprendere* Mor. Jun. Vers. seq. *mitis*  
 venit Hamburg.

26. ESSE DEUM. *esse diu* Comb.; idque veterem lectionem  
 dicit Naugerius. *sine te* Goth. Vers. seq. *flumina vasta* tentabat.  
 Santenius. Vers. ult. *Nomine mordaci* unus Heinsii. *gravare tuam.*  
 Goth. m. pr.

---

## XII.

Inscr. *Ad amicum suum* Francof. Berol. *Scriberet ut Naso*  
*suadenti scribit amico* Pirckh. Berol. *Ad amicum, qui monebat,*  
*ut exilium carminibus oblectaret* Ald.

1. LACRIMABILE. *miserabile* Goth. cod. Bersm. et alius  
 Heinsii. Vers. seq. *Nec* Guelf. Gall. *tempora nostra* Put. Pirckh.  
 octo alii et ed. Bonon. Goth. v. scr.

7. NATORUM — LUDAT. Ita cum Palat. primo Goth. et;  
 plurimi. *in funere* Basl. *funera* ed. Bonon. . *flumina plaudat.*



- Et Niobe festos ducat ut orba choros.  
 Luctibus, an studio videor debere teneri,  
 10 Solus in extremos iussus abire Getas?  
 Des licet in valido pectus mihi robore fultum,  
 Fama refert Anyti quale fuisse rei,  
 Fracta cadet tantae sapientia mole ruinae;  
 Plus valet humanis viribus ira dei.  
 15 Ille senex dictus sapiens ab Apolline nullum  
 Scribere in hoc casu sustinisset opus.  
 Vt patriae veniant, veniant obliviae vestri,

12. hic valido. 12. reo.

Palat. sec. *plaudat* prim. Vatic. Guelf. Rel. quatuor et vett. edd. excepta Bonon. *laudat* Leid. prim. Berol. et alius. *cantet* unus. Vers. seq. *ducat in orbe* Reg. Gall. Serv.

9. AN STUDIO. aut *studiis* Leid. prim. *an studiis* unus Vatic. *an videor studio* Gall. Vers. seq. *iussus abesse* prim. Palatinus.

11. IN VALIDO. Ita codd. omnes, nisi forte unus et alter cum edd. Aldi et D. Heinsii: *invalido*. In quo cum Heins. offenderet, infelici temporis puncto reposuit, quod per duo secula servatum nollem: *hic valido*, apud Getas. Certe non opus est. *fulcire in aliquo* quamvis emendatum est. *robore fustum* Palat. prim.

12. ANYTI — REI. *Aneti* Palat. prim. Goth. a s. m. in lacuna et similia alii. Scriptura, quam legis, nihilo magis mihi placet, atque Micyllo, Rovero, Bersinanno atque aliis placuit, qui ante Heinsium ex ingenio corripiebant: *reo*, posthac in prim. Vatic. Guelf. Palat. sec. Rottendorp. et Comb. inventum, a quo non longe recedit: *reor* alius Heinsiani. Verum enim vero ea scriptura mihi suspecta est primum ab origine; nam istorum codicum germani fratres primus Polit. et prim. Medic. habent: *fuisse senis*; quod putaverim violentioris interpolationis vestigium, qua aut cum cod. Busl. legebatur: *refert Socrati*, aut: *Fertur Athenaei*, vel simile quid, cuius rei in diversis istius nominis scripturis quaedam fortassis restant indicia. Ab Italis igitur cavendum esse vides. Verum discedit a vulgata etiam Palat. prim., qui: *fuisse reti*. Hoc legerim: *reum*, neque enim longe distant litterae: *ti* et *u* cum sicilico. Quod si modo satis certum esset, elegantia omnia non minus, atque in Heinsiana scriptura, sed doctiora contenderem, cfr. Fast. 6, 259: *Regis opus placidi, quo non mestuentius ullum*

*Numinis ingenium terra Sabina tulit;*

Grat. Cyneg. 96.: *deus ille, an proxima divis*

*Mens fuit — et vide supra ad 3, 5, 4.*

17. UT PATRIAE VENIANT. Hoc ordine pro vulgato: *veniant patriae* unus Vaticanus, quem Heinsius probabat, et prim. Palat., quem nos. Etiam *obl. vestri* admisimus e codd. Reg.

Omnis et amissi sensus abesse queat;  
 At timor officio fungi vetat ipse quieto:  
 Cinctus ab innumero me tenet hoste locus. 20  
 Adde, quod ingenium longa rubigine laesum  
 Torpet, et est multo, quam fuit ante, minus.  
 Fertilis assiduo si non renovetur aratro,  
 Nil, nisi cum spinis gramen habebit ager.  
 Tempore qui longo steterit, male curret, et inter 25  
 Carceribus missos ultimus ibit equus.  
 Vertitur in teneram cariem, rimisque dehiscit,  
 Si qua diu solitis cymba vacarit aquis.  
 Ne quoque despera, fuerim cum parvus et ante,  
 Illi, qui fueram, posse redire parem. 30

18. ut admissi. 26. equos. 29. despero.

loret. tribus aliis cum prim. ed., quoniam quod reliqui habent:  
*Moria nostri*, id timorem etiam, qui sequitur, excludere videtur.

18. ET AMISSI. *ut amissi* Goth. Put. Berol. et sex. et  
 admissi cod. Bersm. Rel. et tres cum prim. ed. *et a casu* Reg.  
 eo v. scr.

19. IPSE QUIETO. *esse quieto* Palat. prim. Serv. *ipse qui-*  
*et* Seguer. Crev. *esse quietum* Reg. Put. Gall. Moret. Busl.  
 m. Leid. prim. exc. Voss. Palat. sec. Bersm. Goth. Guelf. Rel.  
 Berol., qui etiam pro *vetat*: *facit*, et prim. ed. Sed conferes 1,  
 13: *dolor ipse*, 4, 1, 29: *vis ipsa sororum*, Met. 4, 203:  
*scit hunc amor ipse colorem*; ita enim legas, velim e codice Zwic-  
 meriano et aliis. Vers. seq. *tenet esse loc.* Goth. m. pr. *me ve-*  
*st hoste* Goth. m. s. Gall. et alius. Vers. 21. *rubigine ferrum*  
 Goth. m. pr. Vers. 23. *Fert. assueto si non* Francof. *renovatur*  
 Guelf. Serv. *moveatur* Seguer. Vers. 24. *habebit humus* Goth.

25. QUI LONGO — CURRET. *cum longo* Palat. prim. *si*  
 florent. floril. Berol. *currit* viginti quinque libri scripti, quorum  
 Guelf. et Put. optimi, et editi veteres.

26. EQUUS. *equos* Mor. Busl. Jun. Leid. prim. Seguer. Be-  
 r. et quatuor.

27. IN TENERAM CARIEM. *ad ten.* Rel. *cariam teneram*  
 Palat. prim. Gall. Serv. prim. ed. *cenerem cariem* Reg. *teneram*  
 Guelf. prim. Polit. et Hafn. *rimisque deicit* Palat. prim.

28. VACARIT. Ita Hamburg. *natabit* Palat. prim. *negatur*  
 ut. *vacabit* Reg. Gall. Mor. Busl. Francof. Palat. sec. Goth.  
 Guelf. Rel. Berol. floril. Berol. et duodecim cum prim. et vett.  
 kl. *carebit* Serv. Jun. Bersm. et quatuor cum ed. Bonon. *va-*  
 carit reliqui.

29. DESPERA. *despero* Goth. m. s. Palat. sec. exc. Voss.  
 sid. prim. Bersm. et alius. *parvus ut ante* Palat. prim. Reg.

Contudit ingenium patientia longa malorum,  
 Et pars antiqui nulla vigoris adest.  
 Saepe tamen nobis, ut nunc quoque, sumpta ta-  
 bella est,

Inque suos volui cogere verba pedes:

35 Carmina nulla mihi sunt scripta, aut qualia cernis,  
 Digna sui domini tempore, digna loco.

Denique non parvas animo dat gloria vires,  
 Et fecunda facit pectora laudis amor.

Nominis et famae quondam fulgore trahebar,

40 Dum tulit antennas aura secunda meas.

Non adeo est bene nunc, ut sit mihi gloria curae:  
 Si liceat, nulli cognitus esse velim.

An quia cesserunt primo bene carmina, suades  
 Scribere, successus ut sequar ipse meos?

31. laborum. 32. magna — abest. 35. scripta mihi sunt  
 nulla.

Put. Busl. et septem. *parvus ut olim* Serv. Vers. seq. *cui fu-*  
*ram* Palat. uterq. Guelf. sub rasura, Goth. v. scr. Reg. Moret.  
 Busl. Bersm. Reland, decem et prim. ed. *redire meum* Guelfert.  
 a pr. m.

31. MALORUM. *laborum* Gall. Serv. duo alii, prim.  
 vett. edd.

32. NULLA VIG. ADEST. Ita Palat. prim. Goth. Guelf. omnia  
 denique libri, exceptis tribus quatuorve scriptis et impressis in  
 ab Aldina secunda quibusdam, qui: *magna vigoris abest*. Vers.  
 seq. *ut quondam sumpta* Busl.

35. CARMINA — SCRIPTA. Hoc modo codd. Gall. Serv.  
 Jun. Bern. et quinque alii Heinsii; iure enim Zinzerlingius Pro-  
 muls. p. 190. (descriptus est locus apud Gaisford. ad Hephaest.  
 p. 222. sq.) correptam ante se vocalem improbavit in scriptis  
*Carmina scripta mihi sunt nulla*, quae longe plurimorum  
*Carmina sunt mihi scripta aut nulla* Guelf. *Carmina sunt non*  
*aut nulla aut* Rel. Tres, exc. Voss. Berol. et alius Italicus in  
*Carmina nunc* (non Berol. tunc exc. Voss.) *equidem non digna*  
*aspera scribo* (cernis Ital.). Vers. 38. *fecunda* Bersm. et quinque  
 cum vett. edd. In vers. 40. desinebat Bern. In eodem: *aura*  
*renda* Goth.

41. NON — SIT. *adeo nobis bene est ut gloria* Goth. *adeo*  
*bene stat* ut Mor. *bene non ut* Put. *adeo nunc est ut* Pirch.  
*est* eiiciunt Put. Gall. Serv. Leid. prim. et sex alii cum vett. edd.  
*Non adeo nunc* (Nunc adeo non Francof. prim. ed.) *est bene*  
 Palat. prim. Seguer. Berol. Crev. et septem. *ut sint mihi carmina*

Pace, novem, vestra liceat dixisse, sorores: 45  
 Vos estis nostrae maxima caussa fugae.  
 Utque dedit iustas tauri fabricator aeni,  
 Sic ego do poenas artibus ipse meis.  
 Nil mihi debebat cum versibus amplius esse,  
 Cum fugerem merito naufragus omne fretum; 50  
 At, puto, si demens studium fatale retentem,  
 Hic mihi praebebit carminis arma locus.  
 Non liber hic ullus, non qui mihi commodet aurem,  
 Verbaque significant quid mea, norit, adest.  
 Omnia barbariae loca sunt, vocisque ferinae, 55  
 → Omnia sunt Getici plena timore soni.  
 Ipse mihi videor iam dedidicisse Latine:

49. debuerat. 50. Sed.

praec. exc. Voss. Vers. 45. *liceat vestra* vett. edd. *liceat modo*  
*licere Musae* Jun. Vers. 47. *ded. iussas* Goth. Vers. 48. *poenas*  
*versibus ipse* Put. Pirckh. et alius.

49. DEBEBAT. *debuerat* Mor. Leid. prim. Rel. et alius.

50. CUM FUGEREM. Ita consensu Palat. prim. et Itali, prim.  
 Vatic. Guelf. a pr. m. prim. Polit. Reg. Busl. Pirckh. Francof.  
 res alii et prim. ed. *Si fugerem* Bersm. et quatuor cum vett.  
 edd. Reliqui libri cum Goth.: *Sed fugerem. merito fugerem* Serv.  
 et decem. Vers. 51. *studii f. repentem* Goth. Vers. 53. *mihī*  
*praebeat aur.* Goth. Vers. 54. *Verbaque si recitem qui mea* Reg.  
 prim. ed. *norit idem* Goth.

55. BARBARIAE. *barbarica* prim. Polit. *barbarici* Jun. exc.  
 Voss. Hinc non male Heinsius divinabat: *barbaricae*. Atque ita  
 a Goth. pro var. scr. legitur.

56. OMNIA SUNT GETICI. Haec scriptura ed. Aldi et codd.  
 neque multorum, neque egregiorum, interpolata videtur, ac ne in-  
 telligi quidem potest. *Omnia barbarici* Seguer. *Omnia Sarmatici*  
 Grotii Heinsii. *Omnia qui possunt* Busl. et quinque. *Omnia quas*  
*possunt* Goth. Reg., qui in reliquis: *plura timore loqui*, Put. Gall.  
 Serv. Palat. uterq. Francof. Pirckh., qui in fine: *timoris erant*,  
 Brev. octo alii et vett. edd., quae: *timore sonant*. *Omnia quas*  
*possint* Rel. Si nolis cum Heinsio distichon proscribere, in his ve-  
 rum delitescere debet. Jac. Gronovius coniciebat: *Omnia Mos-*  
*yni*. A scriptura cod. Guelf.: *Omnia que possint* non nisi apicem  
 natione distat: *Omniaque hostilis*; p et h, ssi cum sicilico et sti,  
 pro lis et t confusa sunt. Nosti talia Gronovium et Marklan-  
 dam interdum monuisse. Jam vero pulchram gradationem per-  
 tene vocis *barbarae, ferinae, hostilis*. Postremae appellationis  
 possessmata sunt *Getici, Sarmatici, barbarici*.

Et Scythici vere terra sinistra freti.

- 15 Innumeræ circa gentes fera bella minantur,  
 Quæ sibi non raptò vivere turpe putant.  
 Nil extra tutum est; tumultus defenditur aegre  
 Moenibus exiguis ingenioque loci.  
 Cum minime credas, ut avis, densissimus hostis  
 20 Advolat, et prædam vix bene visus agit.  
 Sæpe intra muros clausis venientia portis  
 Per medias legimus noxia tela vias.  
 Est igitur rarus, rus qui colere audeat, isque

19. aves. 23. qui rus.

cogn. tempus prim. Polit. cogn. portus Francof. cogn. pontus Goth. Put. Gall. Busl. Bersm. Seguer. Berh. Rel. Crev. Reg. pro v. scr. undecim alii et vett. edd. omnes. Vers. seq. vere arce sinistra Palat. prim.

15. CIRCA GENTES. *gentes circa* Palat. prim. Reg. prim. ed. *circum gentes* Goth. exc. Voss. Gall. *gentes circum* Put. Francof. Leid. prim. Seguer. Bersm. et sex cum vett. edd. *gentes contra* Busl. *gentes tutum* Jun. *gentes fera circum bella* Pirckh.

16. QUAE — RAPTO. Ita pariter Palat. prim. ac prim. Vatic. Guelf. exc. Voss. Serv. (sed hi quatuor cum quinto ignoto: *raptu*;) Polit. uterque, Palat. sec. Francof. Bersm. Reg. et decem alii: *Quae se non raptò vivere posse putant* Put. *Quae tibi non rupto numine turpe putant* Berol. *Et nisi de raptò vivere posse putant* Bern. Reliqui libri excepto Crev., qui scitu indigna, cum vett. edd.: *Quæ nisi de raptò v. t. p.*

17. TUMULUS DEF. AEGRE. Ita Palat. uterque, Leid. prim. Busl. Bern. Rel. Francof. pro v. scr. octo alii et prima editio. Reliqui libri: *defenditur ipse. turris defend.* duo. *Tomis et def.* Wakkerus Am. lit. p. 123. In prioribus: *est delent* Moret. et Richel.

19. CUM — AVIS. *Quae minime* Gall. *Quod minime* Bern. et ed. Bonon.; fortasse Palat. sec. Francof. Seguer. *Cum bene vix credas* Richel. *aves* Guelf. Rel. Bersm. sex Heinsianos et vett. editiones habuisse constat; de Palatino primo et Seguer. tacentibus, qui illos contulerunt, vix liquet. Receptam scripturam ideo præstare vides, quia comparatio non in volando, sed in spissa frequentia est. Vers. seq. *Avolat* Goth. Vers. 21. *inter muros* Put. Mor. Busl. Jun. et novem. Vers. 22. *Martia tela* exc. Voss. *tela nociva* Gottorp. pro v. scr.

23. RARUS, RUS QUI. Libri: *Est igitur rarus qui iam colere audeat*, præter quod: *igitur quis iam rarus colere* Reg. *iam audeat colere agros* Goth. *igitur qui iam colere agros audeat* Serv. At Palat. prim.: *igitur rarus* (de reliquis non constat). Utraque

Hac arat infelix, hac tenet arma manu.  
 Sub galea pastor iunctis pice cantat avenis, 25  
 Proque lupæ pavidæ bella verentur oves.  
 Vix ope castelli defendimur; et tamen intus  
 Mista facit Graecis barbara turba metum.  
 Quippe simul nobis habitat discrimine nullo  
 Barbarus, et tecti plus quoque parte tenet. 30  
 Quos ut non timeas, possis odisse videndo  
 Pellibus et longa corpora tecta coma.  
 Hos quoque, qui geniti Graia creduntur ab urbe,  
 Pro patrio cultu Persica bracca tegit.  
 Exercent illi sociæ commercia linguae; 35  
 Per gestum res est significanda mihi.  
 Barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli,

32. tempora.

varietas adiuvarè videtur Heinsii coniecturam, quam recepimus; quia in Medoniano inventa dicitur ab Heinsio; quamquam in schedis illius libri scriptura ita notata erat, uti Burmannus edidit. Vers. 25. sub calamis past. Goth.

26. PROQUE LUPO — OVES. *Proque lupi fraude bella* Leid. prim. *Utque lupo p. bella ferentur o.* Palat. prim. Hic fortasse voluit: *Utque lupum pavidæ, bella veretur, oves.*

28. FACIT — TURBA. *facis Getis* Palat. prim. *Gethis* Reg. et duo. *gentis* Crev. *Graius* paucissimi, nec cogniti, cum vett. edd. et fortasse Palat. sec. Bern. Seguer. *barb. lingua* Jun. et duo. Vers. seq. *nobiscum habitat* Palatini, Put. et quatuor cum vett. edd. Vers. 29. *Sepe simul* Goth. Vers. 30. *parte* capit Mor. et duo.

31. QUOS UT NON. *Quorum ut non* prim. Vatic. Guelf. a prim. man. Palat. sec. Francof. Reg. pro v. scr. et tres cum prim. ed. Non absurda interpolatio. *Quos tu non* Berol. *Quos nunc ut* Pirckh. *odisse iuvanda* Goth. a m. pr.

32. CORPORA. *tempora* Pirckh. unus Bonon. et vett. edd. *pectora* Goth. Reg. Busl. Rel. et quinque. Heinsio mutandi causa fuit legationis, quam ante imperium Petri primi Moscuam suscepit, recordatio. Vers. seq. *Graia panduntur* Serv. in urbe Reg. Put. Jun. et tres.

34. PERSICA. *barbara* Palat. prim. Reg. Serv. et tres alii; Francof. pro v. scr. *Cum patrio scutu* barb. Goth. Vers. seq. *illi solitæ* Jun. *saevæ* exc. Voss. *patriæ* Serv. Seguer. et duo. *Geticæ* Rel. *Scythicæ* Gall. et tres. Vers. 36. *Per gustum* Palat. prim. *est testificanda* Put. *notificanda* alius.

37. QUIA NON. *qui non* Goth. Guelf. Palat. sec. Berol. Jun. Reg. Bern. Rel. et tres. *intelligor illis* Goth. Vers. seq.

Et rident stolidi verba Latina Getæ;  
 Meque palam de me tuto mala saepe loquuntur,  
 40 Forsitan obiciunt exsiliumque mihi:  
 Utque fit, in me aliquid, si quid dicentibus illis  
 Abnuerim, quoties annuerimque, putant.  
 Adde, quod iniustam rigido ius dicitur ense,  
 45 O duram Lachesin, quæ tam grave sidus habenti  
 Fila dedit vitæ non breviora meae!  
 Quod patriæ vultu, vestroque caremus, amici,  
 Atque hic in Scythicis gentibus esse queror.

28

48. Quodque — partibus.

*Derident*, Jun. quidam alii et vett. edd. Verss. 38. ad 41. in margine habet Goth.

39. DE — MALA. *tuto te me* Put. Jun. Serv. Bersm. quatuor et prim. ed. *mala* Francof. et quinque Heinsiani, Guelf. Berol. Crev. et vett. edd. *mala multa* Bersm. Seguer.

41. UTQUE FIT — SI QUID. *Utque sit* scripti nonnulli cum vett. edd. *aliquid siquidem dicentibus* Guelferb. Palat. sec. et tres Heinsii; Moret. pro v. scr. *aliquid forsitan dic.* Busl. Vers. seq. *Annuerim qu. abnuerimque* Reg. Jun. et tres. *annuerimque puto* unus Bonon. Heinsius olim correxerat ita:

*Utque fit, in me aliquid dici praesentibus illis*

*Abnuerim quoties annuerimque, puto.*

postea distichon spurium pronunciavit. Santenius tentabat: *aliquid sceleris dicentibus*. Si de praepositionis in usu evolveris Hand. Tursell. t. 3. p. 311. n. 18; de verbo *putare* Serv. ad Aea. 6, 332; 8, 522. et Nonium suo loco; si perspexeris *si quid abnuerim* innuere raro id factum esse, *quoties annuerim* autem rem frequentiore notare, nihil, ut opinor, desiderabis.

43. INIUSTUM — DICITUR ENSE. *et iustum* Guelf. sub ras. Palat. sec. *ducitur esse* Palat. prim. *ducitur* Reg. Moret. Busl. Jun. Leid. pr. Pirckh. Goth. Guelf. a sec. m. Bern. Seguer. Rel. octo alii et ed. Bonon. *sumitur ense* unus; *stringitur ense* alius. Vers. 45. *O diram* Goth. (?) Mor. Serv. alius.

48. ATQUE — GENTIBUS. Sic Palat. prim. Goth. Busl. Bersm. Francof. Bern. et in primis voculis, de quibus quam maxime lis est, Jun. *Meque quod in*, et pro v. scr.: *Utque haec in* Reg. *Atque quod in* Put. Pirckh. *At quoque in* Leid. prim. *Atque hoc in* prim. ed. *Atque haec in* Moret. Serv. Seguer. et vett. edd. *Quodque hic in* Rel. Berol. Crev. *Utque habitem in* Gall. *Quique in his Scyth.* Palat. sec. *Sumque quod in Scythicis gentibus ipse queror* Guelf. a sec. m. *Scythicis finibus* Leid. prim. Berol. et tres. *Geticis finibus* Put. et duo. *Geticis partibus* Jun. et alius. *esse miror* Goth. m. pr. Sed scito deesse codd. Italo-

traque poena gravis; merui tamen Vrbe carere,  
 Non merui tali forsitan esse loco. : 60  
 uid loquor ah demens? ipsam quoque perdere vitam  
 Caesaris offenso numine dignus eram.

---

 XI.

Quod te ne cio quis per iurgia dixerit esse  
 Exsulis uxorem, litera questa tua est.  
 dolui; non tam mea quod fortuna male audit,  
 Qui iam consuevi fortiter esse miser;  
 Quam quod cui minime vellem, sum caussa pudoris, 5

5. Quam quia — sim.

um scripturas, quas alibi excerptas ascripsit Heinsius, hoc in loco,  
 si supra 3, 10, 12., ipsas adiri iubebat. Collati illi erant ad  
 scripturam D. Heinsii, quae sic habet: *Quod sic in Scyth.* etc.  
 Irmanniana scriptura, leuiore in fine versus interductuposito; in-  
 oncinna videtur: *utraq; poena, quod careo — et queror —, gra-*  
*is est.* Huic adeo eius coniectura praestat:

*Cogor et in Scythicis partibus esse, queror.*

sed honorum librorum ratio unice probanda est; *queror esse*, ut  
 Her. 9, 43.: *queriturque deo placuisse potenti;*  
 variata structura, ut in iis, quae notavit Wagner. ad Virg. Aen.  
 10, 865. *Gentes* quoque mutarunt, qui eius vocabuli usum pro-  
 nium ignorarent; de eo olim ad Fast. 5, 641. vel 6, 208. ex-  
 onemus.

51. QUID LOQUOR. *loquar* Reg. Put. Busl. *queror* duo. *ha-*  
*lem.* multi. *demens* nostram quoque Palat. prim.

---

 XI.

Inscr. *Ad uxorem suam* Francof. Berol. *Solatur nuptiam*  
*ovicia Naso ferentem* Pirckh. Berol. *Ad uxorem, quod eam qui-*  
*lam exulis uxorem vocasset* Ald.

5. QUAM — PUDORIS. *Quam quia* Reg. Put. Moret. Jun.  
 Francof. Seguer. Goth. m. s. sex alii, prima et vett. edd. Si de  
 Palatino satis constaret, recepissemus. *Quam tibi quod* Pirckh.  
*Quam cui minime* Guelf. *cum minime* Palat. sec. *vellem minime*  
*foret.* et vett. edd. nostrae. *minime volui* Serv. *sim* Gall. et  
 dius Heinsii, noster Rel. *causa doloris* Goth. Reg. Put. Francof.



- Teque reor nostris erubuisse malis.  
 Perfer, et obdura: multo graviora tulisti,  
 Eripuit cum me Principis ira tibi.  
 Fallitur iste tamen, quo iudice nominor exsul.  
 10 Mollior est culpam poena secuta meam.  
 Maxima poena mihi est, Ipsum offendisse: priusque  
 Venisset, malle, funeris hora mihi.  
 Quassa tamen nostra est, nec mersa, nec obruta navis,  
 Utque caret portu, sic tamen exstat aquis.  
 15 Nec vitam, nec opes, nec ius mihi civis ademit,  
 Qui merui vitio perdere cuncta meo.  
 Sed quia peccato facinus non affuit ullum,  
 Nil nisi me patriis iussit abesse focis.  
 Utque aliis, numerum quorum comprehendere non est,

6. rear. 8. Cum me surripuit. 13. non fracta, nec obruta  
 puppis. 16. Quae. 17. adfuit illi.

Leid. pr. Jun. Seguer. septem alii et prim. ed. Vers. seq. rear  
 nullus. exhibuisse Palat. sec. indoluisse Leid. prim.

7. MULTO GRAVIORA. multum Goth. Reg. Gall. Basl.  
 Francof. Rel. Berol. quinque alii et prim. ed. nimium grav. Put.  
 Palat. sec. Bersm. Pirckh. Seguer. et quinque cum ed. Bonon.  
 multo peiora Bern.

8. ERIPUIT CUM ME. Cum me surripuit ex Gall. solo edito  
 Heinsius; sine causa, vid. lib. 2, 464. et ad 4, 1, 100. Eripuit  
 me cum Guelf. Caesaris ira Jun. et duo. iudicis ira prim. Polit.  
 prim. Medic. ira gravis Goth. Vers. seq. ille tamen Gall. Mor.  
 Leid. pr. Bern. Inde ab hoc versu ad 28. sequentis carminis  
 quae leguntur, sine lacunae vestigio desunt in Bernensi.

13. NEC — NAVIS. non mersa Reg. Put. Guelf. octo alii  
 prima et vet. edd. non fracta Palat. sec. et cod. Bersm. Hanc  
 scripturam et puppis e Serv. Rel. et quinque aliis non immerito  
 probavit Heinsius; cfr. Senec. ep. 26: lassae aetatis, non fractae  
 nomen, et ep. 30: quassus, aetati oblectans. Tamen probare ali-  
 quid et aliud scriptori surripere res sunt diversae.

16. QUI MERUI. Quam merui Palat. sec. Quae merui Reg.  
 Leid. prim. Bersm. Reland. et duo, probante Heinsio. In Goth.  
 Qui in rasura erat scriptum.

17. NON AFFUIT ULLUM. aff. illo Reg. aff. illi Guelf. Po-  
 lit. sec. Palat. sec. Serv. et duo. Sed octo huius familiae libros  
 Heinsius in notis impressis numerat.

18. ABESSE. abire Palat. prim. Francof. Bersm. nisi de  
 patr. Put. abesse locis Goth. Busl. Leid. pr. Bersm. Rel. Cret.  
 et quinque.

19. NUMERUM QUORUM. Hoc ordine Palat. prim. Put.

Caesareum numen sic mihi mæle fuit. 20

ipse relegati, non exsulis utitur in me

Nomine; tuta suo iudice caussa mea est.

ore igitur laudes, Caesar, pro parte virili

Carmina nostra tuas qualiacunque canunt.

ore deos, ut adhuc coeli tibi limina claudant, 25

Teque velint sine se, comprecor, esse deum.

optat idem populus; sed ut in mare flumina vastum,

Sic solet exiguae currere rivus aquae.

ut tu fortunam, cuius vocor exsul ab ore,

Nomine mendaci parce gravare meam. 30

---

## XII.

Scribis, ut oblectem studio lacrimabile tempus,

Ne pereant turpi pectora nostra situ.

Difficile est quod; amice; mones; quia carmina laetum

Sunt opus, et pacem mentis habere volunt.

Nostra per adversas agitur fortuna procellas, 35

Sorte nec ulla mea tristior esse potest.

Exigis, ut Priamus natorum funere ludat,

Pirckh. Rel. et tres. Reliqui: *quorum numerum. num. componere.*  
 Francof. *contingere* alius. *deprendere* Mor. Jun. Vers. seq. *mitis*  
*venit* Hamburg.

26. ESSE DEUM. *esse diu* Comb.; idque veterem lectionem  
 dicit Naugerius. *sine te* Goth. Vers. seq. *flumina vasta* tentabat.  
 Santenius. Vers. ult. *Nomine mordaci* unus Heinsii. *gravare tuam.*  
 Goth. m. pr.

---

## XII.

Inscr. *Ad amicum suum* Francof. Berol. *Scriberet ut Naso*  
*suadenti scribit amico* Pirckh. Berol. *Ad amicum, qui monebat,*  
*ut exilium carminibus oblectaret* Ald.

1. LACRIMABILE. *miserabile* Goth. cod. Bersm. et alius  
 Heinsii. Vers. seq. *Nec* Guelf. Gall. *tempora nostra* Put. Pirckh.  
 octo alii et ed. Bonon. Goth. v. scr.

7. NATORUM — LUDAT. Ita cum Palat. primo Goth. et;  
 plurimi. *in funere* Busl. *funera* ed. Bonon. *flumina plaudat*;

- Et Niobe festos ducat ut orba choros:  
 Luctibus, an studio videor debere teneri,  
 10 Solus in extrēmos iussus abire Getas?  
 Des licet in valido pectus mihi robore fultum,  
 Fama refert Anyti quale fuisse rei,  
 Fracta cadet tantae sapientia mole ruinae;  
 Plus valet humanis viribus ira dei.  
 15 Ille senex dictus sapiens ab Apolline nullum  
 Scribere in hoc casu sustinisset opus.  
 Vt patriae veniant, veniant oblivia vestri,

12. hic valido. 12. reo.

Palat. sec. *plaudat* prim. Vatic. Guelf. Rel. quatuor et vett. edd. excepta Bonon. *laudat* Leid. prim. Berol. et alius. *cantet* unus. Vers. seq. *ducat in orbe* Reg. Gall. Serv.

9. AN STUDIO, aut studiis Leid. prim. an studiis unus Vatic. an videor studio Gall. Vers. seq. iussus abesse prim. Palatinus.

11. IN VALIDO. Ita codd. omnes, nisi forte unus et alter cum edd. Aldi et D. Heinsii: *invalido*. In quo cum Heins. offēderet, infelici temporis puncto reposuit, quod per duo secula servatum nollem: *hic valido*, apud Getas. Certe non opus est. *fulcire in aliquo* quamvis emendatum est. *robore fustum* Palat. prim.

12. ANYTI — REI. *Aneti* Palat. prim. Goth. a s. m. in lacuna et similia alii. Scriptura, quam legis, nihilo magis mihi placet, atque Micyllo, Rovero, Bersinanno atque aliis placuit, quam ante Heinsium ex ingenio corripiebant: *reo*, posthac in prim. Vatic. Guelf. Palat. sec. Rottendorp. et Comb. inventum, a quo non longe recedit: *reor* alius Heinsiani. Verum enim vero ea scriptura mihi suspecta est primum ab origine; nam istorum codicum germani fratres primus Polit. et prim. Medic. habent: *fuisse senis*; quod putaverim violentioris interpolationis vestigium, qua aut cum cod. Busl. legebatur: *refert Socrati*, aut: *Fertur Athenaei*, vel simile quid, cuius rei in diversis istius nominis scripturis quaedam fortassis restant indicia. Ab Italis igitur cavendum esse vides. Verum discedit a vulgata etiam Palat. prim., qui: *fuisse reti*. Hoc legerim: *reum*, neque enim longe distant litterae: *ti* et *u* cum *silico*. Quod si modo satis certum esset, elegantia omnia non minus, atque in Heinsiana scriptura, sed doctiora contenderem, cfr. Fast. 6, 259: *Regis opus placidi, quo non metuentius ullum*

*Numinis ingenium terra Sabina tulit;*

Grat. Cyneg. 96.: *deus ille, an proxima divis*

*Mens fuit* — et vide supra ad 3, 5, 4.

17. UT PATRIAE VENIANT. Hoc ordine pro vulgato: *veniant patriae* unus Vaticanus, quem Heinsius probabat, et prim. Palat., quem nos. Etiam *obl. vestri* admissimus e codd. Reg.

Omnis et amissi sensus abesse queat;  
 At timor officio fungi vetat ipse quieto:  
 Cinctus ab innumero me tenet hoste locus. 20  
 Adde, quod ingenium longa rubigine laesum  
 Torpet, et est multo, quam fuit ante, minus.  
 Fertilis assiduo si non renovetur aratro,  
 Nil, nisi cum spinis gramen habebit ager.  
 Tempore qui longo steterit, male curret, et inter 25  
 Carceribus missos ultimus ibit equus.  
 Tertitur in teneram cariem, rimisque dehiscit,  
 Si qua diu solitis cymba vacarit aquis.  
 Ne quoque despera, fuerim cum parvus et ante,  
 Illi, qui fueram, posse redire parem. 30

18. ut admissi. 26. equos. 29. despero.

Moret. tribus aliis cum prim. ed., quoniam quod reliqui habent:  
*Alia nostri*, id timorem etiam, qui sequitur, excludere videtur.

18. ET AMISSI. *ut amissi* Goth. Put. Berol. et sex. et  
 admissi cod. Bersm. Rel. et tres cum prim. ed. *et a casu* Reg.  
 ro v. scr.

19. IPSE QUIETO. *esse quieto* Palat. prim. Serv. *ipse qui-*  
*et* Seguer. Crev. *esse quietum* Reg. Put. Gall. Moret. Busl.  
 m. Leid. prim. exc. Voss. Palat. sec. Bersm. Goth. Guelf. Rel.  
 erol., qui etiam pro *vetat: facit*, et prim. ed. Sed conferes 1,  
 13: *dolor ipse*, 4, 1, 29: *vis ipsa sororum*, Met. 4, 203:  
*facit hunc amor ipse colorem*; ita enim legas, velim e codice Zwic-  
 riano et aliis. Vers. seq. *tenet esse loc.* Goth. m. pr. *me ve-*  
*et hoste* Goth. m. s. Gall. et alius. Vers. 21. *rubigine ferrum*  
 Goth. m. pr. Vers. 23. *Fert. assueto si non* Francof. *renovatur*  
 Guelf. Serv. *moveatur* Seguer. Vers. 24. *habebit humus* Goth.

25. QUI LONGO — CURRET. *cum longo* Palat. prim. *si*  
 ego floril. Berol. *currit* viginti quinque libri scripti, quorum  
 Guelf. et Put. optimi, et editi veteres.

26. EQUUS. *equos* Mor. Busl. Jun. Leid. prim. Seguer. Be-  
 et quatuor.

27. IN TENERAM CARIEM. *ad ten.* Rel. *cariem teneram*  
 Palat. prim. Gall. Serv. prim. ed. *cenerem cariem* Reg. *teneram*  
 abiem prim. Polit. et Hafn. *rimisque deicit* Palat. prim.

28. VACARIT. Ita Hamburg. *natabit* Palat. prim. *negatur*  
 ut. *vacabit* Reg. Gall. Mor. Busl. Francof. Palat. sec. Goth.  
 Guelf. Rel. Berol. floril. Berol. et duodecim cum prim. et vett.  
 kl. *carebit* Serv. Jun. Bersm. et quatuor cum ed. Bonon. *va-*  
 vit reliqui.

29. DESPERA. *despero* Goth. m. s. Palat. sec. exc. Voss.  
 id. prim. Bersm. et alius. *parvus ut ante* Palat. prim. Reg.

Contudit ingenium patientia longa malorum,  
 Et pars antiqui nulla vigoris adest.  
 Saepe tamen nobis, ut nunc quoque, sumpta ta-  
 bella est,

Inque suos volui cogere verba pedes:

35 Carmina nulla mihi sunt scripta, aut qualia cernis,  
 Digna sui domini tempore, digna loco.

Denique non parvas animo dat gloria vires,  
 Et fecunda facit pectora laudis amor.

Nominis et famae quondam fulgore trahebar,

40 Dum tulit antennas aura secunda meas.

Non adeo est bene nunc, ut sit mihi gloria curae:  
 Si liceat, nulli cognitus esse velim.

An quia cesserunt primo bene carmina, suades  
 Scribere, successus ut sequar ipse meos?

31. laborum. 32. magna — abest. 35. scripta mihi sunt  
 nulla.

Put. Busl. et septem. *parvus ut olim* Serv. Vers. seq. *cui fu-*  
*ram* Palat. uterq. Guelf. sub rasura, Goth. v. scr. Reg. Moret.  
 Busl. Bersm. Reland, decem et prim. ed. *redire meum* Guelfert.  
 a pr. m.

31. MALORUM. *laborum* Gall. Serv. duo alii, prim. et  
 vett. edd.

32. NULLA VIG. ADEST. Ita Palat. prim. Goth. Guelf. omnes  
 denique libri, exceptis tribus quatuorve scriptis et impressis in  
 ab Aldina secunda quibusdam, qui: *magna vigoris abest*. Vers.  
 seq. *ut quondam sumpta* Busl.

35. CARMINA — SCRIPTA. Hoc modo codd. Gall. Serv.  
 Jun. Bern. et quinque alii Heinsii; iure enim Zinzerlingius Pro-  
 muls. p. 190. (descriptus est locus apud Gaisford. ad Hephæst.  
 p. 222. sq.) correptam ante *sc* vocalem improbavit in scriptura  
*Carmina scripta mihi sunt nulla*, quae longe plurimorum est  
*Carmina sunt mihi scripta aut nulla* Guelf. *Carmina sunt non*  
*aut nulla aut* Rel. Tres, exc. Voss. Berol. et alius Italicus in  
*Carmina nunc (non Berol. tunc exc. Voss.) equidem non digna et*  
*aspera scribo (cernis Ital.)*. Vers. 38. *facunda* Bersm. et quinq.  
 cum vett. edd. In vers. 40. desinebat Bern. In eodem: *aura* et  
*renda* Goth.

41. NON — SIT. *adeo nobis bene est ut gloria* Goth. *adeo*  
*bene stat ut* Mor. *bene non ut* Put. *adeo nunc est ut* Pirchl.  
*est* eiciunt Put. Gall. Serv. Leid. prim. et sex alii cum vett. edd.  
*Non adeo nunc (Nunc adeo non* Francof. prim. ed.) *est bene et*  
 Palat. prim. Seguer. Berol. Crev. et septem. *ut sint mihi carmina*

Pace, novem, vestra liceat dixisse, sorores: 45  
 Vos estis nostrae maxima caussa fugae.  
 Vtque dedit iustas tauri fabricator aëni,  
 Sic ego do poenas artibus ipse meis.  
 Nil mihi debebat cum versibus amplius esse,  
 Cum fugerem merito naufragus omne fretum; 50  
 At, puto, si demens studium fatale retentem,  
 Hic mihi praebebit carminis arma locus.  
 Non liber hic ullus, non qui mihi commodet aurem,  
 Verbaque significant quid mea, norit, adest.  
 Omnia barbariae loca sunt, vocisque ferinae, 55  
 → Omnia sunt Getici plena timore soni.  
 Ipse mihi videor iam dedidicisse Latine:

49. debuerat. 50. Sed.

*nae* exc. Voss. Vers. 45. *liceat vestra* vett. edd. *liceat modo licere Musae* Jun. Vers. 47. *ded. iussas* Goth. Vers. 49. *poetas versibus ipse* Put. Pirckh. et alius.

49. DEBEBAT. *debuerat* Mor. Leid. prim. Rel. et alius.

50. CUM FUGEREM. Ita consensu Palat. prim. et Itali, prim. Vatic. Guelf. a pr. m. prim. Polit. Reg. Busl. Pirckh. Francof. res alii et prim. ed. *Si fugerem* Bersm. et quatuor cum vett. add. Reliqui libri cum Goth.: *Sed fugerem. merito fugerem* Serv. et decem. Vers. 51. *studii f. repentem* Goth. Vers. 53. *mibi praebeat aur.* Goth. Vers. 54. *Verbaque si recitem qui mea* Reg. prim. ed. *norit idem* Goth.

55. BARBARIAE. *barbarica* prim. Polit. *barbarici* Jun. exc. Voss. Hinc non male Heinsius divinabat: *barbaricas*. Atque ita a Goth. pro var. scr. legitur.

56. OMNIA SUNT GETICI. Haec scriptura ed. Aldi et codd. neque multorum, neque egregiorum, interpolata videtur, ac ne intelligi quidem potest. *Omnia barbarici* Seguer. *Omnia Sarmatici* Gooti Heinsii. *Omnia qui possunt* Busl. et quinque. *Omnia quas possunt* Goth. Reg., qui in reliquis: *plura timore loqui*, Put. Gall. Serv. Palat. uterq. Francof. Pirckh., qui in fine: *timoris erant*, Crev. octo alii et vett. edd., quae: *timore sonant. Omnia quas possunt* Rel. Si nolis cum Heinsio distichon proscribere, in his verum delitescere debet. Jac. Gronovius coniciebat: *Omnia Mosyni*. A scriptura cod. Guelf.: *Omnia que possint* non nisi apicum-atione distat: *Omniaque hostilis; p et h, ssi cum sicilico et sti, p pro lis et t confusa sunt*. Nosti talia Gronovium et Marklan- tam interdum monuisse. Jam vero pulchram gradationem per- sponde vocis *barbarae, ferinae, hostilis*. Postremae appellationis iosemata sunt *Getici, Sarmatici, barbarici*.

- Nam didici Getice Sarmaticeque loqui.  
 Nec tamen, ut verum fatear tibi, nostra teneri  
 60 A componendo carmine Musa potest.  
 Scribimus, et scriptos absumimus igne libellos.  
 Exitus est studii parva favilla mei.  
 Nec possum, et cupio non ullos ducere versus:  
 Ponitur idcirco noster in igne labor.  
 65 Nec nisi pars casu flammis erepta, dolove  
 Ad vos ingenii pervenit ulla mei.  
 Sic utinam quae nil metuentem tale magistrum  
 Perdidit, in cineres Ars mea versa foret!

---

58. Iam.

58. NAM DIDICI. *Iam didici* Reg. Gall. Serv. Jun. et quatuor.

59. NEC — NOSTRA TENERI. *Non* Palat. prim. Jun. *fatear verum* Gall. Serv. *verum fateamur* Put. et tres. *nostra loqui* vari Palat. prim. Polit. sec. Reg. Put. Busl. Seguer. et sex alii. Francof. et Pirckh. pro v. scr. *nostra leniri* unus. *nostra revereri* Pirckh. Bersm. et duo cum ed. Bonon. *nostra tueri* Francof. *nostra vacare* Moret. Serv. tres et prim. ed. Vers. 60. *carminis* Goth. Vers. 61. *Scriptissimus — consumpsimus* Goth. Vers. 62. *Exitus et stud.* Guelf.

63. NEC POSS. ETC. *Non* Reg. Busl. prim. ed. *non nullo* Palat. uterq. Guelf. Reg. Moret. Serv. Jun. Leid. prim. et octo cum vett. edd. *iam nullos* Pirckh. *nullos ntere* Leid. pr. *dicitur* vers. Goth. Burmannus et iste, qui explanat: *nec possum ducere versus et cupio non ullos d. v.*, videntur ignorasse structuram frequentissimam, quam Heinsius rectissime reduxit Fast. 5, 530: *non coninx et pater esse volo*. Vid. Wagner. ad Aen. 12, 801. et qui laudat. Vers. 65. *Nec nisi pars flammis casu subtracta dolove* Jun. *Hinc nisi* et vers. seq. *non venit* Pirckh. Bersm. et tres cum vett. edd. praeter Ald.

67. QUAE NIL MET. *quae nec met.* Palat. prim. *quae non met.* Goth.

---

XIII.

Iaserr. *Ad amicum suum* Francof. *Ad Egeticum* Berol. *Non habuisse sui solatia* narrat amici Pirckh. Berol. *Ad amicum quod nihil literarum daret, cum faceret cetera* Ald.

## XIII.

Hanc tuus e Getico mittit tibi Naso salutem:

Mittere si quisquam quo caret ipse, potest.

leger enim traxi contagia corpore mentis,

Libera tormento pars mihi ne qua vacet;

perque dies multos lateris cruciatibus uror,

Sed quod non modico frigore laesit hiems.

si tamen ipse vales, aliqua nos parte valemus:

Quippe mea est humeris fulta ruina tuis.

hui mihi cum dederis ingentia pignora, cumque

Per numeros omnes hoc tueare caput;

quod tua me raro solatur epistola, peccas;

Remque piam praestas, et mihi verba negas.

2. rem si quis qua. 12. ni — neges.

1. E GETICO. a *Getico* Pirckh. *Egetico* Berol.

2. MITTERE — quo. *qua* Palat. prim. Goth. Reg. Gall. Busl. Medon. et duo. Aut hinc, aut e versu Pont. 1, 10, 2. memoriter repetito natae scripturae: *si quis rem qua duorum librorum* f: *rem si quis qua* Moret. Leid. prim. et duorum.

3. TRAXI — MENTIS. *mentis* — *traxi* Jun. Vers. seq. *ormentis* Rel. *pars mea* Serv. *ne qua foret* Mor. Pirckh. Jun. *eptem* et ed. Bonon. Vers. 5. *Parsque dies* Palat. prim.

8. SED — MODICO. *At quae non exc.* Voss. *Sic me non* Goth. a sec. m. in rasura. *Et quod non* Busl. Pirckh. *Sed quem* duo. *Sed quia non* duo. *Quod ma non* Mor. *Me quoque* non Reg. Leid. prim. unus Ciof. prim. ed.; Francof. v. scr. *Me* *uia non* Guelf. a s. m. et duo. *Sed quod in immodico* prim. Vatic. Serv. et vett. edd. praeter Bonon. Reliqui libri Palat. primo luce uti legis. Coniecturas proposuerunt Heinsius: *Id quod*, vel *laeva quod immod.*, Schraderus: *Ut quod*, alius, vel alii: *Quid* *quod nocte suo frigore laedit* h. Locutio Ovidiana videtur, quam *si* similibus exemplis explicando non sumus. Ea fere ascripsimus *upra* ad 3, 10, 48. Vers. 7. *parte putemus* Goth. Vers. 8. *ulla carina* Jun. Leid. prim.

9. QUI MIHI. *Quid mihi* Guelf. Francof. Pirckh. Rel.; *Mo-* *st.* pro v. scr.

12. REMQUE — NEGAS. *Quidque pium praest.* duo. *Rem-* *ue male praestas* Leid. prim. et var. scr. Pirckh. *Remque malum* r. unus. *Remque tuam* Busl. *praestas si mihi* Goth. in ras. *leg. Gall. exc.* Voss. Pirckh. Berol. Bersm. Palat. sec. Francof. *t Guelf.*, qui: *verba feras* a m. s. *cum mihi* Busl. *sed mihi* *serv* Leid. prim. duo et prim. ed. *nec mihi* Seguer. *ni mihi* — *egas* Moret. Jun. et tres. *ni — neges* Put. Rel. Crev. et tres. *i — legas* unus.



- Hoc precor emenda; quod si correxeris unum,  
 Nullus in egregio corpore naevus erit.  
 15 Pluribus accusem; fieri nisi posset, ut ad me  
 Litera non veniat, missa sit illa tamen.  
 Di faciant, ut sit temeraria nostra querela,  
 Teque putem falso non meminisse mei.  
 Quod precor, esse liquet. Neque enim mutabile rob  
 20 Credere me fas est pectoris esse tui.  
 Cana prius gelido desint absinthia Ponto,  
 Et careat dulci Trinacris Hybla thymo;  
 Immemorem quam te quisquam convincat amici:  
 Non ita sunt fati stamina nigra mei.  
 25 Tu tamen ut possis falsae quoque pellere culpae  
 Crimina, quod non es ne videare, cave:  
 Vtque solebamus consumere longa loquendo  
 Tempora, sermoni deficiente die;  
 Sic ferat ac referat tacitas nunc litera voces,  
 30 Et peragant linguae charta manusque vices;  
 Quod fore ne nimium videar diffidere, sitque  
 Versibus hoc paucis admonuisse satis;

15. possit. 25. falsae possis. 28. sermonem.  
 32. hic.

15. POSSET. possit Mor. Jun. et tres. Vers. seq. *sit illa licet* Goth. m. s. *sit ipsa licet* Mor. et quatuor. Vers. 19. *non enim* Put. Serv. Berol. et Leid. prim., qui hic deficit. Vers. 21. *gelida* — Ponto unus Mediceus probante paene Heinsio.

25. POSSIS FALSAE. *falsae possis* Busl. et decem, *inter* quos fortasse Palat. prim. *falsae depellere culpae* Seguer. *pellere culpae* Palat. prim. *fallere* Pirckh. exc. Voss. *tollere* vett. edd. praeter Bonon. et fortassis ad tales collati Francof. et Palat. sec. Vers. 27. *multa loquendo* Palat. prim. Put. Serv. Busl. Pirckh. et duo; Guelf. fortasse sub rasura.

28. SERMONI. *sermonem* Put. Rottendorp. *sermone* prim. Vatic. et Guelf. sub rasura. Vers. 29. *et referat* Mor. Serv. Busl. *tua littera* Mor. *iam littera* Serv.

31. QUOD — VIDEAR. *Quod fere* Guelf. a pr. m. *Quod face* Gall. *Quod tibi ne* duo Heinsii cum prim. et vett. edd. *fore vel nimium* Palat. prim. *non nimium* Berol. *videar nimium* Busl. Francof. Jun. Vers. seq. *Versibus hic* Gall. Vers. 33. *epistola* verbum Goth.

Accipe, quo semper finitur epistola verbo,  
Atque meis distent ut tua fata, vale.

## XIV.

Quanta tibi dederim nostris monumenta libellis,  
O mihi mē coniux carior, ipsa vides.  
Detrahat auctori multum Fortuna licebit;  
Tu tamen ingenio clara ferere meo:  
Dumque legar, pariter mecum tua fama legetur, 5  
Nec potes in moestos omnis abire rogos:  
Cumque viri casu possis miseranda videri,  
Invenies aliquas, quae quod es, esse velint:  
Quae te, nostrorum cum sis in parte malorum,  
Felicem dicant, invideantque tibi. 10  
[Non ego divitias dando tibi plura dedissem,  
Nilferet ad manes divitis umbra suos.]

34. Aque. 1. dederint nostri — libelli. 5. mecum  
pariter.

34. ATQUE. Aque Bersm. Stroz. Gothanus a s. m. crasa  
littera.

## XIV.

Inscr. Ad uxorem suam Francof. Berol. Nuptam Naso mo-  
net misero quod fida maneret Pirckh. Berol. Ad uxorem, quod suis  
libris sit aeterna Ald.

1. DEDERIM — LIBELLIS. dederint nostri — libelli Ham-  
burg. et unus Vatic. Heinsius cur probaverit, non assequor.

3. MULTUM. nimium Gall. vultum varia scriptura in Reg.  
Huius auctor, sat scio, memor Pont. 4, 3, 7: quia contraxit vul-  
tum Fortuna, hic quoque volebat: Contrahat auctori vultum For-  
tuna. Vers. seq. ferere mei Goth.

5. PARITER MECUM. mecum pariter Mor. Bersm. et alius.  
Vers. seq. Non Put. Busl. Jun. et septem cum vett. edd. potes  
infestos Goth. Vers. 7. possis casu Goth. Vers. 9. parte la-  
borum Serv. et quinque cum vett. edd. Vers. 11. div. tibi  
dando Goth.

12. NIL FERET — DIVITIS. Divitis — nil feret Reg. Put.  
floril. Berol. vett. edd. et ad tales collati Palatt. (primus: Divitis)

- Perpetui fructum donavi nominis: idque,  
 Quo dare nil potui munere maius, habes.  
 15 Adde, quod, ut rerum sola es tutela mearum,  
 Ad te non parvi venit honoris onus.  
 Quod nunquam vox est de te mea muta, tuique  
 Iudiciis debes esse superba viri.  
 Quae ne quis possit temeraria dicere, persta,  
 20 Et pariter serva meque piamque fidem.  
 Nam tua dum stetimus, turpi sine crimine mansit,  
 Et tantum probitas irreprehensa fuit.  
 → Par eadem nostra nunc est sibi facta ruina:

19. praesta. 22. Et laudem — tulit.

Pirckh. Seguer. Verissime Heinsius et Schraderus hoc disticho proscrisperunt: totum huc non quadrat, singula sunt absurda *plura pro: plus, umbram ad manes suos aliquid ferre.*

14. NIL POTUI — HABES. *non potui* Moret. Busl. Jun. prim. ed. *maius habe* Goth. v. scr. Berol. et duo. *Quod dare non potui venit honoris onus* Put. incertum, num omissio sequens disticho.

15. UT — ES. Omnes libri: *et rerum sola es*, praeter quos Jun.: *es rerum sola et*, Goth. Guelf. et Crev.: *et rerum sola tutela*, Polit. prim. et duo: *solam tutela*. Sed vix est, ut Heinsius emendationem devites, nisi hiulcum hoc distichon velis. Quin inter hoc et sequens distichon adhuc nexus sententiae desiderabitur, nisi aut hanc: *ut rerum solers tutela mearum etc.*, aut aliam, modo non violentiorem, adhibeas medelam. Tum vero aptissime quod dicitur, certe, innuetur, hoc erit: *Non vanam aliquam gloriam tibi largior, quam fortasse pudor tuus aversaretur, sed cum labor multo quaesitam, tum nulli non matronae decoram.* Vers. 18. *Indiciis* Guelf. prim. Polit. Palat. sec. et tres.

19. PERSTA. *praesta* Palat. prim. Goth. cum glossa: *efficit* Mor. Jun. Bersm. quinque et ed. Bonon. Vers. seq. *meque tuamque fidem* Gall. Jun. Pirckh. Berol. et tres. *Te pariter serva iudiciumque meum* Busl. Vers. 21. *stet. virtus sine cr.* Goth.

22. ET TANTUM. Ita libri longe plurimi sensu longe optimo *Hactenus non nisi reprehensione caruisti*; cfr. Met. 11, 425: *tantumque dolebo, Non etiam metuam*. Sen. ep. 49: *Utinam tantum non prodesse nocent! nocent. Et semper probitas* Palat. prim. Serv. Rebersm. Crev. Mor. pro v. scr. et alius. *Et tanta prob.* Goth. Guelf. (*tuanta correctum*) prim. Polit. Palat. sec. Francof. Reg. Put. Gall. Mor. Pirckh. Jun. Berol. prim. ed. *Et tua nunc pro exc.* Voss. et duo. *Et tantae unus. Et tandem* vett. edd.

23. PAR — NUNC. Haec verba sic extant in codd. Reg. Gall. Mor. Serv. Jun. Seguer. Goth. Guelf. a pr. m. Berol. et undecim aliis cum vett. edd. *sibi depromptum est ex uno Mediceo,*

Conspicuum virtus hic tua ponat opus.

Esse bonam facile est, ubi quod vetet esse, remo- 25  
tum est,

Et nihil officio nupta quod obstet, habet.

Cum deus intonuit, non se subducere nimbo,

Id demum est pietas, id socialis amor.

Rara quidem virtus, quam non Fortuna gubernet, 30

Quae maneat stabili cum fugit illa, pede.

Si qua tamen pretii sibi merces ipsa petiti,

28. *deest est.*

Crev. et var. scr. Moret. *Per eadem nostra nuno* Palat. sec. *Par eadem nostra est* Put. *Pars eadem exc.* Voss. *Par equidem* Crev. *nostrae* Gottorp. *Par ea fortunae nunc est* Busl. *est facta tibi ruina* Goth. Praeter haec discrimina consentiunt libri in hac scriptura:

*Par ea de nostra non est tibi facta ruina.*

Doctorum coniecturae non desunt, Heinsii:

*Par ea post nostram nunc est sibi facta ruina,*

*Par ea post nostrae nunc est sibi fata ruinae;*

Burmanni: *Par veterum nostra si nunc tibi fama ruina,*

*Parta tibi nostra si nunc est fama ruina;*

Jac. Gronovii: *Pulchrior in nostra nunc est sibi facta ruina.*

Verum harum omnium nulla scrupulum tollit, qui solus in vulgata *deest*, hic adverbium aut dure et inconcinne, aut obscure positum. Hoc qui animadverterit, unus est Withofius in Praemet. crucc. critt. p. 137. sq. de hoc loco disputans atque ita emendans:

*Area de nostra nunc est tibi facta ruina:*

Hoc erat ostendere, quid distarent aera lupinis! *Aream* dici, ubi fundamenta aedificiorum ponuntur, non est, quod illius exemplis doceamus. Ac fortasse notam non effugiemus, qui aut in alieno modesti esse voluerimus, aut superstitionem criticam quorundam paene ad ludibrium usque reveriti simus.

24. **PONAT.** *ponit* Guelf. Pirckh. et tres.

25. **VETET.** Sic Palatini, Francof. Pirckh. Gall. Guelf. Seguer. Berol. et vett. edd. *vetat* reliqui. *est* in fine abiciunt Gall. Serv. Busl. Seguer. et quatuor.

26. **OFFICIO N. QUOD OBSTET.** *officiis* Francof. Jun. Bersm. et quatuor. *officii* Goth. Reg. Put. Gall. prim. Polit. Seguer. Berol. quinque et vett. edd. *quod optet* prim. Polit. Jun. et duo. *obstat* Rel. floril. Berol. *optat* Palat. sec. Seguer.

28. **EST** omittunt Gall. et alter.

29. **QUIDEM VIRTUS.** *quidem est* Goth. Put. Serv. Busl. Jun. Seguer. Rel. floril. Berol. et vett. edd. *gubernat* libri praeter Palat. prim. Reg. Put. Mor. Serv. Busl. Rel. quinque et prim. ed. Vers. seq. *manet instabili* Goth.

31. **SIQUA TAMEN — PETITI.** Ita plane libri maximo numero. *Si quantum pret. exc.* Voss. *tibi merces* cod. Bersm. *est*

Inque parum laetis ardua rebus adest;  
 Vt tempus numeres, per secula nulla tacetur,  
 Et loca mirantur qua patet orbis iter.  
 35 Aspicias, ut longo teneat laudabilis aeo  
 Nomen inextinctum Penelopea fides?  
 Cernis, ut Admeti cantetur et Hectoris uxor,

85. longo maneat. 87. ut Hect.

in fine addunt Palat. prim. Francof. Put. Mor. Serv. Pirckh. Sa-  
 guer. Guelf. a sec. m. Crev. prima et vett. edd.; post: *pretii idem*  
 Rel. et utroque loco Jun. habebat. *ipsa poeta* Berol. *ipsa peti-*  
*tum* Reg. *petita est* Goth. a pr. m. Interpolationes servarunt  
 prim. Vatic. Guelf. a prim. m. et Palat. sec., sed hic obscurius  
*Si qua tamen pretium sibi merces ipsa petitem*, Reg. pro var. scz.  
 quod in ed. Ald. sec. et posterioribus extat: *Si tamen est, pretium*  
*cui virtus ipsa petitem*. Busl. ita: *Si qua tamen pretii est ac vincas*  
*ipsa petenti*, quae scriptura consarcinata videtur e pluribus inter-  
 polatis, quarum fortasse una fuit:

*Si qua tamen pretii sibi vindex ipsa petiti;*  
 quemadmodum *vindices vires legis* Her. 9, 13. Plurimorum libro-  
 rum consensus coniecturas Heinsii, Schraderi aliorum partim iage-  
 niosas, violentissimas omnes excludit. Nec tamen explanandi ea  
 ratione, quam sequitur Wakkerus Am. lit. p. 124. post: *tamen in-*  
*terpungendo et subaudiendo illa omnia: est virtus, quam non For-*  
*tuna gubernet*, multum proficitur. Equidem cum omnia perpendo,  
 non intelligo, quomodo displicere debeat *pretium petitem*. Ita *iura*  
*petita* Fast. 3, 62., *domus soceri petiti* Met. 9, 11. dicuntur  
*Merces pretii* ita profecto dicitur, ut apud Ciceronem de fin. 2, 31,  
*probitas praemiorum mercede evocata*. Deinde si *merces magni*  
*pretii, quantivis pretii* aequae recte dicitur, atque *animalia iulas*  
*praedae* Met. 10, 537., *damna nostrae notae* Fast. 5, 314. vel,  
 quo nihil simplicius, *diversae tela figurae* ibid. v. 561., quid, ob-  
 secro, participium illud verbale meruit, cur improbetur? Non aliter  
 legis Met. 10, 627:

*Non erit invidiae victoria nostra ferendae.*

Postremo apponam locum Lactantii Inst. div. 6, 18., qui mi-  
 rum sit, nisi hinc potius, quam unde noster, e Ciceronis loco modo  
 indicato colorem traxerit: *habeatque iam pretium gloriae, quod ca-*  
*ptavit: nec praemium coelestis illius ac divinae mercedis accipiat*  
 Vers. seq. *Ipsa parum unus* Vatic. *Gloria non laetis* Berol.

33. UT TEMPUS. *Si tempus* Put. Jun. prim. Polit. Segue-  
 quatuor et vett. edd.

34. ET LOCA MIRANTUR. *Ut loca* Reg. *Sed loca* Put. Jun.  
*transgreditur* Reg. Gall. Serv. Busl. exc. Voss. Jun. Francof.  
 Bernsm. Rel. Berol. Crev. et quinque.

35. LONGO TENEAT. *socio ten.* Goth. *taceat* Put. *maneat*  
 unus Vatic.

37. CANTETUR ET HECTORIS. *cantantur* Serv. *ut Hect.*

Ausaque in accensos Iphias ire rogos?  
 Et vivat fama coniux Phylaceia, cuius  
 Iliacam celeri vir pede pressit humum? 40  
 forte nihil opus est pro me, sed amore fideque.  
 Non ex difficili fama petenda tibi est.  
 Nec te credideris quia non facis, ista moneri.  
 Vela damus, quamvis remige navis eat.  
 Qui monet, ut facias quod iam facis, ille monendo 45  
 Laudat, et hortatu comprobat acta suo.

41. Nil opus est letho. 44. puppis.

re. Voss. et alius. *Herculis* Busl. Vers. 39. Et vio. Guelf. a  
 r. m. Palat. sec.

40. CELERI. *sceleri* Goth. primo Palat. prim. et Vatic.  
 fofani.

41. MORTE NIHIL OPUS EST. - Ita Palatini, Goth. Guelf.  
 ut. Gall. Mor. Serv. Jun. Pirckh. Francof. Bersm. Rel. Berol.  
 t quatuordecim cum prim. ed. *Morteque nil opus est* Busl. Crev.  
 t duo. *Nil opus est morte pro me* vett. edd. et codd. Vossii pa-  
 ris. *Letho nil opus est* Gottorp. *Nil opus est letho* exc. Voss.  
 probante Heinsio. *At nece nil opus est* qui restant cum Ald. sec.  
 ocus Met. 7, 644. Pont. 3, 1, 113. alii adhiberunt.

43. MONERI. *moveri* Palat. prim.

44. NAVIS. *puppis* Put. Jun. fortasse Palat. sec. sex alii et  
 vett. edd. In calce: *Explicit, expliciat, ludere scriptor eat* Rel.  
 Explicit iste liber, sit scriptor carmine liber Busl. *Explicit liber*  
 le tristibus Goth.

## Embolium.

Cum paulo inferius ad fragmenta, quae Rabirii esse proba-  
 bili coniectura putantur, ablegandus mihi sis, lector, sequenti pa-  
 gina, cuius mihi arbitrium operae faciunt, quaedam eorum carmi-  
 num, quae nostratibus criticis Heynio, Morgensternio, Kreyssigio,  
 IV. dd., praeter duas tresve syllabas rectius, quam a Ciampitio  
 restitutas nihil dum debent, retractabo, usui futura et ipsis nobis  
 postea, et fortasse ei, qui Herculaeas illas reliquias a turpi situ  
 olim vindicabit.

Col. 2. CUM. UPER . . . : LIUS. PELUSIA MOENIA. CAESAR  
 COEPERAT. IMPERIIS. ANIMOS COHIBERE. SUORUM.  
 QUID. CAPITIS. IAM CAPTA. IACENT QUAE (prona quid usque)  
 SUBRUITIS. FERRO MEA. MOENIA QUONDAM. ERAT HOSTIS.  
 HAEC. MIHI. CUM. S . . . A. PLEBES. QUOQUE NUUC SIBI UICTRIX  
 UINDICAT. HANC FARMULAM. ROMANA. POTENTIA (ea) NDEM.

De utraque lacuna male dissimulata est desperatio. Repone, si placet, *Cum superante alius*: h. e. mutatus ab illo Caesare, qui moenia ceperat. Cfr. Horat. ep. 1, 16, 20: *Neve putes alium sapiente bonoque beatum*. Deinde neque *cum socia*, neque *cum domina*, quae nihili sunt, sed *cum summa leges*, h. e. cum reliqua Aegypto.

Col. 5. QUALIS. AD INSTANTIS. ACIES. CUM TELA. PARANTUR  
 SIGNA. TUBAE. CLASSESQUE. SIMUL. TERRESTRIBUS ARMIS.  
 EST. FACIES. EA. UISA. LOCI. CUM. SAEVA COIRENT  
 INSTRUMENTA. NECIS. URVIO. CONGESTA. PARATU  
 UUNDIQUE. SIC. ILLUC . . . MP. DEFORME. COACTUM  
 OMNE. UAGABATUR. LETI. GENUS. OMNE TIMORIS.

Versu penultimo quod restituunt, *campo friget. Lega pompa*.

Col. 6. Loculentus locus facillimus fuit ad resarciendum. Sed versu penultimo hoc:

I. MERSISQUE . . . O. CLAUSERUNT. GUTTURA. FAUCES.  
 utrum quatuor, an tres litterae desiderentur, non assequor e Kreys-  
 sigii notatis et videtur sane elici nihil posse, nisi mendum iam  
 tunc irrepressisse statuas ita eximendum:

*Immersisque toro clausurunt gannaca fauces.*

Otium interpretandi non est, ipse videbis: nec multum huic rei tribuo. Sed Col. 7.

TER. FUERAT. REVOCATA dies. CUM. PARTE SENATUS.  
 ET. PATRIAE COMITANTE. SUAE. CUM. MILITE CAESAR.  
 GENTIS. ALEXANDRI. C . . . EN. AD. MOENIA UENIT.  
 SIGNAQUE. CONSTITUIT. SIC. OMNIS TERROR. IN ARTUM.

lacunam implent: *cupiens, cingens!* Immo, *cernens*. Vid. interpp. ad Virg. Aen. 12, 709. et Wagner. Quaest. Virg. 29, 2, c.

Col. 8. . . . RERE . . . . . PORTARUM CLAUSTRA. E. URBEM.  
 OPSIDIONE. TAMEN. NEC. CORPORA. MOENIBUS. A . . . NT.  
 CASTRA. QUE. PRO. MURIS. ATQUE. ARMA. PEDESTRIA.  
 PONUNT.

HOS. INTER. COETUS. IALIS. QUE. AD. BELLA. PARATUS.  
 UTRAQUE. SOLLEMNIS. ITERUM. REUOCAUERAT. ORBES.  
 CONSILIIIS. NOX. APTA. DUCUM. LUX. APTIOR. ARMIS.

Credo de Alexandrinis haec dici et ita supplenda esse:

*Exserere ac tuti portarum claustra, nec urbem  
 Obsidione tamen, nec corpora moenibus audent,  
 Armaque etc.*

**P. OVIDII NASONIS IBIS**

**CUM VETERE INTERPETE.**



**THEOPHILO FRIEDLAENDERO BIBL. REG. PRAEF.**

**S.**

Ut minus illustri in loco, neque tamen Italorum Tuorum exemplo inhonesto Te alloqui destinaverim, Vir Praestantissime, effecit id cum singularis Tuus pudor, qui ab eorum importunitate, qui libros persalutare solent, prohibendus erat, tum fatum meum, quo in iis scriptis versandis detineor, quae bona verba ordine solito admittere non videntur: adeo iniucundis rebus editorem onerant. Nihil tamen efficacius habeo ad animum defaecandum renovandumque quamvis brevi Tuo colloquio. Biennium fere est, ex quo miro casu in hanc urbem me delatum, varia et gravia discrimina expertus, necdum Bonae Fortunae reconciliatum consilio adiuvisi, opera sustentasti, eruditae copiae ditasti, officii omnibus demeruisti, cumulasti: quae si quid memoriae habeo, oblivisci, si quid facundiae, tacere, si quid facultatis haberem, referre nunquam potero. Certe hos labores meos cum Tibi data opera inscribo, paene ineptus sum. Quam enim illi alio spectare ultro possent, atque unde provenerunt. Fertasse paucula quaedam mihi Ovidius debet: at ego pleraque bene libris accepta refero: libros vero illos auxilio inprimis Tuo. Praesertim, quos Tu mihi indicasti, quaesivisti, parasti, commodasti, unum rependo et alterum promitto: hoc est modico frui senore. Vale et me ama.

## PROLUSIONIS AD IBIN

### CAPUT PRIMUM.

#### *Ovidius Callimachum imitatus.*

Quaestionem exordimur a plurimis derelictam, sive propter exilitatem despexerint, sive desperaverint propter difficultatem, quae ortasse proprio ac suo fructu non carebit; si minus, varietate rerum quasi per saturam attingendarum abundabit; certe quam tantam aliquando retractasse non poenitebit, si doctiores opella nostra suos labores elici patientur. Indignum utcunque visum est armen Ovidii tam singulare, quod utrisque veterum litteris illustrandis in primis aptum esse videatur, diutius iacere. Nam de interpretatione, non illa vocum tantum et regularum, quantum seculum suum duumviris illis, alteri Gallo, alteri Hispano, qui post immaritatios Italos Ibin ediderunt, absolvere permisit? In critica vero arte quantillum bonae frugis ab immortalis memoriae Heinsio Burmanni culpa ad nos permanere potuit? Itaque velim docti viri ea, quae iam praefabimur, examinent, corrigant; quae de critico genere stemus, usurpent, augeant.

Primum est, quod quaeritur, num ipsius carminis Callimachei articulae ad nos pervenerint. Nullae quidem ex diserto grammaticorum testimonio. Bentleius praeter sex locos scholiastae Salerniani ad vv. 313, 329, 377, 453, 499. quae a schol. Ven. II. 12, 397. et Proclo ad Plat. Polit. p. 391. traduntur, non, quod videntur, ex Aetiis, sed ex Ibide desumpta esse censuit. Io. Schraekerus, inter insigniores olim criticos, in schedis autographis, quas bibliotheca Regia Berolinensis servat, inter fragmenta Callimachea n. 457. Blomf. quod legitur de Limonide, ex Ibide petatum suspi-

cabatur. Postea Valckenarius in libro de elegis Callimachi p. 280 seqq. illo referebat fragmentum n. 315. ita concinnandum:

Τὸν σὲ Κροτωπιάδην, ναὶ μὰ τὸν αὐτὸν ἐμέ,  
tum fragm. 222. et 174. ita coniuncta:

Ὅς δ' ἑτέρῳ κακὰ τεύχει, ἐῷ κακὸν ἦπατι τεύχει,  
Ἥλεά μὲν ῥέξας, ἐχθρὰ δὲ πεισόμηνε!

et fragm. 200:

Καὶ μόνος αἰζηῶν ἔγραυε κηδεμόνα.

denique fragm. 204:

Ῥίμφεϊ κανθάδει τόργος ἔκοψε νέκυν.

Postremo F. Gerhardus Lectionum Apollonianarum p. 6. fragm. 292:

Ἐλλετε βασκανίης ὀλοὸν γένος,

quod Valckenarius p. 282. elegis amatoris adiudicaverat, ad Ibin pertinere opinatus est. Cel. Naekius in Mus. Rhen. Welck. t. 2 p. 533. illud ad Hecalen refert, ad Ibin vero fr. 306:

Μή με, τὸν ἐν Δωδῶνι λελεγμένον εἶνεκα χαλκόν  
Ἥγειρον —.

Hi viri scilicet in plurimis errarent, si vera esse viderentur quae nuper doctissimus Ernestus ab Leutsch in vita Ovidiana hunc fere in modum scripsit: non videri Ovidium operosius Callimachum imitatum esse, quia id alienum fuerit ab eius ingenio, quia incertum sit, habueritne secum in exilio graecum exemplar; parum vero probabile, memoriter eum illud tenuisse: imprimis quia, cum libelli famosi apud Graecos iambico metro compositi fuerint, Callimachus quoque non alio versu scripsisse videatur: Ovidium vero sine iambis minus assuetum, quamvis Medeam fecerit, sine, quam acrius olim se ulcisci posset, maluisse elegos. Nollem haec sibi persuasisse virum, a quo nihil non praeclarum Ovidius sperat. Neque enim nisi levissime admonendus est Ἀράς et Χιλιάδας Euphorionis herois, Eratosthenis Ἀντεριννὸν distichis compositas fuisse Moerus Ἀράς et Antimachi Καταχήνας elegiaco numero scriptas videri; de Callimachi vero Ibide hoc dubium minime esse ex Ovidiani vv. 55, 56, ubi modus elegiacus Callimachi iambis Archilochi opponitur.

Deinde de ratione et conformatione carminis, absque Clemente Alexandrino et Suida esset, toti penderemus ex Ovidio eiusque veteri interprete, quorum hic saepe nugatur, ille vero quid in exprimendo Graeco poeta secutus fuerit, quam maxime quaeritur. Clemens igitur ita Strom. l. 5. p. 571: Εὐφορίων γὰρ ὁ ποιητὴς καὶ τὰ Καλλιμάχου Αἴτια καὶ Ἴβις καὶ ἡ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα καὶ τούτοις παραπλήσια γυμνάσιον εἰς ἐξήγησιν γραμ-

ἠρικῶν ἔκκεται πασιόν. Suidas in Καλλιμάχος: Ἰβίς ἐστὶ δὲ οἴημα ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν εἰς τινα βίβλιν γεγόμενον ἐχθρὸν τοῦ Καλλιμάχου· ἦν δὲ οὗτος Ἀπολλώνιος ὁ γράψας τὰ Ἀργοναυτικά. Quoniam de nomine, de amicicia, de carminis adornatione nonnihil traditum accipimus, caerendum est, quae harum rerum causa ac ratio fuerit. Ac primum de nomine qui inquisivit, appellandus est Weichertus V. D. in libro de vita et carmine Apollonii Rhodii p. 73. sq.; nam priorum, quos ipse refutavit, tacebuntur. Is igitur more suo, hoc est ex utriusque antiquitatis morum magna intelligentia, disputavit de omnium iocosorum pristina libertate, et Herodoti aviculae descriptione l. 2, 76. proposita multa ibi legi existimat, quae de homine dici potuerint, puta calvitium, crurium exilitatem. Eius modi sane etiam alia plurima inveniri poterant. Velut si quis ea, quae Aelianus hist. anim. 10, 29. tradit: λέγουσι τοὺς ταῖς ταρχείαις τῶν ζώων ἐφραῶτας — ὁμολογεῖν τὸ τῆς Ἰβίδος ἔντερον ἐξ εἰς αὐτῶν πύλων καὶ ἐνεθήκοντα, et paulo post: σελήνης δὲ ἐκλιπούσης καταμύει etc., quae Jo. Lydus de mens. p. 38. ed. Schow. persequitur, per iocum conversa putet in poetam epicum prolixiora truentem, sed interdum, uti fas est tali in opere, dormitantem, non male convenisset haec a Callimacho culpari, ut infra exponetur. Certe e studiorum ratione potius, quam e vita communi Alexandrinorum cognomina petita fuisse, ipsa Welckeri V. Diss. disputatio de Alcmane p. 84., quam Weichertus attestatur, fidem facit. Nisi quis fortasse Γέρανον Euphorionis, de quo incerta omnia, tamen nomen ioculari κακοσκελοῦς cuiusdam putet.

E loco Aristophanis Av. 1296. Bekk.:

Ἰβίς Λυκούργω, Χαιρεφῶντι νυκτερίς,

non multum erui posse videtur, quod huc quadret. Sive enim illius in aliorum comicorum locis a scholiasta adhibitis propter dicendum genus, sive propter mores et victum, sive propter partium studium Lycurgus, quisquis fuit, notatur, ab Atticis certe ξένιας causa cariturus. At Apollonius, quantum constat, in sermone purior Callimacho fuit, tum vero, cum ab hoc impugnaretur, et domicilio, et primo ab Aegypto et Alexandria sese reduxerat. Ut multo rectius ipse Callimachum eo modo, quo Attici Lycurgum, traducere potuisset. Nisi fortasse Aegyptum tanquam natalem terram crimini vertit inimico suo Callimachus Cyrenaeus: quod quomodo potuerit sine offensione civium suorum, si Alexandriae ille natus fuit, non video. Verum tamen simile quid secutum eum fuisse, necesse est. Nominatur sane Apollonius Ἀλεξανδρεὺς Suidae, τὸ γένος Ἀλεξαν-

δρεύς, et quidem φύλης Πτολεμαίδος, utriusque vitae auctorit, et Strabo lib. 14. p. 655. ita habet: Διονύσιος δὲ ὁ Θραξ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τὰς Ἀργοναΐδας ποιήσας Ἀλεξανδρεῖς μὲν ἐκαλοῦντο δὲ Ῥόδιοι. At Athenaeo deipnos. 7, 19. et secundum hunc Aeliano hist. an. 15, 23: Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος, ἢ Ναυκρατίτης audit. Quorum testimoniorum non est, cur postrema eo modo elevemus, quo Weichertus statuit, *Ναυκρατίτην* dici Apollonium, quia *Ναυκράτειως κτίσιν* scripserit Athenaeo teste: scilicet uti Nicander *Αἰτωλὸς* dicitur. Sed novum hunc modum, qui praeterquam φύσει et θέσει patria veteribus scriptoribus impertitur, improbare videtur clariss. Meinekius de Rhiano in actis Acad. Berol. 1832. p. 129. De adiectivis, qualia *Σικυώνιος*, *Ἰθωμαῖος* fortassis omnia concedenda sunt. Cfr. Welcker. de cyclo p. 50. Credamus Athenaeo de urbe natalicia Apollonii, quod quomodo faciamus, neque Strabo, neque reliqui obstant. Satis enim constat, primum satis diu, et post satis honesto in loco illum poetam Alexandriae vixisse. Atque ita iudicavit Valckenarius de Callim. eleg. p. 283., neque dissentire audio alios viros summos et doctissimos, iam causam video satis, ni fallor, probabilem, cur ibidis nomen Callimachus finxerit. Solum Platonem testem adduco in Phaedro §. 134, p. 274, c.: ἤκουσα τοίνυν περὶ Ναυκρατίτην τῆς Αἰγύπτου γενέσθαι τῶν ἐκεῖ παλαιῶν τινα θεῶν, οὗ καὶ τὸ ὄνομα τὸ ἱερόν, ὃ δὴ καλοῦσιν ἴβιν· αὐτῷ δὲ ὄνομα τῷ δαίμονι εἶναι Θεῦθ. Ergo ibis avicula quam maxime Naucratica fuit, velut Horatius serpentem Epidaurium, Ovidius Cythereidas columbas dixit: civis ergo Apollonii fuit, eiusque coniunctionis iure nomina uterque commutarunt. Si quid opus est ad confirmandam hanc sententiam, petere licet ex iis, quae supra de habitu et ingenio volucris commemoravimus.

A levidensibus his progrediendum est ad ipsam, quae inter utrumque poetam intercessit, inimicitiam exponendam. Fuisse inimicos, Suidas loco supra exscripto testatur: cur fuerint, vitae Apollonianae auctores tradiderunt, sive tradere videntur: neuter enim, nisi admodum obscure verbis his, τὸ μὲν πρῶτον συνὼν Καλλιμάχῳ et ταφῆναι δὲ σὺν αὐτῷ τῷ Καλλιμάχῳ in hoc causam adversae fortunae, qua Apollonius in recitando carmine usus est, fuisse indicant.

Verum et hoc, et quomodo odia exercuerint, alia quaedam sunt, quae testentur. Restant Callimachi versus extremo hymno in Apollinem hi:

Ὁ Φθίνος Ἀπόλλωνος ἐς οὐατα λάθριος εἶπεν·

Ὅτι ἔγγραμμαι τὸν δοιδόν, ὅς οὐδ' ὄσα πόντος αἰδεῖ.  
 Τὸν Θρόνον Ἀπόλλων ποδὶ τ' ἤλασεν, ὡς δ' ἔκειπε  
 Ἀσσυρίων παταμοῖο μέγας ῥόος, ἀλλὰ τὰ πολλὰ  
 Λύματα γῆς καὶ πολλὸν ἐφ' ἕδατι συρφετὸν ἔλαε.  
 Ληοὶ δ' οὐκ ἀπὸ παντὸς ἕδωρ φορέουσι Μελισσαι,  
 Ἄλλ' ἤτις καθαρή τε καὶ ἀχράαντος ἀνέρπει  
 Πίδακος ἐξ ἱερῆς, ὀλίγη σιβύς, ἄκρον ἄωτον.  
 Χαῖρε ἄναξ· ὁ δὲ Μῶμος ἔν' ὁ φθόρος, ἔνθα νέιτο.

vide epigramma Apollonii legitur in Analect. Brunck. 2, p. 358:

Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα, τὸ παίγιον, ὁ ξύλινος νοῦς,

Αἴτιος ὁ γράψας Αἴτια Καλλίμαχος.

loco hymni Apollonium tangi, primi viderunt Casaubonus ad Athe-  
 neum et J. G. Vossius de poetis Graecis, quibus assensi Sal-  
 tignius, Jac. Gronovius, Gerhardus, Weichertus. Epigramma ple-  
 que ante illos Callimachi versus scriptum, scilicet post infortu-  
 tum istud litteratum statuunt. Mihi secus videtur primum propter  
 significatum vocis αἴτιος, indicatum ex Eustathio a Jacobisio V. Cl.  
 Anthol. tom. 10, p. 48., deinde propter κάθαρμα, quod Callimachi  
 vituperium cumulate reponere infra videbimus. Nihil tamen affir-  
 maverim, nisi hoc, Ibin, Callimachi carmen, scriptum non esse ante  
 epigramma Apollonii, in quo cum hic Causas illius causatur et cri-  
 tici vertit, fecerit id, oportet propter obscuritatem, quam omnis an-  
 tiquitas illis tribuit; vide testimonia apud fragmentorum editores.  
 Nam vero Ibis quoque teste Suida ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς  
 ἐσάφειαν et Aetiis hoc nomine simillimum fuit secundum Clemen-  
 tem l. l. Probabile autem est hoc carmen ita comparatum ideo  
 fuisse, quia scriberetur contra eum, qui illud vituperavisset: quod  
 si verum, necesse est prius reprehensa fuisse Aetia, quam scriptum  
 Ibin. Ac nescio, an rectissime versus ex Ibide reliquus habeatur ille:

Ἥλιὸν μὲν ῥέξας, ἐχθρὸν δὲ πεισόμενε,

potest commode ad iudicium illud sive perversum, sive iniquum Apol-  
 lonii referri potest.

Ex epigrammatis illius et Ibidis Callimachei comparatione eru-  
 tuerunt quaedam ad litterarum illarum cognitionem non inutilia,  
 versus ex hymno etiam multum conferunt, de quibus hoc moneam,  
 Berhardi explicationem minus satisfacere, qui Apollonium taxari  
 utat p. 5, 6. verbis: — ὅς οὐδ' ὄσα πόντος αἰδεῖ.

Ὅσα πόντος, nempe Euxinus, quid sit, non intelligo; Ar-  
 guantas certe aliquando ipse Callimachus celebrasse videtur, cfr.  
 l. 377. Ac fallor, aut ista interpretatio derivatur e disticho Ovi-  
 liano Pont. 4, 16, 21, 22., ubi Apollonianum carminis Romanum in-

terpretem indicari quidam falsissimo credunt. Quia ambiguitas in  
 verbis Ὁ Φθόνος Ἀπόλλωνος ἐς οὐατα, in quibus Φθόνος  
 intelligi potest *Livor edax*, *Invidus* Ovidii, uti post *Μῆνος*  
 et coniungi possunt haec, ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος, ut notetur  
 qui cum ab Apolline nomen duxerit, dedecori sit, vel improbetur  
 huic deo. Vide de eo vocabulo interpp. ad Eurip. Hec. 281  
 Iphig. Aulid. 1103. et similiter legis apud Callimachum hymn. De  
 240: Ζητός ὀνειδεία; illud quoque *Ἰανός ἄγλημα*, *Daphnidi*  
 grammaticī cognomen apud Suetonium de ill. gr. c. 10., meretur  
 conferri.

Iam vero Callimachi quasi placita quaedam fuisse videntur  
 quae si cum eius operum iudicibus conferantur, quid in poetica  
 cutus fuerit, satis diserte loquantur. Eorum primum tanquam  
 commentarii loco versus illos ex hymno illustrat. Expressum  
 datur in epigrammate 33. celeberrimo:

Ἐχθαίρω τὸ ποίημα τὸ κυκλικόν, οὐδὲ κελευθῶ,  
 nosti reliqua. Hos versus magno nostro bono illustravit Vir De  
 Welckerus de cyclo et cyclicis p. 97. sqq. Eorum, quae illic di  
 putantur de argumentorum e cyclo petitorum tractatione apud  
 poetas Alexandrinos, de eorum antesignano Antimacho, quem im  
 probasse hanc ob causam Callimachus videtur, vid. Procl. in Plat.  
 Tim. p. 28, de Antagorae Rhodii Thebaide, Heraclea Rhodii  
 Musaei Perseide, qui ante Callimachum fuerunt, et de Apollonio  
 illis simillimo, tanta est ubertas, ut addi quidquam vix possit, unius  
 poetae nomen illo numero eximi salva disputationis summa ad  
 liceret. Illum dico, cuius meminit Suidas s. v. *Πείσανδρος*, qui  
 que si fortasse a Theocrito ecl. 7, v. 99. nominetur, vix illi gene  
 accenseri possit, quod eiusdem carminis v. 30. sq. traduci vider  
 tur. Istoc igitur poetarum genus, qui argumenta et carminum ge  
 nera protrita retractarent, aversabatur Callimachus tum verbis, ut  
 vides, tum re et exemplo. Tragoedias, quas scripsit, et dithyras  
 hos, tum hymnos, quorum quidam restant, si missa facias, quia  
 gum foret explicare, quam singulari modo composita videantur,  
 elegia non veteres, sed Philetam secutus est, Aetia elucubravit,  
 roica carmina breviori ambitu et curioso fabularum dilectu conc  
 navit, inprimis Hecalen, Gratiis et Musis apprime faventibus,  
 456; tam, opinor, docte, quam nunc ipsum illud opusculum  
 Clarissimo Naekio enarratur.

Alterum Callimachi praeceptum fuisse videtur de dictionis pri  
 prietate. Ea virtus cum consummetur e duabus rebus aliis, v  
 garium et tritorum verborum fuga et tumoris atque affectationis

levitatione, utriusque singulatim studium et professans est; et videtur in illo agnoscere, tamen ut iudicatu hodieque difficile sit, fueritne illud summum assecutus, quod secutus est. Dictum igitur huc hoc traditur fr. 293. Blomf.:

*πατεῖν ἐτίρων ἴχνια μὴ καθ' ὄμα,*

quod de elocutione eum usurpasse Eustathius testatur opusc. p. 57, 50. ed. Tafel. Hoc eius studium illustrat Gerhardus p. 4., Meinekus de Euphor. p. 48. notissimam rem dicit. Multi eum hoc nomine morosum, abstrusum et grammaticorum crucem nuncuparunt, velut Reiskius ad Anthol. Jacobs. tom. 6. p. 7. A quo tamen vitio, si ipsum audias, alienissimus sibi visus est, velut in Iagm. ex elegis 165:

*Μηδ' ἀπ' ἐμεῦ διψᾶτε μέγα φοροεῶσαν ἰσοιδήν,*

docte explicato a Valckenario de eleg. Call. p. 285; lege modo, quid indicaverit de eo, cuius imprimis notabilis erat tumor verborum, Antimacho, in epigrammatis particula fr. 441:

*Αὐδῆ καὶ παχὺ γράμμα, καὶ οὐ τερπνὴ.*

Quamvis nihilo scius multum similitudinis inter utrumque hunc intercessisse Clar. Nækius de Choerilo p. 73. acutissime moneat.

Tertium Callimachi propositum longe notissimum est, quod magnum librum magnum malam pronunciare consuevit, narrante Athenæo 3, 1. Hoc quoque non semel in carminibus usurpasse videtur; fr. 506:

*Μὴ μετρεῖν σχολίῳ περισθί τῆν σοφίαν.*

fr. epigr. 9, v. 5, 6;

*Τῷ μερμηρίζαντι τὰ μὴ ἔνδικα τοῦτο γένοιτο*

*Τούπος· ἐμοὶ δ', ὠνάξ, ἢ βραχυσυλλαβίη.*

Vides in his omnibus admodum sibi placentem Batrachiden et quaedam adeo imperiosius inculcantem. Quis hoc negabit? Verum hoc duplex quaeritur, rectene iudicaverit, eum illa praeciperet, et ecquid profecerit ipse in instituenda illa ratione, veteres potissimum testes sunt consulendi. Quod ad primum attinet, id suavis video Callimachum, quod non modo posteriores ipse poetae maximo numero, sed etiam aequales, et vero, quod memorabile est, paulo antiquiores ut plurimum secuti sunt. Tam enim illa praecepta firma necessitate inter se coniuncta sunt, quam generi huius carminum ἐπιδεικτικῶν conveniunt. Nam sicubi docti ac literati tantum carmina scribunt, quae non canuntur, (memoriali, quis haec egregie persecutus fuerit,) tum statim quod aurium voluptati ex modulationis omissione deeedit, verborum non invenusta insolentia, et priscorum imprimis, quae quasi singula veteris artis



## PROLUSIO

memoriam revocent, compensandum est: de rebus vero similes docti cum scribunt, eruditi etiam legunt, vel quae recitantur, et dicunt; et cum nunquam non novitate carmina placeant, doctis tamen novissima sunt, quae obscurissima et reconditissima. Ubi vero omnia exquisita sunt et studio elaborata, nisi temperes, taedium creatur. Atque illud quidem de rerum verborumque dilectu utrumque pridem ante Callinachum Euphorion, Philetas, Hermesias alterum utrum Rhianus, Aratus, Alexander Aetolus et Simmias perasperaverant. Brevitatis admonitio videri possit propria Callimachum nisi et illa versu Theocriti 7, 46. et ipsa virtus eius opusculis inhaereret. Vides multo minus docere aequales suos, quam tum auctoritate, tum exemplo suo confirmare voluisse Callinachum. Quae autem apud illos fuerit, res ipsa, quam tractamus, demonstrat. Unus nimirum fuit, quantum sciamus, qui contraria sequeretur: communis omnium consensu improbatum est: Apollonius, qui tum ipsum Rhodius coepit appellari, postquam per sodales Musei *ἐκλεγετὰ γινόμενα*, uti loquitur Callinachus, expertus est. Antiquior enim et vulgaria tractabat, et prolixius quidem; orationis quoque eius longe alius est color et maior simplicitas: in delectu verborum delectum instituisse eum dixeris. In hymno Callimachi nota enim propter materiam et ambitum operis, non propter sermonem notabilis est, cum ipse in epigrammate tot probra Callimacho ingerat, quot illius praecepta vidimus. Nam propter rerum, argumentorum et fabularum selectionem *κάθαρον* eum dixit, hoc est non, ut ab omnibus verti solet, sceleratum, furciferum, quod rectissime in quamvis alium dici potuisse dicit Gerhardus p. 5., sed purgamentum, exverras et quisquilias: de qua significatione vide Stephanii thesaurum. *Παύριον* pertinet ad elegantem brevitatem libellorum, de qua voce vide Jacobsium ad Anthol. tom. 6. p. 388. *Ἐύλιος νοῦς* cum ad sermonis exquisitoris praeposterum studium commode referri videatur, non nego, quod Gerhardus p. 5. dicit, aliquanto acius id convicium pungere Callinachum debuisse, si hac in parte, quod multorum est iudicium, feliciter adversarii ingenium intellexerit. Quare ad ibidem scribendum pertinens se contulit: ex quo tempore inter hunc et Callinachum istae pugna stetit, quae diversarum partium iam tum fuisse videtur, cum Theocritus iuvenis vers. 45. sq. septimi idyllii scriberet, quod dum ante Apollonii tempora compositum est, quantumvis hic *ἔτι ἔφηθα* Argonautica recitaverit, quapropter in Apollonium ipsum scripta illa statuit Gerhardus p. 5.; ut incertum sit, habueritne adhuc sensus suae rationis. Hactenus de causa altercationis, in qua enae

Quia cum Gerhardus et Weichertus iniquiores in Callimachum se reuerint, notandum est, quamvis illo mortuo Apollonius Alexandriam redierit, posteriorum poetarum non multos huius vestigia pressisse videri, Callimachi exemplum valuisse in Romanos adhuc, qui a Graeculis instituerentur. Ergo si de re ipsa recte expositum est, Callimachi causam inferiorem non fuisse apparet: in meliore causa num iusto inhumanius sese gesserit, in Ibide praesertim scribendo, nam praeterea quid tandem fecit? iam consideremus.

Si in offensione aequae gravi uterque, Callimachus et Ovidius, scriberet et malitiose rem gesserit, abstinendum foret iudicio e nostri seculi moribus ducto, nisi fortassis Ovidium quis culpae velit beati Augustini assecla, cuius haec sunt verba: *Haec gesta sunt non solum antequam Christus in carne praesens docere coepisset, sed etiam antequam de virgine natus esset.* Quod totum in Ovidium non cadit. Si in causa dissimili Callimachus tam acerbe scribitus est, quam Ovidius, quae hodie vulgata videtur opinio, vid. Valckenar. p. 263., Gerh. p. 6., Weichert iudicio accedo, qui verum Ovidio datam Callimacho negat. Est tamen, cur aliter statuerem. Credo Cyrenaicum poetam, si ingenium habuit, si impotentissimi animi non fuit, mediocriter ferre debuisse Apollonii offensam. At utrumque negat Gerhardus p. 5. seqq. Ingenium ei interrogat, quo quidem argumento, nescio; animi impotentiam arguit argumento, si quid video, parum valido. Epigrammate 22. sic confici statuit:

*Ὅστις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, Καλλιμάχου με*

*Ἰδοὶ Κυρηναίου παιδᾶ τε καὶ γενέτην.*

*Εἰδείης δ' ἄμφω κεν· ὁ μὲν ποτε πατρίδος ἔπλων*

*Ἦρξεν· ὁ δ' ἤρξεν κρείσσονα βασκανίης,*

versus suo sepulcro voluerit inscribi Callimachus, quibusque nomen inextinctum Apollonii professus sit, effeceritque, quo minus illi, quod fama fert, una cum illo sepeliri potuerit. Scilicet quemmodum versus Meleagri 1, 1, 22: — *μύρον*

*Καλλιμάχου συμφιλοῦ μεσὸν αἰεὶ μέλιτος*

de morositate eius in Ibin exhibita sunt, qui accipiant. Verum quod et Gerhardi opinionem attinet, primum vel in sepulcro, vel in cetero facillime duo cum tertio aliquo conduntur, ab utroque ferre nimirum; deinde non est, cur versu postremo signatius quid et invidiosius dici putemus, atque ab Horatio od. 2, 20, 4. et illis, quos vide apud Mitscherlichium. Denique totum illud epigramma aut ego fallor, aut ad Callimachum nequaquam pertinet, sed ad patrem Battum ignobiliorem, ut puto, nec nisi a patre

et filio illustrem, sepultum vero Cyrenae. Ipse Callimachi, quod sibi fecit, titulus extat inter epigrammata 36.:

*Βαττιάδew παρὰ σῆμι φέρεις πόδας ἐδ' μὲν ἀοιδῆν  
Εἰδῶτος, ἐν δ' οἴνω καιρία συγγελάσαι,*

quod vides hilaritatem animi testari, non morositatem et atram hilem. Licebit autem huius breviorum versuum eodem iure in nostram convertas, quam in superiori. Sed contendo et ingenium et moderationem ex ipso Ibdidis carmine intelligi posse. Ingenium certe se ultus est, cum quae adversarius in ipso carpsisset, in carmine suo conspicua quam maxime fecit: fabularum copiam uberrimam et minime otiosam, sed in certum finem collineantem: obscuritatem verborum, ut puto, adversario magis quam vellet, perspicuam: denique exiguitatem libri, Ovid. Ib. v. 447., quem iste longiorem non cuperet. Haec ipsa iocantem poetam ostendunt, fortasse illudentem, ad summum iactantiorem. Labet coniecturas indulgere. Non dubito, quin Callimacheum carmen inter similia aliorum supparis aetatis eximium fuerit iis rebus, quibus dixi. Euphorionis Chiliades, quas quinque versuum millia continuisse statuit Meinekius p. 22., certe rerum reconditarum non exiguam farraginem complexae videntur: tam continuam seriem votorum pessimorum et omnium exhibuisse, ac Callimachi opusculum, non videtur: nec facile alia eiusdem generis carmina. Singulare hoc et prorsus novum vide, an explicari possit, si credamus Ovidium colorem illum de re divina faciendam v. 97. seqq. non e Romano more ascivisse, velut de diris in Crassum a tribunis plebis factis legimus apud Dionem Cassium lib. 39. c. 39., ubi vide interpp. et Putsch. de Valer. Catone p. 12. sq., sed a Callimacho mutuatum esse, qui simili modo carmen suum exorsus fuerit: deinde si Cyrenaeum poetam non antea stilum suum acuisse ponamus, quam Apollonius Alexandria Rhodum se proripuerit: quod certe Weichertus pro explorato habuit. Rhodi igitur in antiquo oppido Lindi singulare ac permirum sacrificii genus Herculi institutum erat, cuius descriptionem petes a Photio e Conone, bibl. cod. 186, p. 132. Bekk., Lactant. Institt. 1, 21., epitomes c. 23., Apollodor. 2, 5, 11., Apomian. Marc. 1. 22. p. 225. ed. Vales. Fiebat quoque *δυσφημίας* genere, conviciis, imprecationibus, pipulo atque oecentatione: quid quaeris? simili prorsus modo comparatum erat, atque Callimachi hoc carmen, de quo agitur. Quodsi modo Callimachus eo loco, quo Ovidius, sacrificii mentionem habuit, putaverim totum suum carmen illum ad istam Lindiam rem divinam adornasse: Haec coniectura si locum habet, quoniam illud Herculis sacrum est

ocularis fuit, qua egregie delectari ille heros existimabatur, vid. Phot. l. 1.: *καὶ ὁ Ἡρακλῆς γέλωτι διδοὺς τὰς ἀφ᾽ οὐδέποτα ἐπεφθίγγατο θόλης ἡδύονος ἀπολαῦσαι, ἢ τῆς μετὰ τῶν ἀρῶν;* similiter Lactantius; hinc, opinor, quid de virulenta ista carminis Callimachei acrimonia, de qua declamari solet, statuendum sit, apparet. Si non iocularis tota atque ridicula, certe utpote ad certum exemplar efficta, quanto artificiosior et elaboratior, tanto minus formidabilis fuisse videtur.

Quoniam de inimicis, de inimicitia, atque ex parte de conformatione pinnati carminis dictum est, quod *εἰς ἀσάφειαν καὶ λοδορίαν ἐπιτετηδευμένον* a Suida dicitur, restat, ut de obscuritate etiam illa dispiciamus. Est hoc multo magis lubricum genus disputationis, quam priora omnia: neque enim iudicandum est, ut illi Melanthio de carmine Diogenis, quod se videre negabat propter obscuritatem, sed de obscuritate carminis, quod nullum extat. Si Suidas potissimum audiendus esset, aut si Clemens Ibidem et Euphorionem tantum contulisset, desperandum esset de iudicio ferendo: neque enim improbable foret, Callimachum fabulas alias commentum esse, alias variasse, atque detorsisse. Quod si Euphorion fecisse subinde videtur Editori celeberrimo, dubitante quidem Muellero V. Cl. Prolegom. mythol. p. 92., causam eius rei non certe in praesenti non quaerimus: si Ovidius fecisset, quod valde dubito, causam facillime inveniremus: apud Callimachum autem de altiore quodam consilio suspicio nasceretur, quod si ignorandum esset, de omni illa lite exponenda operam lusissemus. Verum enimvero de obscuritate studio quaesita, in qua monstrandum est, cur quis noluerit intelligi, nego cogitandum esse potius, quam de sponte nascente ex argumenti natura, cuius causa posita est in lectoribus peritioribus, ignorantioribusve: ignorantiores vero Suidas secutus videtur. Obscuritas poetarum aut in verbis est, aut in rebus tractatis. In verba primum alia, nisi quae nimiae doctrinae est, non cadit: quis enim unquam verbis vel ludendo usus est, quae intelligi non posse confideret? Verbis igitur Callimachus in Ibide usus est aut magis, aut aequae, aut minus doctus, quam in reliquis operibus, sed quae intelligi possent et deberent. Sed paene putaverim temperasse sibi, ac frenum iniectisse hac in parte: primum propter *ξύλινου νοῦ* quod supra illustravimus, opprobrium, deinde quia si vel minus odii, quam vulgo creditur, id carmen spiraverit, tamen seipsum deridiculo esse auctor, ut puto, noluit: ridicula autem solet esse verborum affectata insolentia connotatione in animo.

cabatur. Postea Valckenarius in libro de elegis Callimachi p. 280 seqq. illo referebat fragmentum n. 315. ita concinnandum:

Τὸν σὲ Κροτωπιάδην, ναὶ μὰ τὸν αὐτὸν ἐμέ,  
tum fragm. 222. et 174. ita coniuncta:

Ὅς δ' ἑτέρω κακὰ τεύχει, ἐὼ κακὸν ἦπατι τεύχει,  
Ἥλεα μὲν ῥέξας, ἐχθρὰ δὲ πεισόμηνε!

et fragm. 200:

Καὶ μόνος αἰζηῶν ἔγραε κηδεμόνα.

denique fragm. 204:

Ῥάμφει κανθῶδει τόργος ἔκοψε νέκυν.

Postremo F. Gerhardus Lectionum Apollonianarum p. 6. fragm. 292

Ἐλλετε βασκανίης ὀλοὸν γένος,

quod Valckenarius p. 282. elegis amatoris adiudicaverat, ad Ibin pertinere opinatus est. Cel. Naekius in Mus. Rhen. Welck. t. 2 p. 633. illud ad Hecalen refert, ad Ibin vero fr. 306:

Μῆ με, τὸν ἐν Δωδῶνι λελεγμένον εἶνεκα χαλκόν  
Ἦγειρον —.

Hi viri scilicet in plurimis errarent, si vera esse viderentur quae nuper doctissimus Ernestus ab Leutsch in vita Ovidiana hunc fere in modum scripsit: non videri Ovidium operosius Callimachum imitatum esse, quia id alienum fuerit ab eius ingenio, quod incertum sit, habueritne secum in exilio graecum exemplar; parum vero probabile, memoriter eum illud tenuisse: imprimis quia, cum Ibelli famosi apud Graecos iambico metro compositi fuerint, Callimachus quoque non alio versu scripsisse videatur: Ovidium vero sive iambis minus assuetum, quamvis Medeam fecerit, sive, quae acrius olim se ulcisci posset, maluisse elegos. Nollem haec sibi persuasisse virum, a quo nihil non praeclarum Ovidius sperat. Neque enim nisi levissime admonendus est Ἀρὰς et Χιλιάδας Euphorionis herois, Eratosthenis Ἀντεριννὸν distichis compositas fuisse, Moerus Ἀρὰς et Antimachi Καταχήνας elegiaco numero scriptas videri; de Callimachi vero Ibide hoc dubium minime esse ex Ovidiani vv. 55, 56, ubi modus elegiacus Callimachi iambis Archilochi opponitur.

Deinde de ratione et conformatione carminis, absque Clemente Alexandrino et Suida esset, toti penderemus ex Ovidio eiusque veteri interprete, quorum hic saepe nugatur, ille vero quid in exprimendo Graeco poeta secutus fuerit, quam maxime quaeritur. Clemens igitur ita Strom. l. 5. p. 571: Εὐφορίων γὰρ ὁ ποιητὴς καὶ τὰ Καλλιμάχου Αἴτια καὶ Ἴβις καὶ ἡ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρου καὶ τούτοις παραπλήσια γυμνάσιον εἰς ἔξηγησιν γραμ-

ῥητικῶν ἔκκεται· παισίν. Suidas in Καλλιμάχος: Ἰβίς ἐστὶ δὲ  
 ῥοίημα ἐπιτετηθευμένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδόριαν εἰς τινα  
 βίβλιν γεόμενον ἐχθρὸν τοῦ Καλλιμάχου· ἦν δὲ οὗτος Ἀπολλο-  
 νίος ὁ γράψας τὰ Ἀργοναυτικά. Quoniam de nomine, de  
 inimicitia, de carminis adornatione nonnihil traditum accipimus,  
 caerendum est, quae harum rerum causa ac ratio fuerit. Ac pri-  
 mum de nomine qui inquisivit, appellandus est Weichertus V. D.  
 libro de vita et carmine Apollonii Rhodii p. 73. sq.; nam prio-  
 res, quos ipse refutavit, tacebuntur. Is igitur more suo, hoc est  
 ex utriusque antiquitatis morum magna intelligentia, disputavit de  
 nominum iocosorum pristina libertate, et Herodoti aviculae descri-  
 ptione l. 2, 76. proposita multa ibi legi existimat, quae de homine  
 Ibi potuerint, puta calvitiam, crurinum exilitatem. Eius modi sane  
 etiam alia plurima inveniri poterant. Velut si quis ea, quae Ae-  
 lianus hist. anim. 10, 29. tradit: λέγουσι τοὺς ταῖς ταριχείαις  
 τῶν ζώων ἐφεσῶτας — ὁμολογεῖν τὸ τῆς Ἰβίδος ἔντερον ἔξελ-  
 λαι πῆχτων καὶ ἐνεθήκοντα, et paulo post: σελήνης δὲ ἐκλιπού-  
 ρης καταμύει etc., quae Jo. Lydus de mens. p. 38. ed. Schow.  
 persequitur, per iocum conversa putet in poetam epicum prolixiora  
 truentem, sed interdum, uti fas est tali in opere, dormitantem,  
 non male convenisset haec a Callimacho culpari, ut infra exponer-  
 ur. Certe e studiorum ratione potius, quam e vita communi Alex-  
 andrinorum cognomina petita fuisse, ipsa Welckeri V. Dss. dispu-  
 tatio de Alcmane p. 84., quam Weichertus attestatur, fidem facit.  
 Nisi quis fortasse Γέρανον Euphorionis, de quo incerta omnia,  
 tem nomen ioculare καχοσκελοῦς cuiusdam putet.

E loco Aristophanis Av. 1296. Bekk.:

Ἰβίς Λυκούργω, Χαιρεφῶντι νυκτερίς,

non multum erui posse videtur, quod huc quadret. Sive enim illio  
 et in aliorum comicorum locis a scholiasta adhibitis propter dicend  
 genus, sive propter mores et victum, sive propter partium studium  
 Lycurgus, quisquis fuit, notatur, ab Atticis certe ξένις causa car-  
 pitur. At Apollonius, quantum constat, in sermone purior Calli-  
 macho fuit, tum vero, cum ab hoc impugnaretur, et domicilio, et  
 tum ab Aegypto et Alexandria sese reducerat. Ut multo rectius  
 ipse Callimachum eo modo, quo Attici Lycurgum, traducere potuis-  
 set. Nisi fortasse Aegyptum tanquam natalem terram crimini vertit  
 inimico suo Callimachus Cyrenaeus: quod quomodo potuerit sine  
 offensione civium suorum, si Alexandriae ille natus fuit, non video.  
 Verum tamen simile quid secutum eum fuisse, necesse est. Nomi-  
 natur sane Apollonius Ἀλεξανδρεὺς Suidae, τὸ γένος Ἀλεξαν-

δρεύς, et quidem φυλῆς Πτολεμαίδος, utriusque vitæ auctori, et Strabo lib. 14. p. 655. ita habet: Διονύσιος δὲ ὁ Θραξ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τὰς Ἀργοναύτας ποιήσας Ἀλεξανδρεὺς μὲν, ἐκαλοῦντο δὲ Ῥόδιοι. At Athenaeo deipnos. 7, 19. et secundum hunc Aeliano hist. an. 15, 23: Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος, ἢ Ναυκρατίτης audit. Quorum testimoniorum non est, cur postrema eo modo elevemus, quo Weichertus statuit, *Ναυκρατίτην* dici Apollonium, quia *Ναυκράτειος κτίσιν* scripserit Athenaeo teste: scilicet uti Nicander *Αἰτωλὸς* dicitur. Sed novum hunc modum, qui praeterquam *φύσει* et *θέσει* patria veteribus scriptoribus impertitur, improbare videtur clariss. Meinekius de Rhiano in actis Acad. Berol. 1832. p. 129. De adiectivis, qualia *Σικυώνιος*, *Ἰθωμαῖος* fortassis omnia concedenda sunt. Cfr. Welcker. de cyclo p. 56. Credamus Athenaeo de urbe natalicia Apollonii, quod quominus faciamus, neque Strabo, neque reliqui obstant. Satis enim constat, primum satis diu, et post satis honesto in loco illum poetam Alexandriae vixisse. Atque ita iudicavit Valckenarius de Callim. eleg. p. 283., neque dissentire audio alios viros summos et doctissimos. Iam causam video satis, ni fallor, probabilem, cur ibidis nomen Callimachus finxerit. Solum Platonem testem adduco in *Phaedra* §. 134, p. 274, c.: ἤκουσα τοίνυν περὶ Ναυκρατίτην τῆς Αἰγύπτου γενέσθαι τῶν ἐκεῖ παλαιῶν τινα θεῶν, οὗ καὶ τὸ ὄνομα τὸ ἱερόν, ὃ δὴ καλοῦσιν ἴβιν· αὐτῷ δὲ ὄνομα τῷ δαίμονι εἶναι Θεῦθ. Ergo ibis avicula quam maxime Naucratica fuit, velut Horatius serpentem Epidaurium, Ovidius Cythereidas columbas dixit: civis ergo Apollonii fuit, eiusque coniunctionis iure nomina uterque commutarunt. Si quid opus est ad confirmandam hanc sententiam, petere licet ex iis, quae supra de habitu et ingenio volucris commemoravimus.

A levidensibus his progrediendum est ad ipsam, quae inter utrumque poetam intercessit, inimicitiam exponendam. Fuisse inimicos, Suidas loco supra exscripto testatur: cur fuerint, vitae Apolloniana auctores tradiderunt, sive tradere videntur: neuter enim, nisi admodum obscure verbis his, τὸ μὲν πρῶτον συνὼν Καλλιμάχῳ et ταρῆναι δὲ σὺν αὐτῷ τῷ Καλλιμάχῳ in hoc causam adversae fortunae, qua Apollonius in recitando carmine usus est, fuisse indicant.

Verum et hoc, et quomodo odia exercuerint, alia quaedam sunt, quae testentur. Restant Callimachi versus extremo hymno in Apollinem hi:

Ὁ Φθίνος Ἀπόλλωνος ἐς οὐατα λάθριος εἶπεν·

ὄνα ἔγυμαι τὸν δοιδόν, ὃς οὐδ' ὄσα πόντος αἶδει.  
 Τὸν Φθόνον Ἀπόλλων ποδί τ' ἤλασεν, ὡδε δ' ἔικτεν·  
 Ἀσσυρίων παταμοῖο μέγας ῥόος, ἀλλὰ τὰ πολλὰ  
 Ἀύματα γῆς καὶ πολλὸν ἔφ' ὕδατι συρφετὸν ἔλκε.  
 Αἰθῆρ δ' οὐκ ἀπὸ παντὸς ὕδωρ φορέουσι Μελίσσαι,  
 Ἄλλ' ἦτις καθαρή τε καὶ ἀχράαντος ἀνέρι  
 Πίδακος ἔξ ἱερῆς, ὀλίγη σιβύς, ἄκρον ἕωτον.  
 Χαῖρε ἄναξ· ὃ δὲ Μῶμος ἔν' ὃ φθόρος, ἔνθα νέοιτο.

Deinde epigramma Apollonii legitur in Analect. Brunck. 2, p. 358:

Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα, τὸ παίγιον, ὃ ξύλιος νοῦς,  
 Αἴτιος ὃ γράψας Αἴτια Καλλίμαχος.

Loco hymni Apollonium tangi, primi viderunt Casaubonus ad Athe-  
 naeum et J. G. Vossius de poetis Graecis, quibus assensi Sal-  
 magnius, Jac. Gronovius, Gerhardus, Weichertus. Epigramma ple-  
 neque ante illos Callimachi versus scriptum, scilicet post infortu-  
 num istud litteratum statuunt. Mihi secus videtur primum propter  
 significatum vocis αἴτιος, indicatum ex Eustathio a Jacobo V. CL  
 Anthol. tom. 10, p. 48., deinde propter κάθαρμα, quod Callimachi  
 vituperium cumulate reponere infra videbimus. Nihil tamen affir-  
 maverim, nisi hoc, Ibin, Callimachi carmen, scriptum non esse ante  
 epigramma Apollonii, in quo cum hic Causas illius causatur et cri-  
 tici vertit, fecerit id, oportet propter obscuritatem, quam omnis an-  
 tiquitas illis tribuit; vide testimonia apud fragmentorum editores.  
 Nam vero Ibis quoque teste Suida ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς  
 ἰσοφειαν et Aetii hoc nomine simillimum fuit secundum Clemen-  
 tem I. I. Probabile autem est hoc carmen ita comparatum ideo  
 fuisse, quia scriberetur contra eum, qui illud vituperavisset: quod  
 si verum, necesse est prius reprehensa fuisse Aetia, quam scriptum  
 Ibin. Ac nescio, an rectissime versus ex Ibide reliquus habeatur ille:

Ἥλιᾶ μὲν ῥέξας, ἐχθρὰ δὲ πεισόμενε,

quod commode ad iudicium illud sive perversum, sive iniquum Apol-  
 lonii referri potest.

Ex epigrammatis illius et Ibidis Callimachei comparatione erui-  
 poterunt quaedam ad litterarum illarum cognitionem non inutilia,  
 Versus ex hymno etiam multum conferunt, de quibus hoc moneam,  
 Berhardi explicationem minus satisfacere, qui Apollonium taxari  
 putat p. 5, 6. verbis: — ὃς οὐδ' ὄσα πόντος αἶδει.  
 ὄσα πόντος, nempe Euxinus," quid sit, non intelligo; Ar-  
 chonatas certe aliquando ipse Callimachus celebrasse videtur, cfr.  
 p. 377. Ac fallor, aut ista interpretatio derivatur e disticho Ovi-  
 diano Pont. 4, 16, 21, 22., ubi Apolloniani carminis Romanum in-



terpretem iudicari quidam falsissimo credunt. Quia ambiguitas in  
 verbis Ὁ Φθόνος Ἀπόλλωνος ἐς οὐατα, in quibus Φθόνος  
 intelligi potest *Livor edax*, *Iavidus* Ovidii, uti post *Μῆμος*  
 et coniungi possunt haec, ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος, ut notetur  
 qui cum ab Apolline nomen duxerit, dedecori sit, vel improbetur  
 huic ded. Vide de eo vocabulo interp. ad Eurip. *Hec.* 28  
*Iphig. Aulid.* 1103. et similiter legis apud Callimachum hymn. De  
 240: Ζηῆς ὀνειδέα; illud quoque *Πανός ἄγλημα*, *Daphni*  
 grammaticī cognomen apud Suetonium de ill. gr. c. 10., meriti  
 conferri.

Iam vero Callimachi quasi placita quaedam fuisse videntur  
 quae si cum eius operum iudiciis conferantur, quid in poetica  
 cutus fuerit, satis diserte loquantur. Eorum primum tanquam  
 commentarii loco versus illos ex hymno illustrat. Expressum  
 detur in epigrammate 33. celeberrimo:

Ἐχθαίρω τὸ ποίημα τὸ κυκλικόν, οὐδὲ κελευθῆναι,  
 nosti reliqua. Hos versus magno, nostro bono illustravit Vir De  
 Welckerus de cyclo et cyclicis p. 97. sqq. Eorum, quae illic di  
 putantur de argumentorum e cyclo petitorum tractatione apud  
 poetas Alexandrinos, de eorum antesignano Antimacho, quem in  
 probasse hanc ob causam Callimachus videtur, vid. Procl. in Pla  
 Tim. p. 28, de Antagorae Rhodii Thebaide, Heraclea Rhias  
 Musaei Perseide, qui ante Callimachum fuerunt, et de Apollon  
 illis simillimo, tanta est ubertas, ut addi quidquam vix possit, unum  
 poetae nomen illo numero eximi salva disputationis summa ad  
 liceret. Illum dico, cuius meminit Suidas s. v. Πείσανδρος, quae  
 que si fortasse a Theocrito ecl. 7, v. 99. nominetur, vix illi genus  
 accenseri possit, quod eiusdem carminis v. 30. sq. traduci vide  
 tur. Istoc igitur poetarum genus, qui argumenta et carminum ge  
 nera protrita retractarent, aversabatur Callimachus tum verbis,  
 vides, tum re et exemplo. Tragoedias, quas scripsit, et dithyra  
 mos, tum hymnos, quorum quidam restant, si missa facias, quia la  
 gum foret explicare, quam singulari modo composita videntur,  
 elegia non veteres, sed Philetam secutus est, Aetia elucubravit,  
 yca carmina breviori ambitu et curioso fabularum dilectu conc  
 navit, imprimis Hecalen, Gratiis et Musis apprime faventibus,  
 456; tam, opinor, docte, quam nunc ipsum illud opusculum  
 Clarissimo Naekio enarratur.

Alterum Callimachi praeceptum fuisse videtur de dictionis pri  
 prietate. Ea virtus cum consummetur e duabus rebus aliis, n  
 garium et tritorum verborum fuga et tumoris atque affectatio

levitate, utriusque singulatim studium et professus est; et videtur in illo agnoscere, tamen ut iudicatu hodieque difficile sit, fuerit illud summum assecutus, quod secutus est. Dictum igitur hoc traditur fr. 293. Blomf.:

*πατεῖν ἐτίρων ἴχνια μὴ καθ' ὄμα,*

quod de elocutione eum usurpasse Eustathius testatur opusc. p. 17, 50. ed. Tafel. Hoc eius studium illustrat Gerhardus p. 4., Keinekus de Euphor. p. 48. notissimam rem dicit. Multi enim hoc nomine morosum, abstrusum et grammaticorum cruceem nuncuparunt, velut Reiskius ad Anthol. Jacobs. tom. 6. p. 7. A quo tamen vitio, si ipsum audias, alienissimus sibi visus est, velut in fragm. ex elegis 165:

*Μηδ' ἀπ' ἐμεῦ διψᾶτε μέγα φοροεῶσαν ἰσοιδήν,*

docte explicato a Valckenario de eleg. Call. p. 285; lege modo, quid indicaverit de eo, cuius imprimis notabilis erat tumor verborum, Antimacho, in epigrammatis particula fr. 441:

*Λύδη καὶ παχὺ γράμμα, καὶ οὐ τερών.*

Quamvis nihilo secius multum similitudinis inter utrumque hanc intercessisse Clar. Naekius de Choerilo p. 73. acutissime monet.

Tertium Callimachi propositum longe notissimum est, quod magnum librum magnum malum pronunciare consuevit, narrante Athenaeo 3, 1. Hoc quoque non semel in carminibus usurpasse videtur; fr. 506:

*Μὴ μετρεῖν σχολίῳ περιθι τὴν σοφίαν.*

fr. epigr. 9, v. 5, 6;

*Τῷ μερμηρίζαντι τὰ μὴ ἔνδικα τοῦτο γένοιτο*

*Τοῦπος· ἐμοὶ δ', ὠνάξ, ἢ βραχυσυλλαβία.*

Vides in his omnibus admodum sibi placentem Battinadem et quaedam adeo imperiosius iaculantem. Quis hoc negabit? Verum si hoc duplex quaeritur, rectene iudicaverit, cum illa praeciperet, et equid profecerit ipse in instituenda illa ratione, veteres potissimum testes sunt consulendi. Quod ad primum attinet, id suavis video Callimachum, quod non modo posteriores ipse poetae maximo numero, sed etiam aequales, et vero, quod memorabile est, paulo antiquiores ut plurimum secuti sunt. Tam enim illa praecepta firma necessitate inter se coniuncta sunt, quam generi illi carminum ἐπιδεικτικῷ conveniunt. Nam sicubi docti ac literati tantum carmina scribunt, quae non canuntur, (memoriali, quis haec egregie persecutus fuerit,) tum statim quod aurium voluptati ex modulationis omissione deeedit, verborum non invenusta insolentia, et priscorum imprimis, quae quasi singula veteris artis

## PROLUSIO

memoriam revocent, compensandum est: de rebus vero similibus docti cum scribunt, eruditi etiam legunt, vel quae recitantur, et dicunt; et cum nunquam non novitate carmina placeant, doctis tamen novissima sunt, quae obscurissima et reconditissima. Ubi verum omnia exquisita sunt et studio elaborata, nisi temperes, taedium creatur. Atque illud quidem de rerum verborumque dilectu utrumque pridem ante Callinachum Euphorion, Philetas, Hermesias, alterum utrum Rhianus, Aratus, Alexander Aetolus et Simmias possederant. Brevitatis admonitio videri possit propria Callimachi, nisi et illa versui Theocriti 7, 46. et ipsa virtus eius opusculis inesset. Vides multo minus docere aequales suos, quam tum auctoritate, tum exemplo suo confirmare voluisse Callinachum. Quamquam autem apud illos fuerit, res ipsa, quam tractamus, demonstrat. Ubi nimirum fuit, quantum sciamus, qui contraria sequeretur: in communi omnium consensu improbatum est: Apollonius, qui tum ipsum Rhodius coepit appellari, postquam per sodales Musei *ὀξυγὰ τὰ γινόμενα*, uti loquitur Callinachus, expertus est. Antiquior enim et vulgaria tractabat, et prolixius quidem; orationis quoque eius longe alius est color et maior simplicitas: in delectu verborum delectum instituisse eum dixeris. In hymno Callimachi nota cum propter materiam et ambitum operis, non propter sermonem notabile est, cum ipse in epigrammate tot probra Callimacho ingerat, quot illius praecepta vidimus. Nam propter rerum, argumentorum et fabularum selectionem *κάθαγμα* eum dixit, h. e. non, ut ab omnibus verti solet, sceleratum, furciferum, quod rectissime in quamvis alium dici potuisse dicit Gerhardus p. 5., sed purgamentum, exverras et quisquilias: de qua significatione vide Stephanii thesaurum. *Παύγιον* pertinet ad elegantem brevitatem libellorum, de qua voce vide Jacobsium ad Anthol. tom. 6. p. 380. *Εύλιος νοῦς* cum ad sermonis exquisitoris praeposterum studium commode referri videatur, non nego, quod Gerhardus p. 5. dicit, aliquanto acrius id convicium pungeri Callinachum debuisse, si hac in parte, quod multorum est iudicium, feliciter adversarii ingenium intellexerit. Quare ad ibidem scribendum profectus se contulit: ex quo tempore inter hunc et Callinachum ista pugna stetit, quae diversarum partium iam tum fuisse videtur, cum Theocritus iuvenis vers. 45. sq. septimi idyllii scriberet, quod ante Apollonii tempora compositum est, quantumvis hic *ἔτι ἔφηβοι* Argonautica recitaverit, quapropter in Apollonium ipsum scripta illa statuit Gerhardus p. 5.; ut incertum sit, habueritne adhuc officiosae suae rationis. Hactenus de causa altercationis, in qua eorum

Inda cum Gerhardus et Weichertus iniquiores in Callimachum se reeuerint, notandum est, quamvis illo mortuo Apollonius Alexandriam redierit, posteriorum poetarum non multos huius vestigia ressisse videri, Callimachi exemplum valuisse in Romanos adhuc, nisi a Graeculis instituerentur. Ergo si de re ipsa recte expositum est, Callimachi causam inferiorem non fuisse apparet: in meliore causa num iusto inhumanius sese gesserit, in Ibide praesertim scribendo, nam praeterea quid tandem fecit? iam consideremus.

Si in offensione aequae gravi uterque, Callimachus et Ovidius, nocenter et malitiose rem gesserint, abstineudum foret iudicio e nostri seculi moribus ducto, nisi fortassis Ovidium quis culpae veliti Augustini assecla, cuius haec sunt verba: *Haec gesta sunt non solum antequam Christus in carne praesens docere coepisset, verum etiam antequam de virgine natus esset.* Quod totum in Ovidium non cadit. Si in causa dissimili Callimachus tam acerbe se scribit, quam Ovidius, quae hodie vulgata videtur opinio, videtur. Valckenar. p. 263., Gerh. p. 6., Weichertus iudicio accedo, qui verum Ovidio datam Callimacho negat. Est tamen, cur aliter statuerem. Credo Cyrenaicum poetam, si ingenium habuit, si impotentissimi animi non fuit, mediocriter ferre debuisse Apollonii offensam. At utrumque negat Gerhardus p. 5. seqq. Ingenium ei arrogat, quo quidem argumento, nescio; animi impotentiam arrogat argumento, si quid video, parum valido. Epigrammate 22. sic confici statuit:

*Ὅστις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, Καλλιμάχου με*

*ἴδω Κυρηναίου παῖδά τε καὶ γενέτην.*

*Εἰδείης δ' ἄμφο κεν· ὁ μὲν ποτε πατρίδος ἔπλων*

*ἤρξεν· ὁ δ' ἔμειπεν κρείσσονα βασκανίης,*

nos versus suo sepulcro voluerit inscribi Callimachus, quibusque nomen inextinctum Apollonii professus sit, effeceritque, quo minus sciret, quod fama fert, una cum illo sepeliri potuerit. Scilicet quemmodum versus Meleagri I, 1, 22: — *μύρτον*

*Καλλιμάχου συφελῶ μεσὸν αἰεὶ μέλιτος*

et morositate eius in Ibin exhibita sunt, qui accipiant. Verum quod et Gerhards opinionem attinet, primum vel in sepulcro, vel in epitaphio facillime duo cum tertio aliquo conduntur, ab utroque scire nimirum; deinde non est, cur versu postremo signatius quid invidiosius dici putemus, atque ab Horatio od. 2, 20, 4. et alius, quos vide apud Mitscherlichium. Denique totum illud epigramma aut ego fallor, aut ad Callimachum nequaquam pertinet, sed ad patrem Battum ignobiliorem, ut puto, nec nisi a patre

et filio illustrem, sepultum vero Cyrenae. Ipse Callimachi, quae sibi fecit, titulus extat inter epigrammata 36.:

*Βαυτιάδεω παρὰ σῆμι φέρεις πόδας εὖ μὲν ἀοιδῆν*

*Εἰδῶτος, ἐν δ' οἴνω καιρῶτα συγγελάσαι,*

quod vides hilaritatem animi testari, non morositatem et atram bilem. Licebit autem huius breviorum versuum eodem iure in rem nostram convertas, quam in superiori. Sed contendo et ingenium et moderationem ex ipso Ibdidis carmine intelligi posse. Ingeniosus certe se ultus est, cum quae adversarius in ipso carpsisset, in carmine suo conspicua quam maxime fecit: fabularum copiam uberrimam et minime otiosam, sed in certum finem collineantem: obscuritatem verborum, ut puto, adversario magis quam vellet, perspicuam: denique exiguitatem libri, Ovid. Ib. v. 447., quem iste longiorem non cuperet. Haec ipsa iocantem poetam ostendunt, fortasse illudentem, ad summum iactantiorem. Labet coniecturas indulgere. Non dubito, quin Callimacheum carmen inter similia aliorum supparis aetatis eximium fuerit iis rebus, quibus dixi. Euphorionis Chiliades, quas quinque versuum millia continuisse statuit Meinekius p. 22., certe rerum reconditarum non exiguam farraginem complexae videntur: tam continuam seriem votorum pessimorum et ominum exhibuisse, ac Callimachi opusculum, non videntur: nec facile alia eiusdem generis carmina. Singulare hoc et prorsus novum vide, an explicari possit, si credamus Ovidium colorem illum de re divina faciendam v. 97. seqq. non e Romano more ascivisse, velut de diris in Crassum a tribunis plebis factis legimus apud Dionem Cassium lib. 39. c. 39., ubi vide interpp. et Putsch. de Valer. Catone p. 12. sq., sed a Callimacho mutuatum esse, qui simili modo carmen suum exorsus fuerit: deinde si Cyrenaeum poetam non antea stilum suum acuisse ponamus, quam Apollonius Alexandria Rhodum se proripuerit: quod certe Weichertus pro explorato habuit. Rhodi igitur in antiquo oppido Lindo singulare ac permirum sacrificii genus Herculi institutum erat, cuius descriptionem petes a Photio e Conone, bibl. cod. 186, p. 132. Bekk., Lactant. Institt. 1, 21., epitomes c. 23., Apollodor. 2, 5, 11., Aemilian. Marc. 1. 22. p. 225. ed. Vales. Fiebat quovis *δυσφημίας* genere, conviciis, imprecationibus, pipulo atque ocentratione; quid quaeris? simili prorsus modo comparatum erat, atque Callimachi hoc carmen, de quo agitur. Quodsi modo Callimachus eo loco, quo Ovidius, sacrificii mentionem habuit, putaverim totum suum carmen illum ad istam Lindiam rem divinam adornasse. Haec coniectura si locum habet, quoniam illud Herculis sacrum re-

ocularis fuit, qua egregie delectari ille heros existimabatur, vid. Phot. l. 1.: καὶ ὁ Ἡρακλῆς γέλωτι διδοὺς τὰς ἀράς οὐδέποτε ἐπιφθίγγετο θούλης ἠδίοτος ἀπολαῦσαι, ἢ τῆς μετὰ τῶν ἀρῶν; similiter Lactantius; hinc, opinor, quid de virulenta ista carminis Callimachei acrimonia, de qua declamari solet, statuendum sit, apparet. Si non iocularis tota atque ridicula, certe utpote ad certum exemplar efficta, quanto artificiosior et elaboratior, tanto minus formidabilis fuisse videtur.

Quoniam de inimicis, de inimicitia, atque ex parte de conformatione pinnati carminis dictum est, quod εἰς ἀσάφειαν καὶ λοδορίαν ἐπιτετηδευμένον a Suida dicitur, restat, ut de obscuritate etiam illa dispiciamus. Est hoc multo magis lubricum genus disputationis, quam priora omnia: neque enim iudicandum est, ut illi Melanthio de carmine Diogenis, quod se videre negabat propter obscuritatem, sed de obscuritate carminis, quod nullum extat. Si Suidas potissimum audiendus esset, aut si Clemens Ibidem et Euphotionem tantum contulisset, desperandum esset de iudicio ferendo: neque enim improbable foret, Callimachum fabulas alias commentum esse, alias variasse, atque detorsisse. Quod si Euphotion fecisse subinde videtur Editori celeberrimo, dubitante quidem Muellero V. Cl. Prolegom. mythol. p. 92., causam eius rei nos certe in praesenti non quaerimus: si Ovidius fecisset, quod valde dubito, causam facillime inveniremus: apud Callimachum autem de altiore quodam consilio suspicio nasceretur, quod si ignorandum esset, de omni illa lite exponenda operam lusissemus. Verum enimvero de obscuritate studio quaesita, in qua monstrandum est, cur quis noluerit intelligi, nego cogitandum esse potius, quam de sponte nascente ex argumenti natura, cuius causa posita est in lectoribus peritioribus, ignorantioribusve: ignorantiores vero Suidas secutus videtur. Obscuritas poetarum aut in verbis est, aut in rebus tractatis. In verba primum alia, nisi quae nimiae doctrinae est, non cadit: quis enim unquam verbis vel ludendo usus est, quae intelligi non posse consideret? Verbis igitur Callimachus in Ibide usus est aut magis, aut aequè, aut minus doctis, quam in reliquis operibus, sed quae intelligi possent et deberent. Sed paene putaverim temperasse sibi, ac frenum iniectisse hac in parte: primum propter ξυλίνου νοῦ quod supra illustravimus, opprobrium, deinde quia si vel minus odii, quam vulgo creditur, id carmen spiraverit, tamen seipsum deridiculo esse auctor, ut puto, noluit: ridicula autem solet esse verborum affectata insolentia connotatione in animo.

Obscuritas argumenti in Ithide cuiusmodi fuerit, recte intelligitur, si de rei fabularis apud similes poetas ratione pauca dicatur. Horum poetarum proprium hoc fuit, quod cum fabularum uberrima illa copia defecisset, sive malis, tractando vilior facta esset, quod quando persenserint poetae, Choerili praestantissimum illud fragmentum docet, is defectus data opera et singulari studio resarciri coepit, non diffidentibus iis, qui id agerent. Inde factum est, ut notitia fabularis, quam olim non nisi secundam in poetarum laudem fuisse constat, primaria haberetur. Ita enim versus in titulo sepulchrali Euphorionis:

*Εὐφορίων ὁ περισσὸν ἐπιζόμενός τι ποιῆσαι —*  
et: *Ἄλλὰ σὺ τῷ μύσῃ ῥοιὴν ἢ μῆλον ἄπαρξαι,*

intelligendos esse inscriptio in codicibus testatur, de qua vide disserentem Meinekium p. 46. Huc pertinet epigramma Philetas Anal. Brunck. t. 2, p. 523, cuius postremi versus hi sunt:

*Ἄλλ' ἐπέων εἰδὼς κόσμον, καὶ πολλὰ μογήσας,  
Μύθων παντοίων ὄμιον ἐπιζόμενος.*

Fabularum nomine Callimachus πολυτίστωρ, εἴ τις ἄλλος dicitur a Strabone geogr. 9, p. 633. Eruebantur autem fabulae illae minus adhuc notae e singularum civitatum antiquitatibus, quas aut ipsi illi poetae versu, vel pedestri oratione enarrarunt, aut ab aliis enarrata perscrutati sunt. Sed quaecunque hoc modo conquiri poterant, quia, si cum veteribus divitiis conferrentur, exilia fere et quae privata erant, tractationis industriam requirebant. Hinc primum nata sunt epidia illa breviora singulorum heroum vel heroinarum, qualia Euphorionis sunt Anius, Hyacinthus, Philoctetes, Hippomedon, Alexandri Circe, *Ἀλιεύς*, Theocriti 24. et 25., Moschi 2, 4. Callimachi Cydippe, Hecale, Galatea, Glaucus, Semele, Eratosthenis Erigone, Nicandri Europa et Hyacinthus, Parthenii Iphiclus et Hercules. Secundum erat, ut quae singulatim tractata minus nitescere possent, in struem ampliorem redigerentur, cuiusmodi vasta illa *Ἀτάκτων* et *Μοῦσος* Euphorionis, *Ἀιτίων* Callimachi et Dionysii Corinthii volumina fuerunt: nec fortasse a multis aequiparata. Huc num pertinuerint Apollo et Musae Alexandri Aetoli, vix liquet. Doctrinae etiam insignem ostentationem admittebant singulorum deorum laudes, *Δημήτηρ* et *Διόνυσος* Euphorionis, *Ἑρμῆς* Eratosthenis, hymni Callimachi. Verum cum his notiora admisceri necesse interdum erat, tum in aliis generibus arte summa cinnis quidam novarum et veterum fabularum exhibitus esse videtur: didactica omnia dico, elegiam, qualem Philetas condidit, denique taelia, qualia *Ἐτεροιούμενα* Nicandri, quae posthac accumulatus est

anthemias, *Ἡρώδης*: Theocriti, si continuo carmina scriptae fuerint, illud Aristis qualecunque fuit, opus. In universum autem apertius persecuti videntur hi poetas ea, quae ignota putarent, amen ut in his quoque curiositatem lectorum, si possent, obscuritate vellicarent: strictim autem percurrisse aut quae cultum non amitterent, aut quae ab aliis tractata indicio tantum indigere viderentur. In utroque genere honorificum habitum esse videtur interpretem et requirere, et invenire, velut Aratus ab Alexandro Aetolo, Eratosthenes a Timarcho, ipse adeo Apollonius a Charonte, equalibus suis et *γυρωρίμοις*, explanati sunt. Ita Callimachi quoque Hecale ab Aristonico (Valcken. ad Ammon. p. 181.) et Mariano, Aetia ab Eratosthene, Epaphrodito et Theone, elegiae ab Archibio et Mariano commentariis illustratae sunt. De Ibyde paucis praeter Clementis locum supra propositum nihil eiusmodi traditum sit, probabile tamen dixerim. Cur inter ea referretur, quae difficillima essent, satis causae fuit: fabularum enim similitudinem quam maximus numerus ex instituto poetae requireretur, plerumque reconditae ponendae erant, indidem depromendae, unde Aetiorum atque Euphorionis, quae Clemens inquit, carminum farrago collecta erat: multitudo vero ne modulo libelli item proposito officeret, brevifloquentia opus erat, quali Lycophronis Casandra utitur. Hoc modo si carmen prodibat, quod quae in aliis Callimachi operibus singula illi placuissent, Apollonio displicuissent, coniuncta exhiberet: nihil id aliud erat, atque ipse auctor ambitiose exoptavisset: neque vero ideo ipsum carmen *ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσφάλειαν* dici oportuit, nisi etiam pleraque alia eius aliorumque opera, primis Aetia eodem loco haberentur.

Callimachi carmen ita comparatum, uti lucusque expositum est, valde dissimile fuisse Ovidiano, neque huius insolentiam omnem ab illo derivandam esse facile intelligitur. Ipsa inimicitia, inscriptio operis et conformatio, omnia alia modi apud utrumque deprehenduntur. Callimachus offensi animi causam non modo professus esse, sed etiam toto descriptionis genere ita expressisse videtur, ut eam causam, quae aliorum quoque erat, insigniter tueretur: Ovidianae inimicitiae causa indicata est ita, ut si propius introspicias, omnia te frostrentur; adeo quidem, ut cum non nisi de hac sciri quidquam posse creditum sit, de aliis rebus omnibus facilius sit conjectare. Ille nomen adversarii aut omnino latere noluit, aut eam leviter abscondidit, ut nos hodieque fortassis id assecuti essemus, etiamsi traditum non fuisset: Romanus poeta cum librum suum alieno titulo inscripsit, (verba sunt Lactantii de Phi-



Ippicus (Cicero) eandem rem celatam voluit ad hanc stem omnia mortales. Cyrenaëns non a suis scribendi consuetudine discit, sed eandem eximio aliquo exemplo illustratum ivit: Ovidius a iudicio atque more descivit multis modis, eiusque rei causam ne ipse, neque quisquam indicavit. De his rebus in sequentibus etiam agemus: nunc vero de eo, cur apud Ovidium omnia, quibus a Callimacho differt, sive ad personam adversarii tectissime indicanda, sive ad abscondendam eandem spectant, adeo iudicium nostrum morentur, et quomodo factum sit, ut de Callimacho plura non innotuerint, quam de Ovidio simili in re et dissimili librorum facta. Reputa, quaeso, quam diverso modo poetae paulo priores Ovidium in eiusdem argumenti carminibus versati fuerint. Nam illud certissime non recte Kirchnerus v. d. dixit, epodos Horatii duodecim demum postquam scripti fuerint, anno editos esse. Domitius Marsus in Cicuta aequales multos nominatim perstrinxit, Licinius Calvus Tigellium Sardum in Hipponacteo praeconio; idem cum Catullo et Fur. Bibaculo J. Caesarem imperatorem; Catullus plurimos, Cassius Parmensis e docta coniectura Weichertii (de L. Varo etc. p. 275. 280.) et Caesarem Octavianum triumvirum suo nomine, nec Liviam sub ficto Malliae traduxit. Virgilius, qui diras scripsisse dicitur Donat. vit. §. 38., an adversarium nominaverit, incertum est, uti et de Valerio Catone, num ea scripserit, quae ei tribuuntur, num ea dirae sint, num verum adversarii nomen contineant. Sed Catullus si, quod facturus fuit secundum scitam Valckenarii coniecturam, Ibis Callimachi vertisset, vel imitatus fuisset, nomen Gellii forsitan usurpasset. Vetustiores Laberium, Pitholus Rhodium, Lucilium, Naevium licebit tacere. Quos autem recensuimus, ii erant, quos Ovidius non secutus est, sed olim secutus fuit, si ipsi credimus:

*Postmodo plura leges, et nomen habentia verum.*

Verum ut ego dicam, quod sentio, frustra ista minabatur, nuncquam facturus fuit. Non quia graviora adhuc dici vix potuerint, aut quia Ovidii ingenium odium suis temporibus dignum sustinere non valuerit, sed ideo, quia si quid seipsum, aut suos amaret, cavendum ei fuit, ne illud experiretur Callimachi:

*Ὅς δ' ἐτίρω κατὰ τεύχει, ἐπὶ κακὸν ἤπατι τεύχει.*

Hoc ita fuisse e facillima temporum computatione colligitur. Scriptus est Ibis in exilio et post primum nuncium domo acceptum, quod ante annum 762 fieri non potuit: hoc in re praesenti sufficit, accuratiora infra leges. Iam vero velim sedulo inquiras apud historicos, num quemquam poetam, aut scriptorem post eum annum

ne quisquam famam libro invidiose proscindere possit invenire,  
 hoc tempus illa pertinent apud Sueton. Octavian. c. 55: *cognoscendum posthas de iis, qui libellos, aut carmina ad infamiam cuiuspiam sub alieno nomine ederent.* De eiusmodi carminum poena etiam Acro inaudivisse videtur, quantumvis inepte ita notans ad Hor. art. poet. v. 283: *antea vero in comediis libere licebat lacerare, quod postea lege prohibitum est. Quod factum est sub Augusto.* Illo nimirum tempore Cassius Severus relegatus est, siquidem anno U. c. 786 exilii sui vicesimo quinta diem obiit, tradentibus Eusebio in Chronico n. 2049. et Tacit. Ann. 1. 21. Annum 761 assequutus est Weichertus v. dss., cum Scaliger 762, Bonnellus in commentatione de mutata sub primis Caes. eloquent. Rom. condicione p. 7. 763 elicere videantur. Ea res pendet ab annorum Eusebii computatione, de qua Maçonus (vit. Horat. p. 222. et sub fin. vit. Ovid. p. 119.) et ipsa Hieronymi lemma diversa suadent, sed quae hic quidem minimi est momenti. Causam relegationis Cassii Tacitus tradit Ann. 1, 72: *libidinem eius, qua viros feminasque illustres procacibus scriptis diffamaverit.* Accurate descriptum eum legimus apud Senecam rhetorem. Legem, qua in illum actum est, eodem loco Tacitus nuncupat maiestatis, Cuius testimonium insuper habuisse miror Weichertum l. l. p. 199., qui actum fuisse putat: *specie veteris illius legis, de qua dixit Cicero de republ. lib. 4, 10., nimirum XII tabularum: si quis occentasis.* Non igitur lege maiestatis adversum statuit: cur ita, non intelligo, nisi coniecturae suae gratia, qua postea p. 202. rediisse Cassium aliquando ex exilio contendit: *praecipue cum non laesarum religionum ac violatas maiestatis nominis relegatus esset.* Omnis autem illa coniectura propter, locum Plutarchi de discr. adulatoris et amici tom. 6, p. 221., quo nihil narratur, praeterquam Cassium in senatu aliquando praesentem fuisse praesidente Tiberio, non Augusto, ne plus dicam, necessaria minime erat. Augustus ante medium annum 761 curia coepit abstinere, teste Dione Cassio 55, 84; necessarium igitur erat Tiberium, si in Urbe esset, eius loco senatum habere. Ergo Cassius in senatu fuit post medium annum 761, sed antequam Tiberius confecto Dalmatico bello in Germaniam denuo proficisceretur, anno 762. Atque ex hac ipsa observatione velim, si liceat, Taciti locum Ann. 1, 72. explicare: *non tamen ideo faciebat fidem civis animi; nam legem maiestatis reduxerat, cui nomen apud veteres idem, sed alia in iudicium veniebant etc.* Videtur dici hoc, Tiberium imprimis causae fuisse, ut illo tempore primum lex Julia maiestatis

statim rogaretur, sive e fuga revocaretur. Quamquam fateor, ~~non~~ cilem et intricatam hanc esse rem. Adversatur nobis Ictorum ~~et~~ rerum auctoritas, quorum nullus legi Juliae Augusti certum annum assignare ausus est, plerique etiam fieri id posse pernegant. Adversari videtur ipse Tacitus ibidem ita pergens: *primus Augustus cognitionem de famosis libellis specie legis eius tractavit, compositis Cassii Severi libidine, qua viros feminasque illustres procaecis scriptis diffamaverat. Mox Tiberius consultante Macro praeferebat ut iudicia maiestatis redderentur, exercendas leges esse respondit.* Videtur igitur de anno 762 Augusti, non Tiberii administratio institui. Denique dixerit aliquis, si lex Julia de maiestate ~~reducta~~ tradatur a Tacito, idque intelligendum sit de lege Julii Caesaris dictatoris, cuius inprimis nota clementiae laus erat, vid. Gundling. Singular. ad leg. maiest. p. 24. sqq., videri id minime moribus Tiberii fuisse conveniens. His objectionibus quae reponam, haec habeo. Primum Icti, si modo Gundlingio fidem habuissent p. 26. affirmanti ea, quae in Digestis lib. 48., tit. 4. ex lege Julia restant, esse de lege Caesaris dictatoris, neque novam legem rogasse Augustum, sed veterem ab Antonio (vid. Cic. Philipp. 1, 9.) abrogatam reduxisse, inprimis de poenis nihil novi induxisse, de qua re admodum ambigue loquitur Heineccius Antiqq. 4, 18, 49.: si de Cassii relegatione calculo subducto intellexissent novam illam legem anno 762 recentiore esse non posse, nec anno 761 priorem, quae tunc adhuc ultimum supplicium quibusdam adulteris Juliae neptis irrogatum est, (vid. Tacit. Ann. 4, 71. ibid. 3, 24.,) quod lex Julia fieri vetuit — haec, inquam, si quaesivissent, paulo certius quid invenissent, quam quod Bachius *ne ullius quidem temporis notam dixit.* Quod ad Taciti locum attinet, videndum est, num aliter accipi possit. Verba eius, quae priori loco descripsi, si de prima legis Juliae rogatione vivente Augusto accipienda quis esse negat, postrema referat, oportet ad annum aliquem, fortasse primum principatus Tiberiani. Tunc vero quamnam legem maiestatis ille reducere potuit? Julianam? quae ante quinque annos introducta nunquam cessaverat; nam anno 765 quam quaestionem de famosis libellis Augustum habuisse legimus apud Dionem l. 56, c. 27. ex illa lege habitam fuisse quis dubitet? An aliam revocaverit, fortasse Corneliam Tiberius? non consuevit aperte Augusti acta rescindere, quamvis morte eum punivisse posthac maiestatis reos constet; sed et hoc et alia posteriorum Caesarum placita ipsi legi Juliae interposita fuisse Digestorum titulus argumento est. An quod Tacitus ~~eum~~ testatur *revocasse legem* accipiendum sit non de nomine et ar-

pimento legis, sed de antiquiore ultimi supplicii poena? non puto, quia nihil nisi *exorandas leges respondisse* dicitur: servatas igitur tantum voluit, quales olim rogatae fuerant. Verum *retinere legem & revocare*, quantum video, diversae sunt res. Multo igitur maius nec est difficultas, quam in eo, quod Tiberium anno 762 legem Julianam rogasse statuo, et tamen Augustum ipsum de Cassio Severo eodem anno iudicium habuisse concedo. Nimirum Tiberio praesente Augustus curia abstinuit, pleraque illi mandavit: postquam is eodem anno 762 in Germaniam abiit, ipse per litteras cum Senatu egisse videtur. Tertium, quod fingebamus, ita diluendum videtur. Lex illa tunc rogata Juliae de maiestate nomen obtinuit, quia omnia complecteretur, quae Caesar dictator constituisset, et ut ipsum illud nomen lenitatis illius admoneret. Ad annum enim 762 usque lege Cornelia in tot maiestatis reos, quos vide apud Dionem 55, 10. extr. 14. init. et interpp. egisse Augustum necessarium est. Sed de mortis poena abolienda iam anno 757 eum cogitasse cognoscitur e Dionis l. 55, c. 14.; deportationem non segniter usum ex eiusdem l. 56, c. 27. Post annum 762 quemquam ab eo laesae maiestatis iudicio occisum esse, quantum memini, non legimus. Quod vero in iudicio adulterorum Juliae neptis anno 761 a Tacito Ann. 3, 24. *clementiam maiorum suasque ipse leges* egressus dicitur, referendum id videtur non ad legem maiestatis, sed adulterii, rogatam anno 737, quae relegationem in insulam et dimidiae partis bonorum publicationem irrogabat. Quantum igitur ad nomen et maximam partem legis, rectissime *reducta* tunc fuisse dicitur a Tacito. Sed idem hoc quoque egregie notat, in *iudicium*, puta de maiestate, *alia venisse veteribus*. Nimirum in tituli Digestorum supra indicati §. 11. indicatur in lege Julia discriminis nonnihil factum fuisse inter *perduellionem* et *maiestatem*. Factum id primum ab Augusto certe ad Gundlingium usque, quem vid. p. 27, sq., Icti statuerunt, quibus assentiri licebit. Simili modo Julius Caesar ad vitandam ambiguitatem pro *imminuta maiestate*, *laesae* appellationem novaverat, comiciente acutissime Gundlingio p. 27. Augustus vero diversis istis nominibus diversa criminum genera distinguisse videtur, quae in ea, quam tulit, Julia lege comprehensa fuisse satis constat, graviora, quae deportatione vel exilio puniebantur, et leviora, sive factis sive dictis continerentur, quibus intererant famosi libelli, quorum poenam ordinariam relegationem fecit. Postremum vero hoc genus sive in lege dictatoris commemoratum iam fuerit, de qua re iure optimo dubitari potest, sive in Cornelia olim extiterit, quod sunt, qui contendunt, propter locum Ci-

ceronis epp. ad div. 3, 11: *Verum est maiestas, (ita enim Sallustius voluit,) ne in quovis impens declamare liceat, ubi vid. interpp. sive prorsus recens additum fuerit, quod e Senecae loco quidam concludunt, praef. lib. 5. contriv: res nova et insusta supplicii de studiis sumi: bono hercle publico ista in poenas ingeniosa crudelitas post Ciceronem inventa est; utcunque hoc fuit, nihil enim opus est affirmare, id quivis concedat, oportet, totum illum locum, quamvis nondum omnia de libellis, librorumve locis, de laesis statutis, de annulis contaminatis haberet, singulari tamen cura et copiose a Tiberio potissimum iam tunc anno 762 pertractari non male convenisse. Quoniam vero his delictis maiestatis laesae, non perduellionis nomen tunc coepit inponi, ipsaque lex non a potiori quidem parte, sed tralaticio nomine maiestatis dicebatur, subtiliter et signate Tacitus locutus esse existimandus est. Quamquam in ipsa illa imparitate praeiudicium quasi fuisse videtur; illud enim caput de maiestate et multo perduellione posthac celebrius, et Tiberii senatusque in poenis libidine invidiosius extitit. Idem ad nostram quoque quaestionem potissimum pertinebat; ac de reliquis quodcunque statuatur, nec desunt fortassis ingenia inprimis ad hoc genus illustrandum nata et composita, illud in confesso est, anno 762, multo ante Ibis Ovidiani scriptionem iudicia de famosis libellis in senatu haberi coepisse: hoc alterum vero improbabile non videtur, obscuritatem carminis illam Callimachea maiorem causationi poetae, ne in crimen incurreret, testimoniorum vero penuriam timori amicorum deberi, qui illud aut caute, aut plane non viventium auctore publicaverint. Hoc non temere animum induco. Dubitari non potest, quin carmen Ponticorum 4, 14. longe post Ibis scriptum sit, in quo haec leguntur v. 43. sq.:*

*Tam felix utinam, quam pectore candidus essem:*

*Estat adhuc nemo saucius ore meo.*

Quae scribi non potuissent, si vel Ibis, vel liber in malos poetam quem a Nasone scriptum Quintilianus testatur Inst. or. 6, 3, 96. editi fuissent, si utrumque poeta dissimulari posse tunc non credidisset.

## CAPUT SECUNDUM.

*Ovidius sibi dissimilis.*

Cum in superioribus de discrimine, quod inter Callimachum et Ovidium intercesserit, et ex parte de causis eius discriminis ab utriusque vitae statu repetendis disputaremus, de similitudine carminum nihil opus fuit affirmare, praeter quod communi omnium opinione receptum est. Si quid haberemus de ea re, in commune omnium iam conferremus. Verum totum in coniectura versatur, quam unusquisque, licebit, secum instituat e versibus ipsius Ovidiani operis s. ad 62. Quo modo Callimachum secutus sit Naso, utrum e vestigio, an liberius, habueritne exemplar secum in exilio, an memoriter partim, vel totum tenuerit: ampliaverit ex ingenio suo, an e collectaneis olim institutis, quales Metamorphoseon causa aut ipse dornavit, aut ab Hygino accepit: harum quaestiuncularum otium nobis facimus. Illud cognitione multo dignius est, quod quivis diceretur oportet, Ovidium in exilio opusculum scripsisse tanta doctrinae copia refertum, tamque ea re aliis suis scriptis dispar. Satis enim est, quin in Metamorphosis et Heroidibus fabularum optissimarum exilitatem aliquando pertaesus Ibide lecto illud Coenae usurpandum existimet, τῇ χειρὶ δεῖν σπειρεῖν, μὴ ὄλω τῷ πλάκῳ? Istoc totum si Callimacheae imitationi debetur, unde iam ea ipsa imitatio, unde illud consilium poetae, quod ipse profitetur s. 58. et 60., desciscendi a solito suo more? Fuit, qui sic iudicaret: Ovidium in adversario quaedamprehendisse, quae in Apollonio Callimachus culpaverit: hinc prius nomen idem illi indidisse, et sua nomen imposuisset, carmen quoque eodem inscriptum exprimendum sibi destinasse. Lege sis locum Ibidis supra indicatum, facile intelliges Ovidium certe ex imitationis consilio nominis cau-

sam derivare, illudque tanquam fortuitum, nec data opera quae-  
tum inducere: de qua re cur dubitetur, causae nihil esse inf-  
probabitur. Operae pretium, opinor, faciemus, si inquiramus, ca-  
nam in hoc carmine, quam sibi ipsi, similior Ovidius et voluer-  
esse, et fuerit. Dixerit aliquis: certe Ibidi adversario suo; —  
quem ego melius hariolari, quam a quoquam hucusque factum es-  
concederem, si modo hariolando opus esset. Neque tamen est,  
disquisitionem subterfugiamus ita prorsus instituendam, tanquam  
istam, quem illusisse imitando videatur Ovidius, investigari esse  
mus, de toto illo poetarum Romanorum numero, si fieri possit  
qui illud *Callimachi genus* Ib. v. 58. secutum sit, h. e. *ambag-*  
v. 59., *historias caecas* v. 57., et quandam cum Ibide Ovidianam  
similitudinem habuerit. Neque inutile erit altius eam quaestiones  
repetere eo consilio, ut si certum poetam, quem Naso spectaverit  
non inveniamus, quam plenissime certe poetarum illam sectam,  
qua fuit, cognoscamus, atque ita summam istius rei teneamus, et  
minutiora momenta vetustas nobis inviderit; alia enim sunt utilitatis  
alia curiositatis; denique quia quid secutus sit Ovidius in carminibus  
scribendis, ita demum recte iudicari potest, si sciamus, quid se-  
qui solitus non fuerit, sive in eo ab aequalibus, sive a prioribus  
paulo poetis discesserit. Totum autem illud poematum et  
poetarum genus, quod Callimachum eiusque simillimos alios, nimirum  
Alexandrinis, Antiochenis, denique recentiores Graecos exprime-  
meret, eo tempore, quo Ovidius illa scripsit, adeo vetus in Urbe  
non erat. Primam eorum mentionem extare putaverim apud Cicero-  
nem his in locis, Orator. c. 48, §. 161: — *eorum verborum*  
*quorum eadem erant postremae litterae, quae sunt in optumus, post-*  
*rema litteram detrahobant, nisi vocalis insequeretur. Ita non*  
*erat offensio in versibus, quam nunc fugiunt poetae novi*  
Tuscul. 3, 19: *O poetam egregium, quamquam ab his cantori-*  
*bus Euphorionis contemnitur.*

Indicantur igitur poetae M. Tullii aequales, nec, ut videtur  
omnes, sed certi quidam. Qui et quales ii fuerint, facile est  
assequendum. Quod ad *novitatis* appellationem attinet, quid im-  
pedit, quominus quod triennio fere post Virgilio eodem verbo  
dictum est, eodem sensu accipiamus, ecl. 3, 86:

*Pollio et ipse facit nova carmina; — ?*

Hic igitur Virgilii iudicio *novus poeta* fuit. De ipso Virgilio Dio-  
medes p. 430. Putsch.: *Illud etiam magna cura videndum est, quod*  
*veteres omnia vel verba, vel nomina, quae o littera finiuntur, ita*  
*adverbia, vel coniunctiones producta extrema littera proferobant*

bo, ut Virgilius quoque idem servaverit, quamvis tamen refugit  
 multae vetustatis horrorem et carmen contra morem veterum levi-  
 tit. His veteribus certe inerat Ennius, de quo Cicero supra,  
 Naevius, Pacuvius, Plautus, quos eodem nomine Diomedes p.  
 6. diserte appellandos iudicat: sed iisdem M. Varronem in *poe-*  
*tae libro* accenset, Ciceronis et Virgilii aequalem: minime falsus  
 licii. Non iam veteribus, sed *vetustissimis* annumeratur a Pri-  
 sciano lib. 9, c. 7. p. 455. Kr. lib. 10, c. 7. p. 499. Kr. Et lib.  
 6. p. 34. Kr.: *Multa praeterea vetustissimi.* — Unde Lu-  
 cilius — *Quae tamen a iunioribus repudiata sunt tanquam rustico*  
*re dicta.* Ex his iunioribus h. e. novis idem grammaticus Ca-  
 llum opponere videtur *vetustissimis* illis l. 9, c. 9. p. 464. Kr.  
 cum l. 7, c. 11. p. 327. M. Varronem *vetustissimum* appellat,  
 et ei adiungit Publum his verbis: *Atacinus quoque*, illud quoque  
 intelligo dictum, ut l. 7. c. 19. p. 354. Kr., ubi *veteres* enu-  
 merantur, cfr. l. 7, c. 2. p. 291., Sallustius et Virgilius, qui *fide*  
*et fidei* dixerint, et additur, *Ovidius quoque*. Scilicet neque Ata-  
 cinum ad *vetustissimos*, neque Ovidium ad *veteres* proprie perti-  
 nisse. Et hoc postremum, et totus ille locus, quale sit discrimen  
 actionis, elocutionis et numerorum inter poetas a Cicerone et vero  
 grammaticis *novos* dictos, et *veteres*, si duas poetices aetates  
 duas, sin cum Prisciano tres, *vetustissimos*, alio loco commodius  
 dicitur. Illud enim, quod de *cantoribus Euphorionis* a Cicerone  
 dicitur, considerandum venit. Qui quoniam contempsisse Ennium  
 dicitur, argumento id esse videtur non diversos esse ab illis *novis*  
*poetis*, quos id fecisse tantum non grammatici docebant. Eupho-  
 rionem igitur alio quoque loco traducere videtur Cicero, de di-  
 l. 2, 64: *Ille vero nimis etiam obscurus Euphorio.* At non Ho-  
 rrus, *Uter igitur melior?* — quo in loco pronomen *ille* ad iu-  
 dicium de eo poeta splendidum tum ferri solitum spectare docet  
 Terentius. Quo fit, ut quos in loco Tusculanarum aperte notat Ci-  
 cero propter mollitiem, vid. Meinek. ad Euphor. p. 35., intelle-  
 ctus videatur eos, qui primi *ambages* et *historias caecas* singulari  
 modo in carminibus usurpaverint, quales ad Ovidii versus illustran-  
 do cognoscere quaerimus. Sed qui et quales tandem illi fuerunt?  
 et eisdem, aut eorum similes, quorum unum indicat Virgilius eclo-  
 gae 10. vers. 50, 51:

*Ibo et Chalcidico quae sunt mihi condita versus*

*Carmina, pastoris Siculi modulabor avena;*

Et hic C. Cornelius Gallus, qui si inde ab anno U. 708 Cythe-  
 rem Euphorioneis elegis celebrare coepit, quae Spohnii fuit sen-





morem Lucullus, (de utroque vid. Suid. sub nomm.) Lenaeum  
 fortasse Asclepiadem Myrleanum Pompeius Magnus, vid. Suid. et  
 Sueton. c. 10., Parthenium Cinna, vid. Suid., Caesar dictator for-  
 siss Hyginum, vid. Sueton. c. 14., et Theopompum, vid. Plut.  
 aes. p. 730., Tyrannionem minorem fortassis Octavianus, vid.  
 Suid., Ateium et alios alii Romam deduxerunt. Nec deerant oc-  
 casiones aliae, velut Antiochi Romae commoratio per biennium an-  
 nis 681 ad 683 *comitatu regio atque ornatu*, ut testatur Cicero  
 de Officiis l. 4. c. 30., velut anno 698 Ptolemaei et brevi post cen-  
 tum legatorum Alexandrinorum adventus, narrante Dione Cassio  
 l. 38, c. 12, 13. Atque cum post Attali et Nicomedis tertii mor-  
 tum eorum regnis ab. U. 621 et 680, Syria 692 in provincias re-  
 tractis homines litteratos plurimos Urbis eorummoda expetiisse pre-  
 sumptibile sit, tum Caesaris disertum edictum memoratur Sueton.  
 aes. c. 42. hunc in modum: *omnesque medicinam professores et li-  
 terarum artium doctores quo libentius et ipsi Urbem incolerent, et  
 veteri appetere, civitate donavit*. Quae res quem eventum ha-  
 buerit Suet. de ill. gramm. docet, oppletam brevi ita Urbem gram-  
 maticis fuisse, ut in provincias, illiteratas puta, redundaverint. De  
 grammaticis locutus sum; nec offendet quemquam, quod in eo nu-  
 mero poetas nominavi. Nimirum eae artes inde a Callimachi, quin-  
 to multo priorum aetate disiungi non sunt solitae. Tum temporis  
 Dionysius Thrax et Scytophrachion, Parthenius et multi utramque  
 professabantur. Sed etiam qui carmina non faciebant grammatici,  
 poetas tamen imprimis tractabant et rei poeticae gnarissimi erant.  
 Suet. de gramm. c. 4: *caeterum proprie sic appellandos poetarum  
 interpretes, qui a Graecis γραμματικοὶ appellantur*. Varro de l.  
 5, 7. *Nunc singulorum verborum origines expediam, quorum qua-  
 tuor explicandi gradus*. — *Secundus, quo grammatica descendit  
 antiqua, quae ostendit, quemadmodum quodquo poeta verbum con-  
 struxerit et declinavit; ac toto libro septimo*.

Haec de artis initiis. Paulo serius Nicolaus Damascenus, qui  
 Augusti adhuc aetate vixit, apud Suid. s. v. Ἀμμώνιος de se ipso  
 ait: *γραμματικῆς γὰρ οὐδενὸς ἤτιον ἐπιμετέληκα καὶ δι' αὐ-  
 τῆς ποιητικῆς ἀνάσης*. Et eodem tempore Manilius Astron.

755: *Ut rudibus pueris monstratur littera primum  
 Per faciem nomenque suum, tum ponitur usus,  
 Tum coniuncta suis formatur syllaba nodis,  
 Hinc verbi structura venit per membra legendi,  
 Tum rerum vires atque artis traditur usus  
 Perque pedes proprios nascentia carmina surgunt.*

Vides grammaticam institutionem puerorum ad *carmina* deducenda. Ne vero de pueris tantum grammaticos sequentibus cogites, ad Ovidium *Trist.* 3, 141. sq. ad Hyginum:

*Saepe aliquod verbum quaero, nomenque, locumque,  
Nec quisquam est, a quo certior esse queam.*

Vides constantem usum; adeo quidem, ut si quis grammaticus pro saepe orationis studiosior fuerit, velut Ateius ille apud Sueton. c. 1 inter grammaticos rhetor diceretur. Eaque res grammaticorum quae restant, scriptis comprobatur et Graecis quidem quanto, quam Latinis, vetustioribus, tanto disertioribus testibus. Quod igitur saepe de locutionis in novis poetis cultu, de doctrina nimia et de vetustitatis Ennianae defectu dicebamus, aut grammaticorum institutioni, aut recentiorum Graecorum imitationi acceptum referre oportet; utri autem potius, facile intelligetur, si grammaticis quae sequestris ad istorum Graecorum cognitionem demum deductos Romanos manus fuisse demonstraverimus. Non dubito autem, quin hac parte multum tribuendum sit artis oratoriae Romanorum cum poetarum Graecorum comparationi. Uti enim in illa excolenda Cicero multum tribuit eruditae Graecorum copiae, ac librariolis Latinis de *legg.* 1, §. 6. eam opponit: ita poetae Romani vetusti grammaticis de Graecorum exemplorum plenioris notitiam et penitioris intellectum, unde subactum illud in imitando iudicium fere pendet, habebant, Lucilium, Laevium, Lucretium dico: posteriores si in nimo negotio plurimum Graecae eruditionis assequi vellent, non habebant, quo se rectius ingurgitarent, quam in tenebras illas Euphorionis et similium poetarum, exquisita omnia habentium. Quos Graeculi illi aequales, si poetae essent, sine dubio, velut Parrhasius, imitatores et eiusdem prorsus notae ingenia erant; sin potius minus, quam artis poeticae gnari, tamen probabile est, multis causis recentiores illos vetustis praeposuisse: sive quia magis praebarent, sive quia magis assuevissent iis, sive quia, utpote non omnino Cratetis et Aristarchi similes, magis intelligerent: ut de exemplis veterum Graecorum sine dubio minus frequentibus taceam. In isto vero Graecolorum poetarum exemplo et grammaticorum iudicio Romanorum ratio pendebat. Quibus cum propositum fuisse videtur Graecorum tandem quam proxime equiparare cultum et materiam, mirum non est, si aequales Graecos primum aemulati sunt. Simili enim modo magnum putavit Cicero Graecos rhetores assequi, aut superare, vid. ipsum in *Brut.* c. 91. *Plut. Cic.* Nimirum et is, et poetae illi rectissime iudicabant ab aequalibus aemulatione ad priscos et facilius, et certius escendi. Grammaticorum

no si de poetica, quae ἐπιδεικτικὴ nuncupari solet, Callimachi iudicium tuebantur, illam, si modo recte factitaretur, tempori suo commodatissimam, veteri rationi locum non iam esse: nihil pro-  
 cto Romanorum illi aetati inter utrumque triumviratum con-  
 venientius esse potuit, qua recitationum, qui iam olim fuerat, mos  
 valuit, commissiones et collegia poetarum novata sunt.

Ut illa sunt, hoc negari posse non videtur, poetas Romanos  
 circa seculum Urbis octavum in imitandis plerumque Alexandrinis,  
 et Antiochenis exemplis eam rationem inivisse, quae opinioni no-  
 trae de grammaticis non adversetur. Primum enim Graecos ver-  
 endo eorum artificio assueverunt, mox imitati sunt, postremo fe-  
 cissime aemulati. Quod ad primum illum gradum attinet, mirum  
 non esset, si pleraque eius generis hodie ignoranda essent. De  
 Catullo et P. Varrone tamen satis constat: qui cum aetate non  
 modum diversi fuerint, ille tamen novem annis ante mortuus di-  
 citur, quam hic Graecas litteras disceret, ex Hieronymi testimonio  
 et Eusebii chronicis. Ut inter ea, quae uterque e Graecis Latina  
 recitavit, fortasse media fuerint, quae C. Cornelius Gallus ex Eupho-  
 rione transtulit in sermonem Latinum, teste Servio ad Virg. ecl.  
 1, 72: siquidem diversa ea fuerunt ab elegis, et priora, uti vide-  
 ur, illis, in quibus non nisi illius sermonem secutus eidem dicitur,  
 et quos quando scriptos quidam putent, supra notavimus.

Catullus igitur aliquot ex Alexandrinis poetis, et partim e ve-  
 tigio quidem secutus est. De elegia in comam Berenices satis id  
 notum et e fragmentis Callinacheis a Valckenario comprobatum  
 est. Aut de Ivide, aut de aliis Cyrenaei carminibus ipsius Catulli  
 testimonium in ultimo epigrammate extat. Ac de his, uti etiam de  
 aliis, quorum Plinius meminit nat. hist. 28, 2, 4: *Hinc Theocriti  
 apud Graecos, Catulli apud nos proximeque Virgilii incantamenta-  
 um amatoris imitatio*, Theocritum a Catullo expressum indicans,  
 incertum videri possit, quam anxie Graeca reddita fuerint. Sed  
 carmen de nuptiis Pelei et Thetidis habeo, cur satis accurate e  
 Graeco conversum statuam. De sermonis indole quae breviter dici  
 non possent, nihil probarent, nisi quod nemo fere est, quin con-  
 cedat, graesissare illud. Si quis sibi persuaderet illud carmen re-  
 lectum esse nobis e longo maiore corpore, quod Catullus ipse com-  
 posuerit et ediderit, refelli, puto, neque mereretur, neque posset.  
 Vel sic tamen concederetur, oportet, illud maius opus adornatum  
 fuisse Alexandrinorum modo. Nescio enim, an illi potissimum car-  
 mina eiusmodi condiderint, quibus velut in Mopsopia et Chiliadibus  
 Euphorionis, Ἐτεροιώσεις Nicandri, Μεταμορφώσεις Parthenii,

fabularum citius exhiberetur, partim artificiose nexarum, partim prope licenter longa digressionum et emboliorum ambage sibi invicem interpositarum. Totius eiusmodi adornationis exemplum habes Ovidii Metamorphoses: fabulas potissimum duas eiusmodi tertiae intercalatas Catullianum tibi carmen ostendit, quibus tamen aliae in cumulum accedunt. Deinde duae istae fabulae, quae inseruntur, peculiare quiddam habent, quod cur Alexandrino alicui poetae acceptum referam, eo efficitur, quia ubi extet, ignoro praeter Theocritum, id. 2, v. 45:

*Τόσσον ἔχοι λάθας, ὅσσον πόκα Θασία φαντί*

*Ἐν Δία λαοθήμην ἔπλοκάμου Ἀριάδνας,*

ubi schol.: *κατὰ Διονύσου βούλησιν λήθη τινὶ χρησάμενος ἀπέλιπεν αὐτὴν καθέδουσαν.* Hanc igitur fabulam a nescio quo ante Theocritum ita variatam esse apparet. At eodem modo Catullum eam habere vides e v. 123. 207., ubi Is. Vossium nolim audias, 248. et imprimis 253. Quis vero ille Graecus poeta fuerit, satis sciri nequit. Fortasse ille, quem a Virgilio expressum Macrobius narrat Saturn. 5, 2: *qui inter Graecos poetas eminent opere, quod a nuptiis Iovis et Iunonis incipiens universas historias — in unam seriem coactus redegerit, et unum ex diversis hiatus temporum corpus effecerit.* Eius nomen potest fuisse *Aristis*, quem suum et Arati amicum Theocritus nominat idyll. 7, v. 99., si in genitivo aut formando Suidas, aut exarando librarii erraverint. Dicuntur enim apud Suidam s. v. *Πείσανδρος* quaedam illius carmina esse *Ἀριξέως*, non *Ἀριξίδος*. *Ἡρωικὰς θεογαμίας* illud opus inscriptum fuisse olim iam Gyraldus de poetis opp. 1, p. 127. A. censebat; qui titulus non repugnaret argumento Catulliano. Sed aut tale carmen totum composuisse existimandus est Catullus, uti dixi, aut, si hanc, quae restat, partem, quae manifesta coniunctionis cum reliquis indicia ab exordio servat, pertractavit, verba singula expressit: quod nisi fecisset, facile poterat compendii facere versum 24:

*Vos ego saepe meo, vos carmine compellabo,*

cui certe non officiant, quae diversa leguntur apud interpret. Maior ad Virg. Aen. 5, 80. Ille enim versus carmini illi prolixiori conveniebat, in quo Argonautarum frequentem fuisse mentionem probabile est. Eum cur nollet omittere Catullus, causam habere potuit, quam dixi: sciolus cur adderet, profecto nullam habuit.

Catullo strictius Graecorum vestigia prementi similis est P. Terentius Varro Atacinus, qui post trigesimum quintum aetatis annum, postquam, ut puto, prisco more bellum Sequanicum et sa-

has scripsit, Argonautica Apollonū Latina fecit. Chorographiam si scripsit, num Eratosthenem fortasse secutus fuerit, vel si Cosmographiam potius, Alexandrum Ephesium illum, de quo Cicero ad Att. ep. 22., haud facile dixeris. Nam de posteriore nomine quoniam codices Prisciani fidem facere videntur, nollem obloqui v. d. Wuellnero, cuius egregia de hoc poeta habetur dissertatio. Quamvis, fateor, nimis multa eo in opere attigisse dicitur Varro. Velut versus ille Ovidii Am. 1, 15, 21:

*Varronem primamque ratem quae nesciat aetas,*

valde miror, quomodo a viro sagacissimo ad Chorographiam referri et ex eo hoc elici potuerit, p. 31: *Varronem in hoc carmine etiam de prima nave et de inventa navigatione locutum esse. Scilicet prima ratis ipsa Argo est, vid. Ovid. Metamorph. 6, 721. Trist. 3, 9, 8. et quos non? Illi quoque versus Ovidii Pont. 4, 16, 21, 22. perperam cum ad Varronem, tum ad Chorographiam trahuntur. Eaque omnia ideo proponuntur, quia Servius ad Virgillii Georg. 1, 375. septem versus Varronis servavit totidem Arateis Διοσημειῶν simillimos, et quia Vegetius de re milit. 4, 41. quae apud Virgillum leguntur, extitisse apud Varronem in *libris navalibus* tradidit. Qui quidem error Vegetii satis excusabilis est: Varrones confudit, quia noverat fortasse Marcum Terentium de ortu et occasu siderum ventisque illos comitantibus scripsisse, soluta quidem oratione, cuius operis locos satis multos extare video apud Jo. Lydum de mensibus. Idque opus inscriptum esse potuit *libri navales*, cuius fortasse partes fuerunt libri *de ora maritima*, quos quatuor in locis Servius, et *de aestuariis*, quem ipse Varro commemorat p. 105, 37. ed. Dord. Vegetius igitur non evincit quidquam de re nautica perscripsisse in *Cosmographia P. Varronem*. Neque magnopere est, cur isti versus ab Arato conversi in illa lecti fuisse putentur. Rubnkenii opinioni, Varronem satis fideliter ipsa Arati carmina expressisse, eorum nihil adversari videtur, quae putat Wuellnerus p. 29. Quia enim Servius Varronem *secutum esse* Aratum dicit, *interpretatus esse non potest? Scilicet, ut apud Ciceronem de nat. deor. 1, 42. Ennius et interpretatus et secutus Euhemerum dicitur, nimirum in diversis operibus. At apud Priscianum 7, 11. p. 328. Kr. Seneca Ovidium sequitur, cuius versus allegat. Grammaticorum igitur oratio differt a Ciceroniana. Deinde versus Arati, quos Servius recenset, in exemplaribus nostris plus viginti aliis dirimuntur. Hos totidem continuis Varro reddidit, ergo non Aratum interpretatus esse, sed excerptisse videtur. Sed nihil impedit, quominus post quartum Varronis versum interpungatur. Non par-**

nam denique momentum suspicioni de Arato a Varro conuerso accederet, si versus quinque a Mario Victorino p. 2503. P. seruari, qui de Cosmographiae titulo ut cogitaretur, inprimis effecerunt, possint esse e canone Arati petiti, de quo Achilles Tatius ad Arat. v. 460: ἐν δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ αὐτοῦ κανόνι τῶν περὶ αὐτῶν (πλανητῶν) ποιούμενος λόγον ἁρμονία τινὶ καὶ συμφωνία μουσικῇ τὰς κινήσεις αὐτῶν λέγει γεγονέναι. Eum enim canonem versibus scriptum fuisse non valde improbabile dicit Vir Summus Boeckhii in Indic. lectt. Berol. 1828 — 29., eumque partem fuisse eius operis Aratei, quod restat, ea propter disputaverat Grauertus v. d. in Mus. Rhenan. I, p. 342., quia Germanici quoque Arati interpretis duo fragmenta restant de planetis. Hactenus de iis, quae e Graecis Varro aut transtulit, aut potest transtulisse. Horum exemplo et propter ipsam *Leucadiae* inscriptionem probabile est elegos quoque, quos post Argonautica scripsit, ad Alexandrinorum illorum, qui *Lyden*, *Billidem*, *Leontium*, celebraverant, excultos fuisse.

Elegiacorum post Minnermum quamquam hoc proprium fuit, teste Horatio art. poet. 76., *voti sententiam compotem* canere, non *querimoniam*, tamen Licinius Calvus in elegis, admodum nobilibus, vid. Ovid. Amor. 3, 9, 62. Prop. 3, 30, 89., quibus questus est *miseræ funera Quinctiliae*, quamvis nec Graeco istius modi nomine assumpto, uti Varro et posteriores fere fecerunt, Antinachum secutus videtur, de quo Plutarch. consol. ad Apollon. p. 160. B.: ἐχρήσατο δὲ τῇ τοιαύτῃ ἀγωγῇ καὶ Ἀντίμυχος ὁ ποιητὴς ἀποθανοῖσης γὰρ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Λύδης, πρὸς ἣν φιλοσόφως εἶχε, παραμύθιον τῆς λύπης αὐτῷ ἐποίησε τὴν ἐλεγίαν τὴν καλουμένην Λύδην ἐξουριθμησάμενος τὰς ἠρωϊκὰς συμφορὰς, τοῖς ἄλλοτρίοις κακοῖς ἐλάττω τὴν ἑαυτοῦ ποίων λύπην. De pressa interpretatione cogitandum esse non videtur. Heroicum carmen quoque Io inscriptum sive ipse composuerit, sive imitatus sit, sive expresserit, non dubito, quin eius generis fuerit, quod ab Alexandrinis frequentatum supra p. 346. diximus. Atque ad hoc genus etiam epithalamium eius a Prisciano citatum pertinuit. Longe hic discedimus a D. V. Weicherto Bell. poetarum p. 123.

His fere tribus, P. Ter. Varrone, Q. Valer. Catullo, C. Licinio Calvo novae artis initia stetisse videntur, qui eodem fere tempore clari et partim veteris in poetica rationis tenaces Graecorum accuratae imitationis atque in hac praecipue, nam de lyricis Catulli et Calvi huiusque Hipponacteo praeconio quaerere non vacat,

recentiorum probationis auctores extiterunt. Rectissime Ellendtus Cic. Brut. p. CXXII. dicit, *circa Calvum omne effloruisse, quod Graecis Romani opponere possint.* Quos quia studiosae et cum labore exprimerent, *doctorum poetarum* appellationem et ipsi meruerunt, et ad eos transmiserunt, qui coeptae viae insisterent. E quorum numero non nisi nominari quidam possunt, Domitius Marsus *Melaenidis* auctor, de quo nomine rectissime iudicat Weichertus Poett. rell. p. 262., Cassius Parmensis, elegorum scriptor, vid. Weichert. libri eius nomine inscripti p. 226., quocum quia Tibullus comparatur ab Horatio, necesse est cultioris sermonis certe nomine illis, quos recensuimus, similis fuerit. Cornificium, quamvis diversos huius nominis poetam et grammaticum faciat Weichertus Rell. p. 165., C. Valgium Rufum, M. Fur. Bibaculum grammatica etiam scripsisse scimus. C! Memmius Gemellus in codicillis certe grammatici opera usus est narrante Suetonio de ill. gr. c. 14: forsitan igitur in litteris quoque. De C. T'icida idem probare videtur Mescalae dictum apud eundem Sueton. c. 4.

Sed insigniorem in modum ea, quae de grammaticorum opera et poetarum ratione diximus, confirmantur exemplo Valer. Catonis, *grammatici summi, optimi poetae*, uti a Furio Bibaculo appellatus est; ab alijs vero, teste Sueton. c. 11:

*Cato grammaticus, Latina Siren,  
Qui solus legit et facit poetas.*

Quod quale sit, minus existimo intelligi e prooemio Horatianae satirae lib. 1, 10., ubi et defensor, et emendator Lucillii dicitur, quam ex operum eius *Dianae* et *Lydiae* cum ipsis nominibus, quae Graecorum eorum, quos supra p. 346. et modo p. 362. indicavimus, aemulationem produnt, tum iudicio T'icidae hoc:

*Lydia doctorum maxima cura liber;*

*docti* autem neque ii sunt, *penes quos de talibus carminibus, sc. amatorijs iudicium est (Kenner)*, quod dicit Putschius v. d. de Valer. Catonis poematis p. 53, neque *omnes, qui in aliqua sive doctrina, sive re quacunque, in qua ingenii vis cernitur, excellunt*, quae Loersii v. d. verba sunt in Mus. Rhen. 3, p. 238., sed si de poetis dicitur, eos notat, quos *novos* dictos supra vidimus, docente Brukhhus. ad Tib. 3, 6, 41. Bernhardyo V. Dss. hist. litt. Rom. p. 95. Atque inter eiusmodi poetas medius recensetur ab Ovidio Trist. 2, 436. Huius igitur viri, Cinnae coniunctissimi, in quo studii grammatici tanta cum arte poetica coniunctio, artis tanta consuminatio fuit, quantam assecutos eos neget, quos supra nominavimus, quaedam extare creduntur. In codicibus enim mino-



rum carminum Virgilii sub eiusdem nomine centum octoginta tres heroi leguntur, quos Virgilii non esse sine dubio recte iudicant viri docti. Tamen cum sermonem eius aevo minime indignum ostendant, Josephi Scaligeri, sive potius, uti reperio, Lili Gyrardi ante illum haec fuit coniectura, esse hunc Valerii Catonis eum librum, quem *Indignationis* titulo teste Suetonio scripserit. Huius sententiae partem refutans Putschius v. d. in libro laudato p. 44 — 51. tamen sententiam, quam de auctore versuum ipse profert, Scaligeri imprimis auctoritate tueri mihi videtur; quamquam ne illa quidem satis. Versus illos in duo carmina distribuit, prius centum trium versuum inscribit *Diras*, alterum octoginta versuum *Lydiam*, putatque illud ipsum carmen versu Ticideae supra appposito commendatum. Verum neque *agros* unquam amisisse Cato diserte traditur, sed patrimonio exutus, neque per veteranos Sullanos, sed licentia Sullani temporis, quod significare videtur per artes forenses, vel Chrysgoni alicuius machinas; *Diras* vero a Catone scriptas nemo tradit, nedum a pupillo sedecim annis minore v. Putsch. p. 52: cui aetatulae neque versus isti tam emendati conveniunt, neque quod v. 26. libelli commemorantur antea editi, neque quod v. 33. vetus dominus ipse puer audit, neque ipse *Lydiae* amot. Denique si Cato Cicerone octo annis iunior fuit, vid. l. l. p. 50., mirum aliquem habeat, cur ab Ovidio post Lucretium, Catullum, Calvum, alios cum Cinna et Cornificio nominetur, et quod versus priores illi et Ciceronianis, qui paulo antiquiores, et Lucretianis adeoque Catullianis, qui multo sunt recentiores, laeviores et limatiores iudicandi sunt, caeterum simillimi posterioribus, qui *Lydia* inscribuntur. Atque hi neque totus ille liber celeberrimus Catonis esse possunt, (vid. Naekium V. Cel. in Niebulhrii Mus. Rhen. 3, p. 150.,) neque pars esse videntur: nihil enim valde admirabile doctumve continent. Sed de hac re fac me errare, quis totum, sive malis, utrumque illud carmen idéo pro Catoniano foetu habebit, quia octoginta eius versus possent quodammodo ex illius nobilissima *Lydia* relictis esse? Scilicet quis eorum auctor esse potuit, cui illud *Lydiae* nomen placuit, et qui *agros* suos militibus concedere coactus est. Hoc de Catone minime constare diximus: adde, quod ea agrorum divisio, de qua versus illi loquuntur, facta videtur non a Sulla, sed a triumviris, sive potius Antonio et Octaviano, vid. interpp. ad Virg. ecl. 1. Nam versus 82:

*O male devoti praetorum crimine agelli*

quam bene ad Sullam et Marium referatur, intelligis. Quid enim Marius incusaretur propter rem a Sulla perpetratam? praesertim

si is, qui *Ha* scripsit, Marianus fuit, ut qui v. 94. Sullanos hostes spect. Certo verisimilius est anno 713 ista scripta esse, non Sullano tempore. Ac si modo aliud quid in istis carminibus conspicuum esset, atque oratio admodum culta castigataque, praeter quidem versum intercalarem Theocritei moris et inventi, disputaremus certe de eo, utrum maioris operis particula, vel eclogae duae, an opus per se illa viderentur: persequeremur etiam coniecturam, scripta esse a Cornificio, qui si Virgilio obrectator, teste Donato ut. Virg. §. 68., et ab illo notatus fuit versu ecl. 5, 8.:

Montibus in nostris *solus tibi certat Amyntas,*

teste Servio, necesse est, vicinus fuerit Virgilii, et hunc iuvenem aemulatus sit. *Gallus* ideo nominatur a Cleonio art. gramm. p. 1898. Putsch., scilicet uti Furius Bibaculus Cremonensis Gallus audit scholiastis Horatii ad Sat. 2, 7, 36., Acroni p. 339. ed Basil., Cruq. p. 399. Ac cum ab Hieronymo ad Eusebii n. 1976. a. U. 712 bello occidisse dicitur, videtur id, levi fortasse praeter annorum Abrahami rationem parachronismo, ad bellum Perusinum pertinere, gestum inprimis ab eiectis et spoliatis partim Cremonensibus, partim Mantuanis. Appian. bell. civ. 5, 19. sq. Altero utro modo ista de crimine praetorum et de hoste in hunc quadrarent; et vix quidquam desideraretur, quam illud, librum *Lydiam* inscriptum fuisse: quod inveniri posset in verbis Ovidii, si premissa sint: *leve Cornifici* parque *Catonis opus.*

Sed etiamsi vero Catoni cum falso illo convenerit nomine amasiae, lascivia operis, inprimis, ut puto, aetate, superaverit eundem doctrina atque artificio, oportet, si in eodem fastigio doctae poeseos recte ab aequalibus collocatus fuit, in quo Helvius Cinna, Corn. Gallus et Virgilius conspicui fuerunt.

Cinnam in Asia studuisse et Aratum imitatum esse videtur epigramma testari, quod servatum est ab Isidoro Hispal. 6, 12:

*Haec tibi Arateis multum vigilata lucernis*

*Carmina, quis ignes movimus acrios,*

*Levis in aridulo malvae descripta libello*

*Prusiaca vexi munera navicula.*

Praeterea scripsit propempticon Pollionis, anno U. c. 714, et inprimis Smyrnam. Assiduam in eo opere novennii lucubrationem consuetudini eius cum grammaticorum grege imputaverim. Nam Crassitium eius clientem fuisse Suetonius testatur de gr. c. 18., de quo illud epigramma ferebatur,

*Uni Crassitio se credere Smyrna probavit etc.*

Hyginus item amico suo Cinnae propempticon scripsit, soluta qui-

dem oratione, vid. Charis. p. 108. De alijs fortasse etiam [Philar-  
gyrius ad Virg. ecl. 9, 35: fuit autem liber obscurus adeo, ut et  
nonnulli eius aetatis grammatici in eum scripserint, magnamque  
ex eius enarratione sint gloriam consecuti. Obscuritas ipsa, no-  
men, et quae inde conformatio cognosci videtur, Antiocheni vel  
Alexandrini alicuius studium disertissime produunt. Quod si quis  
ille fuerit, quem Cinna aemulatus sit, quaerendum est, in prompta  
foret de Euphorione cogitare propter obscuritatem, et quod id car-  
men ante a. U. 700, ut putant, editum a Cicerone notari potuerit.  
Tamen aliud quid suadere videtur epigramma Catulli 95., de quo  
ingens est dissensio. Eius versu ultimo quid esset *tumidus Anti-  
machus*, possit videri assecutus ex iis, quae ante dicuntur, Weicher-  
tus, Rell. p. 182., esse *prolixum, ambagiosum*. Sed ipsum Colo-  
phonium poetam non posse a Romano poeta cum Cinna compa-  
rari, sine dubio recte primus notavit Osannus V. D. ad Apulei. de  
orthogr. p. 24., qui tamen certum quendam aequalem poetam in-  
telligendum esse non persuadet: nam Proculus posterioris aevi esse  
videtur, nec de Domitio Marso cogitandum esse putaverim. Berg-  
kiius V. D. in Ephemer. scholast. 1835. n. 37. Osanni sententiam  
sequitur et nescio quem se olim indicaturum promisit, (quod an  
factum sit, ignoro,) qui Antimachus dictus fuerit; interim Cinnam  
Philetae nomen gessisse affirmat, et v. 9. ita supplet:

*Parva mei mihi sunt cordi monumenta Philetae.*

Nolim tamen sperni scripturam codicum Datiani, Cuiaciani \*) et  
aliorum: *monumenta laboris*; neque enim, quod Weicherto visum,  
inepta, et magni ad quaestionem hanc momenti est. Nam *parva-  
monumenta* valde admonent Callimachei istius: *μέγα βιβλίον μέγα  
καχόν*, et *mei laboris* ad illud apte referuntur, epigr. 33. v. 4:

*σικαίνω πάντα τὰ δημόσια,*

quod utrumque versibus extremis hymni Apollinaris repeti docui-  
mus. Videtur igitur et illa, et Antimachi improbationem, quae  
item apud Callimachum extabat, in rem suam convertisse Catullus,

---

\*) quamquam is liber, in cuius laudibus multus est ipse Scaliger et Sil-  
ligius praef. p. XVIII., nibilo vetustior fuit Tibulliano et Propertiano,  
de quibus vid. Lachm. Prop. mai. ed. praef. p. XIII. et Tibull.  
praef. p. VII. Ita enim invenio scriptum in Scaligeranis s. v. *lin-  
guae*, p. 240: *Nullus est in veterum librorum collatione Josepho  
Scaligero expeditior, ac promptior, ut in codice Catulli, Tibulli,  
Propertii manuscripto, illique a domino Cuiacio misso observari:  
quem intra duos, aut tres ad summum dies cum suis contulit. Hoc  
autem exemplar descriptum erat a. D. 1469 Nemausique a Dom.  
Cuiacio inventum est.*

ut Callimachi quasi verbis amicum laudaret. Quae laus tanto aptior erat, cum a Callimacheis illis praeceptis aut illo iam tempore, aut paulo post deflexerint Domitius Marsus longa Amazonide et turgidus ille Furius Bibaculus Aethiopide, quod utrumque argumentum de cyclo petitum erat.

Eodem fere tempore carmen scriptum esse existimo, quod extat, *Ciris* inscriptum et cum Virgilianis edi solitum: aequè plane doctum, subobscurum et graecissans, atque modo nominatorum opera, quantum ad locutionis et versuum conformationem. Quamquam iudicari hoc non nisi ex aliquot versibus de Calvi Io et Cinnae Smyrna relictis potest. Cum epithalamio Catulliano tanta est eius similitudo, ut a multo seriore poeta ad illius exemplum effectum pronunciaverit Silligius Virg. Wagn. t. 4., p. 155, sq.: quanquam nec ad illud solum, sed etiam ad Graecum aliquod et e iuvenilibus Virgiliti poematis. Vereor, ne si plura Calvi et Cinnae extarent, dicendum foret etiam ex illis. Quae enim Silligius profert eiusmodi sunt, ut communi istorum poetarum omnium consuetudini tribuenda videantur. Oratio poetica, quae coniuncta illorum opera expoliri coepit, mirum esset, si cuius peculiaris fuisset. In adoratione carminis eiusque partium ut similia effingerentur, partim brevis ille carminum ambitus, partim ingeniorum, quod fatendum est, mediocritas, partim communia illis Graecorum exempla effecerunt. Nam quod magnum illud putat Silligius, tanta episodica in utroque carmine, epithalamio et *Ciris*, simili modo per peplum Athenaicum et stragulam induci: id ab Alexandrinis, apud quos pleraque eiusmodi etiamnum extant, didicerunt. Ac totum hoc genus Romanorum poetarum cum eo nomine traducatur ab Horatio artis poeticae initio, fortasse etiam ad stragulas illas spectant versus: *Purpureus late qui splendeat, unus et alter.*

*Assuitur pannus* —.

Similitudini denique isti sponte nascenti accedebat mos, quamvis serius aliquanto fortassis a Virgilio potissimum usurpatus, alienos versus honoris causa applicandi. Haec potissimum consuetudo, de qua disertum extat Servii testimonium ad Virg. ecl. 10, 46. et Ge. 1, 375., non ignorata illa a Silligio, tamen in versibus *Ciris* et operum Virgilianorum communibus maximae offensioni fuit viro elegantissimo. Causam mox videbimus: nunc illud, cur si *Ciris* auctor illos e Virgilio furatus sit, id tamen serius factum negetur, quam extremo Augusti tempore. Messalae enim certe etiam postea erant, quibus tam artificiose corniculae Aesopianae modo exornatum carmen dedicari potuisset. At scilicet *Ciris* versu secundo irrita

*fallacis vulgi praemia* de magistratibus intelligenda sunt, quos vulgus tribuere desiit, postquam a Tiberio comitia ad patres translatae sunt. Non video, cur *praemia* illa nequeant esse militiae, quae nominantur ab Ovidio Am. 1, 15, 4., intelligantur Fast. 1, 12. et *vulgo* tribuuntur Fast. 2, 14. Et *fallax vulgus* cur non id sit, quod *falsis vocibus utitur* apud Horat. od. 2, 2, 19. Dissereret potuisset vir doctissimus de artis poeticae ratione extremis Augusti temporibus persimili ei, quae ante Virgilio et Horatii celebritatem fuit, quamvis ingenti diversi generis intercapedine disiungerentur, neque tamen vel sic latuisset eum, tumorem et affectationem maiorem et duritiam minorem Cirin habituram fuisse, si tunc scripta esset. Sed in illam sententiam ideo concessit Silligius, ne si in Ciri magnus ille Messala Corvinus intelligendus sit, Virgilius ille prior versus a Ciris auctore mutuatus esse videretur, qui alius vir esse posset, quam C. Cornelius Gallus, orator, miles et poeta paulo Cinna et Catullo iunior; quae admirabilis viri J. H. Vossii fuit opinio, comprobata a viro celeberrimo Meinekio ad Euphorion. p. 54., qui a Silligio p. 145. deposuisse eam dicitur: at mihi interroganti negabat, si quando illi diffusus fuerit, se ideo omnia a Silligio v. dss. prolata probasse. Hic igitur argumentis utitur extrinsecus et ex ipsis carminibus petitis. Primum est, quod grammatici nunquam notaverint versus illos, quos Schraderus Emendatt. proposuit, a Virgilio e Galli carmine desumptos fuisse, quod tamen in aliorum et in Galli versibus ad eclogae 10, v. 46. fecerint: non igitur videri grammaticos Cirin ante Virgilium scriptam putasse, p. 152. Respondeo grammaticos tacere videri ea de causa, quia satis mature Ciris pro foetu Virgiliano habita est, cuius rei indicia extant apud Servium in vita Virgiliana et in codicibus Parisiensibus saeculorum IX, X et XI. Sillig. praef. p. 136. Huiusmodi error in libro Lygdami, in Catonis, quae feruntur, Diris, multisque aliis commissus in Gallo minus, quam in illis mirabilis est: prorsus enim singulari quodam casu factum esse oportet, ut de tanto poeta nihil supersit praeter ea, quae Virgilius sua fecit, et unum istum versiculum: *Uno tellures dividit anne duas.*

Secundum est, quod profert Silligius p. 149: *Virgilium Galli carmina tanto studio imitari non potuisse, cum iste ultimo vitae suae tempore in summam Augusti invidiam inciderit.* Deinde p. 150. demonstrat ex historia Donati de Aristaeo Galli loco in Georgicis reposito *abstinuisse* Virgilium ab honore Gallo tribuendo. Reponere hoc potius probare *non abstinuisse* Virgilium, si modo tempora, ut par est, distinguantur. Non licuit Virgilio Gallum celebrare in

igniore modo post Galli mortem voluntariam, qua obiit anno 728. Licuit ei, quod et fecisse eum videmus, ante eum annum. Potuit etiam postea causae quid habere, cur quae nimis splendide de illo antea scripta fuissent, obduceret: cur versus singulos, qui in scienti fortasse excidissent olim, deleret, neque causae quidquam erat, neque id in ecloga fecit decima. Si qua deinde scriberet post annum 728, non opus erat, ut metu Augusti sibi temperaret ab imitando et exprimendo amico, sed frustra Gallo gratificaturus fuisset: neque enim ingenii inopia, sed in amici spem gratiae id facere assueverat. Iam vero anno 729 praeter Bucolica et Georgica magnam Aeneidos etiam partem eum absolvisse necesse est, fr. Macrob. 1, 24., Donat. §. 46. In postremis vero Aeneidos sex libris versus, qui e Ciri sumpti videri possint, nulli leguntur. Nam nisi cavillari velis, licuisse debet Virgilio sine imitationis culpa verba haec usurpare: *summo vertice montis, solis — exigere aevum, certamina belli, nimium geminare, digna indigna coniungere*, quamvis in Ciri quoque talia occurrant. Illicitum igitur nihil statuo, si eas Aeneidos librorum sex partes, ubi similia Ciri deprehenduntur, quamvis vel illic raro id fiat, scriptas censeo ante 728. Nunc de argumentis Silligii, si fas ita dicere, internis, quae versantur circa eclogam sextam. Ibi apertissima et honorificentissima Galli mentio est, et versus 74 — 77. et dimidius 81. in Ciri extant. Negat igitur Silligius p. 146: *credibile esse, viros doctos non intellexisse versus 74 — 77. de Gallo sumi non potuisse, quia non Linus, minus verba ad Gallum dicta statim praecedant, sed denuo Silenus eos canat, ut si nonnullorum interpretum sententiam secuti Silenum personatum Gallum habere velimus, Gallus etiam ea omnia scripsisse putandus sit, quae inde a v. 31. Silenus — cantaverit.* sticne maximus ille ineptiae cumulus foret, Gallum carmen de reum natura cecinisse, in quo ordiendo paene se versari dicit in Ciri? Ratio fugisse virum doctissimum, illud dicere voluisse videtur, si Silenus pro ipso Gallo habendus sit, inepte v. 70. Gallum de Gallo narrare. Atque ita everteretur sententia illa de allegoria, qualis apud Gallicum vel Italum poetam necessaria esset, non apud Virgilium. Deinde Silligius p. 151. mirum esse affirmat, *viros doctos non vidisse Virgilium, si Galli aliquod poema imitari voluisset, ab eius narratione non recessurum fuisse, qui si aliter rem instituisset, fallum rei minus recte factae arguisset.* At ego miror tantum virum non vidisse, quomodo ille locus tandem intelligendus esset. Neque enim ullo modo a Gallo discessit Virgilius, et quod de consensione utriusque Scyllae narrant interpretes, frustra sunt. Dixit:

Quid loquar, ut, h. e. quam eleganter, quam docte, quam novo modo Scyllae mutationem narraverit: de qua particula emphatice producenda vid. Valer. Prob. p. 75. Lindem., quamvis ineptiat. Iam eius novitatis indicium si ponere voluisset Virgilius, scio, de Ciri non dubitatum usquam esset: at noluit, quia mirum in sequentibus etiam de mutatione in aves dicendum fore videbat: illic igitur clausulam illam venustam e Ciri usurpat:

*sua tecta supervolitaverit alis;*

atque ex eo versa subolere nonnihil potuit interpretibus, imprimis J. H. Vossio, de artificio vere Virgiliano, quo in priore fabula deflectit a venustiore forma ad veterem, totidem paene verbis a Gallo etiam commemoratam. Nam etiam illa ad varietatem eclogae suae conciliandam apta erat, quamvis minus aures demulceret: neque enim temere ista inseruntur: *Ah virgo infelix!* — Denique quod Silligius p. 150. ait, *nescire se, unde Vossius inaudiverit, tales fabulas, qualis illa de Ciri sit, plures a Gallo compositas fuisse*, oppugnari non uno modo potest. Nam cum quod Servius, Prob. et Diomedes Latine versum Euphorionem a Gallo dicunt, quorsum id pertineat, nesciamus, aut omnia eius verterit, necesse est, aut multa. Singulares istiusmodi fabulas Euphorionem scripsisse satis constat: eorum simillima secundum Meinekii v. cl. coniecturam p. 32. *Γέρανος* fuerit. Illarum quasdam expressisse Gallum in optimo conici posset, sed e Virgiliana maxime ecloga: certe *Hymenium*, cfr. v. 81, 82. et Meinek. ad Euphor. p. 89., quoniam de Hesiodo docti viri non audiverunt Fontaninum hist. lit. Ag. p. 31. et de *Hyla* nihil certi constat, vid. Meinek. p. 177. Verum quid impedit, quominus e maioribus Euphorionis corporibus selectas fabulas tractasse Gallum animum incusamus, velut Catullum fecisse suspicati sumus. E Chiliadum quinto libro de Gryneo nemorale carmen suum adornasse nemo dubitat, postquam Meinek. p. 104. demonstravit. Cur non e Mopsopia desumpserit fabulam de Progne et Philomela, immo ipsam Cirin, quandoquidem vetus illud Atticum nomen etiam Megarin comprehendit? quod si esset, aptissime pro oemium de Cecropio hortulo et peplo Panathenaico addidisset. Nimirum tunc, cum ecloga sexta componeretur, non nisi singulas fabulas excerpserat: postea fortasse totum illud carmen, cui titulus *Μοψοπία ἢ Ἀτακτα*, aut reddidit Latine, aut redditurus fuit. Miro enim modo cum illa inscriptione conveniant versus Horat. ed. 1, 7, 5. sq.:

*Sunt, quibus unum opus est intactae Palladis arces*

*Carminis perpetuo celebrare, et*

*Undique decerptam fronti praeponere olivam.*

Potuit ergo Gallus eiusmodi fabulas, qualis Ciris, plures scribere, quod negabat Silligius. Sed cum fecisse non constet, illud tamen certissimum est, alios, quos supra recensuimus, scripsisse opuscula, plane quae cum Ciri comparari mereantur, ut vel hac de causa probare non possis carmen, temporis istius morem egregie quod referat, argumentis parum idoneis in seriora tempora differri. Restat, ut de Galli elegis annotemus, quae veteres testes memorata dignissima tradiderunt. Quatuor libris distincti fuerunt et uti in aliis vidimus, Graeco amasiae nomine inscripti: *Lycoris*, Serv. ad Virg. ecl. 10, 1. Elocutio graecissans, nova et docta: *Euphorionis morem secutus* dicitur Servio; hinc *durior* audit a Quintiliano Inst. orat. 10, 1, 93. Ornatus autem mirificus affuisse videtur: elegorum enim in usum fabulas ei conquisivit atque libello, qui extat, dedicavit Parthenius ille Graecus poeta: qua re nihil magis idoneum est ad illius temporis artificium poeticum pernoscendum.

Ab eodem Parthenio Graece didicisse Virgilius traditur Macrobi. Sat. 5, 17. Vertisse quaedam illius eum idem, Moretum glossator codicis Ambrosiani dicit teste Isaaco Vossio, narrante patre eius de poetis Graecis. Illud breviter proponere licebit, Virgilium juvenem ab aequalium sibi poetarum ratione pependisse: inde illam Theocriti imitationem esse explicandam, *obnoxiam* sane et *servilem*, ut ait Wagnerus v. d. *de carm. bucol.* Virg. Heyn. 1, p. 17., qui ibidem fere negat e temporis sui consuetudine illam iudicandam esse: inde illam Euphorionis probationem, de qua Quintil. Inst. or. 10, 1, 56: inde in Georgicis quoque Nicandri et Parthenii studium, teste Macrobio: inde in ipsa Aeneide Apollonii et falsi Pindari aemulationem esse derivandam. Longum foret demonstrare Virgilium ab aequalium castris egressum et Horatium nunquam illis aequum poeticam Romanorum artem in libertatem asseruisse: partim argumentorum sublimitate, partim Graecorum etiam veterum penitior intellectus, partim veterum Romanorum diversa quidem, iustissima tamen aestimatione, quam paulo illis priores nullam videntur instituisse. Virgilio et Horatio, Vario quoque, aliisque illis proximis tenendum est sermonem poeticum ita fuisse exaltatum, ut post eorum aetatem poetarum illud et grammaticorum, quod antea fuit, contubernium et res, quas illi contubernio potissimum tribuendas fuisse dicebamus, pariter cessarent. Poetas grammaticis superiores evasisse illa fere fidem faciunt, quae de Virgilio



cum illis contentione narrantur a Donato vit. §. 61. sq., quamvis de carmine Catal. 7, 3. nihil affirmaverim; quod ille ipse Alexandrum grammaticum instituisse dicitur Donat. §. 77; quod Domitius Marsus et Furius Bibaculus, hic Catonem senem, quem olim laudaverat, ille in Cicuta, quantum liquet, grammaticos potissimum ludos fecerunt; denique quod Ovidius decimo fere post Virgilio obitum anno contemptim scripsit Fast. 3, 729:

*Nec vos, turba fere censu fraudata, magistri*

*Spernite. —*

Verum cum Virgiliani et Horatiani sermonis studiosissimi fuerint posteriores, hoc est, cum eo modo excolere illum perrexerint, quo illi coeperant, quae res altioris est indaginis, neque huius loci, difficile foret demonstrare aliis quoque in rebus, ornatu et ipso poematum argumento, illorum duumvirorum exemplum multum valuisse. Plures sine dubio Varii in tragoediae ea forma, quam aut novavit, aut excoluit, auctoritatem secuti sunt, quam in satira vel lyricis Horatium: quid enim magni de Iulo Antonio vel Titio Septimio suspiceris? Virgilium fortasse unus Rabirius pressius imitatus est. Quod et supra fecimus, verbo eloquamur, quid abhinc poetae plurimi spectaverint. Argumenta fere eadem, exempla eadem secuti videntur, quae illi Virgilio priores: ita tamen, ut ornatu plane diversi generis acquisito, quem rhetoribus acceptum referebant, singula fere genera amplificarent. A Graecis recentioribus et ipsi pendebant; grammaticae vero artis loco rhetorica erat. Multum enim adiumenti poetae huius temporis ab oratoria arte accepisse videntur, quamquam tantundem fortasse poetica oratoribus, declamatoribus inprimis, profuit. Ipse ille mos publice declamandi, quo cum abstinuerint Asinius Pollio et Labienus, vid. Rud. Thorbeckium de Pollione p. 99., usus est Q. Haterius supparis aetatis, vid. Hieron. ad Euseb. chron. n. 2040., originem potest duxisse a recitationibus publicis poetarum et scriptorum aliquanto vetustioribus, vid. Horat. sat. 1, 4, 23. sq. 73. sq. Ovid. Trist. 4, 10, 57. Quem Tacitus dial. de orat. c. 20. novo dicendi generi, quod a Cassio Severo, Ovidii fere aequali introductum paulo ante dixit, proprium facit poeticum decorem, quomodo tunc acquisiverint oratores, Arellii Fusci exemplum docet apud Senecam suasor. 3, p. 27. Gron. Poeticae singula fere genera eodem tempore colorem oratorium traxisse demonstrabimus, quo eloquentiam immutatam esse constat. Unum tamen genus in hunc modum data opera novatum fuerat paulo antea, tragoediae a Vario et Pollione, uti mox ab Ovidio, aliis, non theatri, sed auditoris scriptae, vid. Weichert.

de Varro p. 155. Ovid. Trist. 5, 7, 27. Eas si accuratius nossemus, luculentissimo fortassis exemplo aetatis illius litterarum momenta teneremus.

Elegiacum genus, quod tam studiose et efficaciter excultum est, cuiusque historiam plenius cognoscere datur, neque Virgilio, neque Horatio] quidquam debet. Condidisse id existimandus est Gallus, doctus Euphorionis imitator. A quo qui proximus fuit teste Ovidio Trist. 4, 10, 53., Tibullus, grammaticum illum fucum et ornatum, qui in Graecis fabulis admiscendis est, omnem deposuit: loquendi genere utitur proprio, terso et nitido, nec quaesito, cuius virtutes non quivis iudicio assequitur; disertus est, neque tamen copiosus: rhetoribus nihil dum debet, sibi omnia. Quem Propertius ita sequitur, ut Philetiae et Callimachi aemulationem non semel profiteatur et ostendat: similior hac in parte Gallo, quam Tibullo, sed utroque oratione uberior, ut opinor. Rursus Ovidius Propertio simplicior, paene indoctior et ubique suus: et illo vero, et Tibullo lascivior, iudice Quintiliano Inst. 4, 1, 93., quod ad sermonem, non ad mores spectare nemo ambigit tam illic profecto, quam §. 88. Cfr. 2, 4, 3. Hic multum declamatoribus debet et eorum fomentis igniculos Tibullianos nutritisse existimandus est. Lege Senecam Controv. 10. p. 172. Gr. et confer praeter innumeros alios locum Pont. 2, 65 — 70., inprimis illa:

*Thyrsus enim nobis, gestata est laurea vobis;*

*Sed tamen ambobus debet inesse color.*

Ita enim leges et colorem rhetoricum intelliges. Julius Proculus, quem post Ovidium scripsisse elegos patet e Trist. 4, 10, 54., quamvis sint, qui illum fratrem Virgilii iuniorem putent, Osann. ad Apulei. p. 21., probabile mihi est ad Graecorum imitationem paucum reversum esse et Propertio similiorem, quam Ovidio fuisse, quia dicitur Pont. 4, 16, 32. *molle Callimachi iter tenuisse*. Sed Tuscus, qui *Phyllidem* edidit, Pont. l. l. v. 20., quod si de Thracia heroide intelligendum sit, vid. Madvig. opusc. acad. p. 19., quale carminis genus fuerit, vix ex aevi eius more indicari possit, fortasse rhetor ille fuit Clodius Tuscus a Seneca Suasor. 2. sub fin. memoratus: fortassis igitur aut hic, aut Jul. Montanus, item rhetor, vid. Sen. controv. 16. sub fin. p. 238. Gr., et insanus recitator, Ep. 122. p. 610., tertius eorum erat, qui alternatim quasi quorsum aequalium suorum ingenia vergerent, in hoc genere monstraverant. Posteriores certe elegographos, Stellam (Stat. silv. 1, 2, 197, 250. q.) et Calpurnium Pisonem (Plin. ep. 5, 17. init.) non multum traditionis Graecae servasse crediderim, ac prope certus sum.

Huc pertinent etiam *Heroides* Ovidii et, qui eum imitatus est, Sabini. Eae sicut ab illo omnium primo scribi coeptae, procul dicere videtur Art. am. 3, 346., an apud Romanos tantum, quaerere video. Solent in hoc genere quiddam sibi permittere Romani poetae. Sed utcumque hoc est, negaverim scholia codd. Victor. et Trevirensis: *Ovidius epistolas illas ab esodio poeta Graeco conscriptas in Latinum novavit*, et: *in quo opere imitatus est ysidorum et astream poetriam emendanda ita esse*, uti doctissimus Leutschius putat: a *S. Clodio*, et intelligit fabulas a celebri grammatico Ovidio suppeditatas, uti a Parthenio Gallo. Verum iste mos etiam Ovidii tempore adhuc fuerit, opus ipsum nusquam tale grammaticum auxilium testatur: nihil fere paulo doctius confinet. Scholia illa fortasse nugae sunt; nam de *Hesiodi 'Holuca'*, vel de *Aleria poetria*, de qua Weichertus de Vario p. 85. sq., vix cogitandum putat. Illud tamen certum est, nullo exemplo tam quae supra posuimus illustrari, quam epistolis illis. Argumentum ipsum et ratio operis procul dubio Alexandrinis debetur. Illi potissimum mythicarum quasi personarum fabulas singulatim persecuti sunt. Theocritus vero adeo *heroinas* scripsit teste Suida. Hinc nonnihil de inscriptione illa discitur, nimirum haud recte viros perdoctos, qui illa carmina ediderunt, ita scribere: *carminum genus, cui herois nomen est, auctor et inventor heroidum, heroidas e Graecis fontibus natusse*. Deinde vero formam epistolarem rhetorum scholis deberi et *ἡθοποιῶν* rationem referre post Bentleium rectissime Leutschius notavit; elocutionem vero ipsam declamatorio prorsus more laxari nemo ignorat.

Ab elegis devenimus ad ea, quae herois scripta sunt. Aemilius Macer si post Virgilium Nicandrum vertit, quod e locis Servii ad Virg. ecl. 5, 1. Quintil. 12, 11, 27. et Ovidii Tr. 4, 10, 43. sq. non satis claret, vetustioris moris exemplum est. Verum enim eius duodecim e Theriacis et Ornithogonia, quos Charisius et Isidorus servarunt, partim sollicitam interpretationem, partim eulem, quamvis purum sermonem ostendunt. Cui in iis, quae didactica vocantur, non nisi Ovidium, similitimum quoque illi in Medicamine faciei et Halienticis, si illa restant, adiungimus, de paucioribus postea disputaturi. Nihil tamen attinet verbosiores esse in re partim notissima, partim non hoc loco occupanda, Ovidium in *Metamorphosis* et *Fastis* descriptione usum Nicandri, Parthenii Callimachi: in *Arte amatoria* sua quidem, sed *controversiarum rhetoricarum* simili, plane enim in utramque partem disputat: fabulae ubique e proximo petuisse, etiam protritas et exiles nitescere pos-

nunquam desperavisse; in Metamorphosis paucissimas, quae ex  
 Alexandrinorum docto penu depromptae videantur, in Fastis inter-  
 lum fictas pro re praesenti et commenticias posuisse, cfr. Sum-  
 num Virum Mueller. Proleg. mythol. p. 92.; elocutionem ubique  
 habere perspicuam, argutam, uberem adeo saepenumero nimis, ab-  
 trusam et turgidam nusquam. His in rebus omnibus egregie ei  
 conveniebat cum aequalibus poetis plerisque. Videntur enim illi  
 opiam dicendi inprimis affectasse et argumenta, quibus illa elucere  
 posset, non tam excogitasse et quaesivisse, quam arripuisse. Eius  
 ei exemplo sunt poetae heroici, qui res gestas celebraverunt. In-  
 criptiones operum, quae ad nos pervenerunt, prodere videntur  
 non exiguae molis ea fuisse et argumenti quasi tralaticii, certe non  
 publici: de elocutione inde augurari potest, quod auctores rheto-  
 ricæ sui temporis arti operam dedisse paene de omnibus aut ple-  
 rius argui, aut confidentius suspicari datur. Eorum poetarum  
 nosdam Homeristarum Latinorum nomine recenset Wernsdorfius  
 vet. Lat. min. tom. 4. p. 578. sq.; quae appellatio excusatio-  
 nem ita haberet, si cyclicorum carmina Homeri nomine vetustissimo  
 more comprehendere velis, cfr. Welcker. de cycl. p. 131, sq. Ve-  
 rum cum ne inter cyclica quidem illa ipsa argumenta omnia repe-  
 tas, quae recensebimus, mihi probabile videtur poetas Latinos hæc  
 quoque parte seniorum Graecorum vestigia pressisse, sed aliorum  
 tamen, atque illos ante Virgilium et alio modo: neque ornatu,  
 neque dictione grammatica, si ita loqui fas est, sed rhetorica.  
 Nam illi quoque Graeci, quos intelligo, grammatici erant: inprimis  
 Dionysius Thrax, qui *Negoptida* scripsit, teste Athenæo 11, p.  
 89, a; eam Asclepiades Myrleanus Romae videtur enarrasse, Athen.  
 1, p. 477, b; Menelaus Aegensis, qui Thebaida, teste Suida;  
 Artassis Hegesianax Troicorum auctor, Athen. 9, p. 393. d. Ho-  
 rum igitur Graecorum, quos cyclicos, opinor, appellasset Callima-  
 chus, imitatores utique iam ante Virgilium extitisse videntur Do-  
 mitius Marsus et Furius Bibaculus, qui Amazonida et Aethiopida  
 scripserunt, incertum, quos secuti. Quod si ita est, tanto mirabi-  
 lus est post Virgilium ista adhuc tanto conatu tentari potuisse,  
 utae quam illi ex toto dissimilia fuerint, docere non opus est.  
 In Marsus Virgilio supervixerit, uti ex epigrammate eius in Ti-  
 tullum et Ovidii carmine Pont. 4, 16, 5. fortasse colligi possit, is  
 huius sectae poetarum primus nominandus est, qui etiam rhetore  
 Apollodoro usus est, iudice Spalding. ad Quintil. Inst. 3, 1, 18.  
 Furius Tuticanus, Pont. 4, 16, 27., qui *Phaeacida* scripsit, una  
 cum Ovidio institutus est, Pont. 4, 12, 21 — 29., ergo rhetorum

disciplina. Opus eius si mera carminis Homericæ interpretatio fuisset, immodica laude prosecutus esset Naso. Crediderim ita comparatum fuisse, uti *Ἐπιῆς*, vel *Ἐπιετα* Philetæ fuit secundum Bachii coniecturam ad Philet. p. 32. Cotta Messalinus, qui l. l. v. 41. *Pieridum lumen praesidiumque fori* fuisse dicitur, orator non contemnendus fortasse fuit, vid. Pont. 3, 5. Indidem carmina eum recitasse intelligitur; quibus Oresten eum celebrasse conieci ad Tr. 4, 4, 55. e Pont. 3, 2. Sed utrum epica fuerint, an dramatica, profecto anceps est res, neque Apuleio de orthographia §. 3. soli de epicis credi auctor sum. Nolui tamen illud hoc loco praetermittere. De Macro, sive Pompeius, sive Licinius fuerit, qui ut ab Aemilio Nicandri interprete distinguatur, *Iliacas* audit apud Ovidium v. 4., scripsitque Antehomerica et Posthomerica, si modo is titulus ab Heynio satis recte excogitatus est, exc. l. ad Aen. 2, p. 387., Wernsdorfii extat disputatio Poet. Lat. M. 4, p. 579. sqq., quae in commune bonum repetita legitur in *Alma* dissertatione de Ovidii epistolis p. 8. ad 13. Num orator fuerit, nescimus; magistratum aliquem in Asia gessisse videtur secundum Pont. 2, 10, 41. Carum scripsisse de Hercule auctor est Ovidius Pont. 4, 13, 11, 12; 16, 7, 8; Trist. 3, 5, 42., acute hunc postremum locum investigante Heinsio, cuius versui 29. oratoriae eius facultatis indicium inest. Peto Albinovanus propter Theseidem pommandus est Pont. 4, 10, 7.; a Seneca rhetore eius versus cum aliorum declamationibus comparantur, Suas. 1. p. 11. Largus, qui Antenoridem scripsisse videtur, Pont. 4, 19, 17., secundum Wernsdorfii coniecturam Poet. lat. M. 4, p. 582. Valerius Largus fuit, in Cornelii Galli perniciem disertus; astipulante Heynio exc. VII<sup>o</sup> ad Aen. 1, tom. 2. p. 231. ed. quart. Pendebit ea res ab intellectu verborum *temerati amici* Ovid. Am. 3, 9, 63., quae perperam Fontaninum hist. lit. Aqu. p. 20. *perfidii, scelerati amici* reddere certum est. Nec dubito, quin significetur Largi aures verbis Galli inebriati laesas fuisse, cfr. Fast. 2, 503.; neque iniquior Largo Ovidius fuisse videtur, neque aetas utriusque valde differebat. Admodum mirum est, Apuleium de orthograph. §. 18. ex Wernsdorfii mente pridem nomen gentile illud ascripsisse. Aequè probabile Wernsdorfii est sententia Lupum, qui l. l. v. 17. nominatur, fuisse Rutilium Lupum rhetorem. Aetatem convenire Ruhnkenius demonstravit, praef. p. XVII. ed. Lips., professionem illam ipsam a poetica non abhorretere Wernsdorfius perspexit. His addendi sunt duo, quos non nisi coniectura similes reliquis fuisse nobis persuasimus, Camerinus, qui Heraclæam et ipse scripsit, vid. v. 19., et

qui v. 25. Trinacrius dicitur, incertum, utrum sine, an patrias nomine, quam litem compositam nondum cum Osanno v. d. ad Apulei. de orthogr. p. 36. existimo. Verum quis ille fuerit, qui versibus 21, 22. innuitur, quaeritur:

*Velicolique maris vates, cui credere possis*

*Carmina caeruleos composuisse deos.*

Sunt, qui de P. Terentio Varrone affirmant, qui libros navales, vel de littoralibus scripserit, Wernsdorfius Poet. Lat. min. t. 1. p. 3. p. 1388., Wuellnerus de Varrone Atac. p. 31. Hoc aequè falsum puto, ac quod quidam versus sequentes 23, 24. de eiusdem bello Punico, quod nullum unquam scripsit, intelligunt. Ipse sibi egregie adversatur Wernsdorfius, cum tom. 4. p. 580. rectissime ita disputet: *Macrum Iliacum* (v. 6.) *quom esse non posse, quem grandiorum natu sibi iuveni carmina sua praelegisse narret Ovidius* (Trist. 4, 10, 43.), *quemque elegia extrema Ponticorum quia inter aequales et superstites poetas non meminerit, tunc iam defunctum esse innuat.* Si ergo Aemilius Macer, quo familiariter usus est Naso, locum non inveniebat in illo carmine, quia anno 737 teste Eusebio iam obiit, quomodo aut v. 33. Virgilius indicari potest, quem non novit, quique biennio ante obiit, quod tamen contendit Wernsdorf. tom. 1. p. 3., aut eo, quem prosumus loco, Varro Atacinus, quem neque novit, neque vidit, nisi infans, ut qui anno 717 iam decesserat, acute monstrante Wuellnero de Varr. At. p. 5. sq. et Madvigio opusc. acad. p. 19. —? Quis ergo intelligendus sit in illis versibus, quaeris. Nescio profecto; hoc scio, unum poetam Ovidii aequalem in illo recensu multo iustius desiderari, quam Varronem. Neque propter argumentum, quod tractavit modo memoratis simillimum, a nobis praeteriri potest Ponticus, quem convictorem suum appellat Naso Trist. 4, 10, 47., Thebaidos auctorem Propertius facit 1, 7, l. 17; 10, 10. Is igitur versificator non mediocris fuisse videtur secundum Tristium locum. Eadem vero laus cum insit Ponticorum breviori versui, atque ea quidem translatione enunciata, qua oratorum praestantia designari solet, cfr. Wesseling. ad Diodor. 16, 85. p. 147. Ernesti lexic. technol. lat. rhet. p. 126. sq., vellem profecto, liceret illud distichon de Pontico interpretari: suspicio enim subnasceretur, eandem eloquentiam poeticam illum affectasse, quam reliquos. Verum probe intelligo, quam audax illa foret coniectura:

*Velicolique maris nomen, cui credere possis etc.,*

quamvis difficultatem tolleret et explicaretur commode e vers. 17., lb. 361. cfr. Jacobs. ad Meleagri earm. l. v. 24. Recensuimus.

poetas, quibuscum Ovidius integer adhuc vivere potuit, neque tam men omnes. Segregandi enim ii erant, quos post eius relegationem quoque, vel potissimum tunc claruisse constat. Idque ea de causa, quod de iis haud paulo certiora scire datur, quam de tantorum priorum et posteriorum numero. In poeseos Romanae reliquiis servandis quasi divinam quandam providentiam gnaviter rem gestasse persuasum habeo. Optima quaeque supersunt: Horatius poetae republicae, Virgilius Italiae, Ovidius Urbis: reliquorum tantum potennavit, quantum ad cognoscendas eius artis vicissitudines satis est. Quod igitur poetarum Tiberianorum duos non praestantissimos et tertium dimidiatum librarii nobis tradiderunt, aliquorum loculentas partes scriptores applicuerunt, aliorum non paucos versus grammatici excerpterunt, quod omnium illorum, quos modo enumerabamus, nulli contigit, unius umbram quasi ipse Acheruns, fediinas Herculenses dico, remisit, id aut nostrae quaestionis causa, aut nostro bono factum esse pignorer, ne de insigni artis eius aetatis conversione errandum esset. Eorum poetarum nomina primo loco edisseram, et cur aequales eos fuisse statuam. Peto Albisevanus et ante Tiberii principatum floruit: sed quia anno 769. Psempeticon Germanici scripsit, vid. Sen. rhet. suasor. 1., et quia eum Seneca philosophus familiarem habuit, qui natus est Cordubae anno U. 756, aetati Tiberianae accensebitur. Cui cum Rabirius adiungatur a Quintiliano Inst. 10, 1, 90., non potest aetate impar fuisse: et quod idem a Velleio 2, 36. Virgilio comparatur, causam fuisse coniicio aut similem in illo Velleianae Tiberii adulationem, aut familiaritatem utriusque. Julius Montanus notus fuisse dicitur a Seneca ep. 122. et amicitia Tiberii, et frigore. Cornelius Severus secundum Quintilianum Inst. 10, 1, 89. nihil paulo maius scripsisse videtur, quam librum primum belli Siculi, quod carmen si Spaldingium sequaris, morte abruptum foret. Necessesse igitur esset illum librum ab Ovidio indicari Pont. 4, 2, 1; 16, 9. et ipsum Nasone multo iuniorum fuisse. Verum enim vero Serpiti solertissimum ingenium mortem immaturam illam ad Calpurniam refert, et Quintilianus fortasse nec hoc dicere voluit, Severum opus suum destituisse, sed non eodem colore et artificio totum elaborasse, fluctuasse paulum, praesertim in orationis genere. Favet hinc sententiae illud: *ut est dictum*. Ea ipsa autem scribendi dissimilitudo et quod Ovidius novisse Severum olim, sed antequam carmina faceret, videtur; nam carmen Pont. 1, 8. ad iuvenem scribitur, vid. v. 65., nec alterum lib. 4, 2. aut ad alium, aut ante illud scriptum puto, sed oblitum prioris Nasonem; haec, in-

nam, efficiunt, ut Tiberii potissimum tempore illam fortasse con-  
 sam. Locus Senecae suasor. 7., quo cum historicis et poetis  
 saulo antiquioribus componitur, nihil fere de aetate prodit. Gra-  
 am familiae Claudiae adeo libertum fuisse Wernsdorfio Poet. Lat.  
 l. 1, p. 5. credo. De Manilio praeter ipsum nomen nihil opus  
 est commemorare. Germanicum, cuius Aratea supersunt, fuerunt,  
 ut Domitianum putarent, inprimis Rutgersius Var. Lect. l. 2, c. 9,  
 . 123. Is nihil fere satis grave protulit, praeterquod Germani-  
 cus, quem post Augusti mortem Aratea edidisse e verss. 185. et  
 81. constat, quo tempore viginti septem annorum fuit, *docti la-*  
*oris primitias* ea appellet. Verum nihil opus est tunc primum  
 cripta fuisse. Gallus quoque Cirin olim iam scriptam Messalae  
 ledicavit, vid. Sillig. praef. p. 142. Ac de Germanico intellige  
 Ovid. Pont. 4, 16, 39, 40. Doctissimus Grauertus in Mus. Rhen.  
 Nieb. t. 1. p. 359. sq. ad Rutgersii sententiam tuendam sufficere  
 putavit *genitoris et parentis* appellationem in Tiberio: *non nisi pa-*  
*trēm illum dici potuisse a privigno.* Sed lege Ovid. Met. 15,  
 v. 819: *Tu facies natusque suus,*

b. e. Octavianus Caesaris filius adoptivus. Ibid. v. 836:

*prolem sancta de coniuge natam,*

b. e. Tiberium, qui non nisi ab adulate *proles* vocari potuit Au-  
 gusti. Art. am. 1, 197:

*Induit arma tibi genitor patriaeque, tuusque,*

b. e. Augustus Caio Caesari, nepoti e Julia, sed adoptione filio.  
 Accedunt etiam codd. vetusti Basileensis, Bernensis et Puteaneus,  
 cuius apud me variantes scripturae sunt, qui *Claudii Caesaris Ara-*  
*tea* inscribunt.

Horum septem poetarum quinque rhetorica institutione usos  
 videri non est, cur probemus, cum non mediocris ille tumor, qui in  
 versibus Montani, Severi et Albinovani ab utroque Seneca servatis  
 totoque corpore Manilii conspicitur, partim illinc natus sit, omnis-  
 que illius et prioris temporis liberalis educatio declamationes usur-  
 paverit. Sed ab illo communi omnibus habitu et tenore quorsum  
 singuli declinaverint, scitu non est indignum. Novata quaedam vi-  
 dentur in carminum argumentis et in ipsa elocutione. Heroica pu-  
 blice atque patrio argumento si post Ovidii potissimum relegatio-  
 nem componi coepta esse quis censeat, possint quaedam fortasse  
 ei opinioni favere videri. Nam Trist. 2, 529. sq. quod legimus:

*Bella sonant alii telis instructa oruentis,*

*Parsque tui generis, pars tua facta canunt,*

auctor sim, ut intelligantur Virgilius et Varius; de priore quae te-



quantur inde à v. 533. fidem faciunt, alter Pànegyricam in Octavianum scripsit et forte epos acer ducere dicitur ab Horatio sat. 10, 44. Cfr. od. 1, 6, 1. Atque aliis, quam illis, cur se ad inferiorem faceret v. 73. 531., nihil erat causae. Altero loco v. 32

*Illud erat magnae fertilitatis opus*

quamvis non ignorem, quot modis accipi possit, nihil tamen vet de iisdem olim clarissimis poetis cogitare. Certe igitur nihil impedit, opinor, quominus ipsum Ovidii infortunium, qui iudicante Cestio Pio apud Senecam Exc. contr. 3, 7. seculum suum non modo amateris artibus, sed etiam sententiis repleverat, contulisse non nihil putemus, ut poetae posthac Principis iudicium de carminibus faciendis studiosius sequerentur. Hoc ipse Ovidius testatur Trist. 5, 1, 23, 24: *Quod superest, socios ad publica carmina flexi,*

*Et memores iussi nominis esse mei;*

ubi vide, quae notamus. Totam igitur hanc poseos Romanae aetatem post annum 761 et principatu Tiberii dixerim eorum fuisse, qui quacunq; in re potuerint, Caesarum voluntati se emancipaverint, uti bonos cives profligatissimo reipublicae statu oportuit. Rabirium huius instituti auctorem fuisse putaverim: nisi fortasse verba Ovidii, *Severum Latio dedisse regale carmen*, obstant, de quibus vid. Weichert. de Varro p. 150. Sed ex illius, Rabirii, fragmentis elucere quiddam videtur imitationis Ovidianae, praeter Virgilianam, quam ab interpretibus saepissime notatam deprehendimus in Kreysigii v. dss. notis (Commentat. de Sallust. fragm. Misc. nae 1835 p. 119. sq.). Ovidianum est col. 2, v. 4. *Cooperat pro coepit* a Fea restitutum, cfr. Madvigii opusc. Acad. p. VI., nos ad Trist. 5, 5, 3; 1, 1, 80. ibid. v. 7. *cum summa*, quod legendum putamus, cfr. Pont. 2, 1, 46. Am. 1, 9, 37. Fast. 5, 72. Ovidianum colorem referunt autithetica illa col. 2, 5. cfr. Trist. 3, 11, 23. sq. col. 8, v. 1, 2., cfr. ad Tr. 3, 9, 11.; denique ubertas illa col. 5. et 6. et orationum satis frequentium argutia, quae affuisse videtur. *Magnum os*, quod Ovidius ei tribuit, videtur agnoscere, alius tamen modi, atque illam laudem reliqui, sive paulo posteriores eiusdem aetatis epici affectasse videntur. Plures enim in publicis et patriis argumentis operam posuerunt: quod in Augusti spem gratiae factam dixi. Verum in Cornelli Severi e carminibus heroicis reliquiis a grammaticis servatis et a Wernsdorffo, quantum video, accurate collectis Poet. M. 4, p. 225. sq. ingenii vetustorum et obsoletorum verborum studium cognoscitur: singulos versus inspicere, quorum unum, apud Charis. p. 372:

*Luxuriantur opes atque otia longo gravantur,*

ne ob rem non intellexit Wernsdorfius; vid. Serv. ad Aen. 8, 11: *opes antiqui milites dicebant*. Nec Cornelium Severum solum de dicendi genere usum puto, sed etiam alios carminum heroicorum Romanorum auctores, velut illum, de quo Ovidius Pont. 4, 23: *Quique acies Libycas Romanaque proelia dixit*, licunque is tandem fuerit. Nam quod Ovidius Trist. 5, 3, 55. tripsit: *Si veterum digne veneror cum scripta virorum*,

*Proxima non illis esse minora reor*,

istis apertum est certam poetarum sui temporis quasi factionem assignari, non unum et alterum, quorum casu ad nos notitia peruenit. Hos igitur epicos si in carminum ipso argumento Augusto ratificatos esse recte suspicati sumus, eidemne istud dicendi genus placuisse putabimus? Ad quem Horatius epistolam libri secundi primam dedijt, qui tales antiquarios exagitavit, nec ipsi Tiberio pepercit, exoletas et reconditas voces interdum aucupanti teste Suetonio Octav. c. 86. coll. Tib. 70. Quidni potius ipsi huic ollegae Tribuniciae potestatis, cui certum erat spem successioneis incumbere, velificati sint illi poetae? Praesertim cum in didacticis arminibus alii et argumento, et tractationis genere Tiberii gratiam aptasse videantur. Nam astronomica, vel astrologica cum in Augusti aequae, ac Tiberii spem gratiae scribi potuerint, vid. Sueton. Octavian. c. 94. Tiber. c. 69., scripta tamen sunt a Germanico Caesare ad Tiberium iam olim, ut puto, a Manilio ad eundem, iudice Jacobo, viro eximio, in progr. Posn. 1828. p. 6, 7., nec ad illium facile a Pedone Albinovano, qui *sidereus* cur ab Ovid. Pont. 1, 16, 4. diceretur, non recte exposuisse puto Wernsdorfium Poet. l. 4, p. 24: *propter sublimitatem*. Deinde in Germanici, Manilii, et Gratii versibus aliquando archaismus non mediocris, obscuritas saepe in posteriori utroque artificiose quaesita, in omnibus vero austeritas quaedam composita et affectata agnoscitur. De Gratio vide Wernsdorfium Poet. Lat. m. 1, p. 7., de Manilio Jacobum l. p. 12. sq. De Germanico qui paulo copiosius disseruerit, neminem novi: fortasse propediem quaedam de eo e copiis Heinsii et Schraderi schedulisque nostris proponendi opportunitas erit. Interm durities illa, quae dignitatem habet, neminem latere potest. Illas autem res omnes, quas in poetis post Ovidii relegationem satissingulares observavimus, studium Tiberio placendi quin procrearet, dubitare vix poterit, qui illius mores cognitos habeat. Ipse deo tumor Pedonis Albinovani et reliquorum, quem proprium huic aetati fuisse dicebamus, iudicandus ex eo videtur, quod Suetonius 70. Tiberium *affectatione et morositate nimium obscurasse sti-*

lum suam tradit. Et tamen idem ibidem cum ita pergat: *fecit eum et Graeca poemata, imitatum Euphorionem et Rhianum et Parthenium, quibus poetis admodum delectatus fuerit: et ob haec plerosque eruditorum certatim ad eum multa de his edidisse. Maxime curasse notitiam historiae fabularis, usque ad ineptias et derisum: grammaticos, quod genus hominum praecipue appetiverit, quaestionibus eius generis experiri solitum fuisse; — hinc demum doceri videmur, quales ii poetae esse debuerint, quos egregie probaret. Iam vero cum poetarum eius aetatis nobis notorum nemo fere sit, qui improbari illi voluisse videatur, in promptu est conicere fuisse, quos ignoremus, non paucos, qui penitus etiam in eius gratiam se insinuare gestierint, eorum sine dubio aut imitatores, aut simillimi, quos primos in Urbe Euphorionis cantores extitisse demonstravimus. Dolendum est, intercidisse, nec licere nobis optione inter illos facta eum eligere, quem Ovidius falso nomine traduxisse videatur. Quamquam unum in eo numero fuisse, atque Helvium Cinnam imprimis secutum videri ingeniose, uti semper, Jacobus perspexit, Manilium, ut qui nihil studiosius ambierit, quam arguta verborum brevitate in fabularum mentione, progr. supra laud. p. 8.*

---

## CAPUT TERTIUM.

*Ibidis nomen coniectura perquisitum, fortasse  
compertum.'*

Poteramus acquiescere in supra disputatis, quibus, nisi fallor, evictum est, fuisse olim Romanorum poetas, ita comparatos, ut imitatus eos per ludibrium Ovidius videri posset: et esse tales potuisse Ovidii aetate. Tamen hoc esset talos in fritillo concutere, iactare vero nolle. Nam quod vir doctissimus nuper eos non tecte irrisit, qui tenebrionem nullum in antiquitate ignorare velint, nescio profecto, an eius notam iam dudum subierimus, quod omnino rem attigimus antea, si verum fatendum est, intactam. Neque multo labore opus erit, ut opiniones hucusque de Ibidis Ovidiani persona prolatas splendide refutemus: neque te, lector, taedio enicabimus, cum duae tantum sint.

Alteram servavit Coelius Rhodiginus Antiquar. Lection. 13, 1. his verbis: *Illud obiter annotarim, in Caecilii Minutiani Apuleii fragmentis observatum annis septem in exilio consumptis functum esse fato Ovidium, qua die Titus quoque Livius decesserit. Structum item illi a barbaris per multas lacrimas tymbon ante ianuam. Autor idem Minutianus est Corvinum ab Ovidio appellatum fuisse Ibin, ex avis foeditate, cui ventrem rostro purgare insitum sit, et hoc ex Callimachi imitatione. Testimonium hoc eius sine dubio est grammatici, quem eodem sub nomine, sed addito Lucii praenomine in Vallicelliana bibliotheca repertum anno 1823 edidit Angelus Maius, anno 1828 perdocto commentario auctum repetiit Osannus, et de meliore nota commendavit doctis viris. Nec defuerunt, qui illo strenue uterentur, donec anno 1829 Nicolaus Mad-*

vigius, inter insignes criticos notus, libello academico eius elevaret. Ex quo tempore docti et indocti falsum Apuleium celebrarunt. Recentissimo tempore vero quasi imminuta videtur Madvigii auctoritas; video enim Wagnerum ad Virg. Catalect. 7, 5., Kreyssigum de Sallust. fragm. p. 163. et 181., Welckerum de cyclo p. 7. Apuleii auctoritate uti, inprimis vero Weichertum in libro de L. Vario et Cassio Parm. non leviter de eius fide fluctuare. Nam p. 169. ab eo appellatur *auctor perquam futilis*, p. 215. *testis corruptus et propter ipsum tempus, quo vixit, instabilis*, et p. 141. *scriptor recentissimus et corruptissimus*, tamen ut statim sequenti pagina dicatur ille ipse, aut is, quem exscripserit, Varii et Cinnae poemata adhuc legisse. Neque ignorabat Weichertus Madvigii disputationem, nec quidquam fecit illis iudicandis, quod culpari possit. Madvigius enim, quod pace ingeniosissimi viri dixerim, paulo in hoc genere exercitatoribus persuadere non debuit iis, quibus usus est, argumentis, illum libellum natum demum esse sub initium saeculi XVI. Nam de hac ipsa aetate et Tortellii locis nihil probari potest, quod putat Madv. p. 11. opuscul. acad. Neque enim similitudinem ullam utriusque nugatoris ipse Osannus, cuius multum hoc intererat, indicavit, nisi p. 64. p. 65. p. 73. p. 80., quae nullius rei sunt omnia. Ex iis vero, quae Madvigius p. 24, 25. disputat, talia facinora aliena non fuisse ab Italis eius temporis, multo minus; atque ipse sibi adversatur cum negat p. 13. potuisse eum, qui ista composuerit, quem non indoctum fuisse concedit, p. 24., auctorum locos et versus confingere, cum nomina congesserit. At ego id saeculo XVI. doctis Italis difficile minime fuisse demonstrari putaverim tot ingeniosis illorum interpolationibus, in Tibullo et Propertio quae extant. Tales vero cum sexcentae apud Ovidium occurrant in codicibus aliquot saeculis vetustioribus, de qua re vide quae Tristibus praefati sumus, inde colligitur, ne tum quidem argumento Madvigii nimis fidendum esse, si, quod Weichertus intellexit, scriptum Apuleii librum multo post Planudem probatum nondum sit. Si vero eius auctoritate tanquam testis saeculi XIV. uti liceret vel in uno loco Ovidiano ab illo §. 44. adhibito, oppido benigne Ibidis editori eveniret. De testimoniis cum aliis, tum poetarum ex Ovidii Pont. 4, 16. notorum commenticiis plane satisfacit Madvigii disputatio acutissima p. 11. ad 22. Verum quid ea re probatur? Scholiastes Ibidis nonne plane eiusmodi testimonia habet? nonne vero idem praeclara multa? Quod vero ordinem et rationem desiderat Madvigius p. 9, 10., quid impediret, quominus constat illum putare e scholis

etatis tum elegiae Ponticorum extremae, tum ipsius Ibis? Quod liceat, quantum inde depromi possit ad Ibidem explicandum, nemo hactenus intellexit. Quare nostra haec erit provincia, ut viderem quid de Apuleio iudicandum sit, tam liquide ostendatur, ut et viris doctissimis Madvigio ipsique Osanno assensum extorqueamus, et pravae illi opinioni iamiam invalescenti obviam eamus. Quae demonstrabo haec sunt: *E tribus, quibus constat Apuleius esse orthographia, partibus primam, quae res grammaticas continet, nihil futilis est, esse pro fundamento: alteram, quae testimonia scriptorum exhibet, quamque verissime elevavit Madvigius, esse additam propter tertiam, quae fabulas permiras suppeditat. Eam fuisse maxime momenti, nec tam levi brachio attingendam a Madvigio p. 22.; confictam tamen nihilominus esse, ad explicationem scilicet Ibis Ovidiani, et quidem post annum 1508. Rerum grammaticarum magna est portio, dimidia libelli, paragraphi fere quaraginta. In his quaedam non sunt indocta, nihil autem, quod merito consilio positum videatur. Nam §. 8. non puto pertinere debuisse ad Caecilii versum apud Nonium s. v. licitari emendatum, sed tantum argumento est, iam olim emendatum ita fuisse, ut a Bothio editus est, antequam Maius Apuleium emitteret: cuiusnam ea sit emendatio, quaerere mihi nunc non vacat. Nec §. 13. d. Achillis Statii sententiam, vel §. 24. ad vitiosam Lucretii scripturam astruendam spectavisse credo, quae omnia Osannus docte edidit. Testimonia poetarum Latinorum, sive potius indices carminum illorum affricta sunt dimidiae paragraphorum grammaticarum parti et aliis octo, quibus fabulae exponuntur, partim notae, ut in §. 2. et 18., reliquae ignotae. Nam fabularum, quae reliquis exemplis proponuntur, ab Osanno demonstratum est, unde petitae sunt septem in §§. 2, 11, 18, 19, 32, 52, 53. Quibus multo insigniores sunt illae, in quibus magis minusve interpretes Maius et Osannus haeserunt in §§. 4, 12, 16, 21, 29, 31, 33, 39, 43, 44, 51, 64. Nolo singula exscribere; nemo tamen, qui inspexerit, neabit interessé reipublicae litterariae scire, sintne quae illic leguntur, bona fide an mala tradita. Res, quae §§. 29, 31, 33. paucis eadem verbis indicantur, unde sumptae, aut quo consilio confictae sunt, fatendum est ingenue me ignorare. Quae restant cuiusmodi sunt, si non deprehendissem, tam in Ibide edendo, quam in bibliotheca Regia Berolinensi rimanda caecutiissem. Sub finem §. 4. Apuleii haec leguntur: *Ovidius aut. u. a. q. l. a. o. n. a. d. h. . . delum enim. . .* Osannus tentat: *Ovidius autem*, sed reliqua quae Ividii locum indicent, adhuc se fugere fatetur. Madvigius tacet.*

Illā locos citandi ratio pridem nota est vel ex Aspri commentario ad Aen. 6, 179. apud Benedictinos de re diplomatica t. 3, p. 152. Hae vero primulae litterae sunt distichi in Ibid. 327, 28:

*Aut ut Amastriacis quondam Lenaeus ab oris  
Nudus Achillea destituaris humo.*

Ita enim nos legimus. Sed quae Apuleius addit: *Delum enim...* primum argumento esse contendo, illum legisse: *Nudus Apollinea*, deinde, ista scripta esse postquam liber typis expressus erat, qui in manus mihi nuper veniebat hoc titulo: *Jacobi Constantini Fanensis Collectaneorum hecatostys prima Hadriano Cardinali dicata. In Ibin Ovidii Sarritiones annotationum ultra centum etc. Impressa Fani ab Hieronymo Soncino pridie festi Divi Patemiani, sexto idus Julias 1508.* Eius enim libri in capite sexto haec leguntur: *Codrus Urceus herberiensis, qui latinas graecasque litteras multos annos magna cum laude Bononiae docuit, in quodam sermone, quo multa poetarum et soluta oratione scribentium loca perperam scripta aut perperam interpretata declarat, illius Ovidiani carminis memoriam faciens, quod est tertio decimo metamorphoseon [632.], postquam Anii fabulam paucis exposuit, haec verba subiunxit: „Haec Anii fabula quendam locum apud Ovidium in Ibin obscurum et a commentantibus corruptum declarat, nisi animus me fallit. Qui valet ingenio excogitet”. Quibus ego verbis aurem mihi velli existimans arrepto Nasonis opusculo singulum quemque versum perpendere coepi, ac tandem diis bene iuvantibus in hos deveni: — Quos statim primo olfactu eas esse cognovi, quos olfecerat Codrus, ac posteriorem sic legendum:*

*Nudus Apollinea destituaris humo,*

*Ut Delus intelligatur. Nam Diodorus in sexto bibliothecas hanc fabulam tradit. Staphylo ac Chrysotheidi fuisse tradit filias tres Molpadiam, Rheam, Partheniam; Rheam ab Apolline compressam gravidam esse factam, patrem iratum tanquam ab homine corruptam in arca inclusam in mare deiecisse. Quae cum Delum appulisset filium peperit nomine Anium. Hinc igitur vides iisdem verbis, sed additis commenticiis testibus lemma Apuleii quartum adornatum esse. Rem invenire etiam quis poterat in Burmannianis notis. Similis res agitur de §. 44. Ibi enim cum haec extant: — quos et plerique ex nostris sequuntur: ut ab antiquo chao veteraque divique novique i. n. t. d. c. a. tantam non recte Osanus? In his fragmentum Latinum heroicum procul dubio latet; nam elegiacum certe invenisset in Ibide vv. 83, 84:*

*Denique ab antiquo divi veteresque novique*

*In nostrum cuncti tempus adeste chaos.*

Veram scriptura: *chaos*, pro vulgato: *chori* ignota erat, antequam a Constantino Sarritionum pagina prima e „bonis exemplaribus” adduceretur, nec etiannum alia auctoritate nititur. Apuleii §. 39. lebetur his Constantini verbis Hecatost. cap. 5. et Sarrit. p. 5., ibi exponitur lb. v. 305.: *in quibus sine controversia Laodamia Pyrrhi filia est intelligenda. — Laodamiam dicit Alexandro filio Pyrrhi Epirotarum regis natam, quae ad sacrarium Dianae, ut Iustinus in 28., vel Cereris, ut Ovidius putat, a Milone Actolo fuit interfecta. Nec §. 51. alienam esse puto ab his verbis Hecatost. p. 42: sciendum est autem Phryges Iovem apud se natum et educatum cum Arcadibus et Cretensibus contendisse, ut Demetrius Scythicus scribit autore Apollonii interprete in tertium Argonautarum v. 134.]: atque id propter quicquid de natali eius ac Rhaeae puerio Arcades et Cretenses tinnitibus — referobant, Gallos in Phrygia repraesentasse. §. 21. certo scio petitam esse e cap. 7. Hecatost.: Quod autem Busiris Antaei frater fuerit, idem Apollonii commentarius probat, qui ex eiusdem Pherecydis testimonio utrumque Neptuno natum ostendit. Licet Busiris Libyam Epaphi filiam teste Eusebio, Antasus terram matrem habuerit. Ceterum Gellius — memoriae tradit — ferocissimos, immanes et alienos ab omni humanitate — Neptuni filios appellatos. — Quin — poetarum est consuetudo monstri corporis homines terra genitos dicere, ut Tityum, Antaeum: quem Stephanus Antaeonem quoque appellatum testatur. Spectant haec ad explicandum lb. v. 397, iam satis, ut opinor, mihi credis, nec opus habeo ut demonstrem, §. 12. et 9. e cap. 6., §. 18. e cap. 3. expressas esse, ipsis verbis, nisi quod pro Balerio Apuleii Balbus ubique apud Constantinum legitur, caeterum fictitii auctores nulli adhibentur. §. 8. e ap. 97. profluxit, praeterquod pro Zenobio paroemiographo Zenobiorum, pro Suida Sudam habet Apuleius; praestabat igitur Maii coniectura Ozannianae; desunt etiam testes commenticii et, quod bene notes, non commenticius Caecilius. Hactenus iste homo a Constantino mutuatus est: nisi fortasse quaedam me fugerunt. Omnium vero, quos supra tanquam incertae originis et fidei Apuleii locos indicavimus, tres restant satis copiosi §§. 16, 43. 64. Hi tamen compilati sint, non facile dixerim, eodem tamen spectare, quod quatuor illos modo tractatos, ad Ibis carmina novo modo explicanda, compertum habeo. Primus pertinet ad vv. 299 — 302., quae indicatur nomine Poligni poetae, quod miror non vidisse*



Madrigum p. 12.; nam Osannus historicum requirebat. Secundus non, ut puto, ad astruendam scripturam v. 537., quae serius inventa est, sed ad illustrandum Battiadae nomen v. 55., cum de Callimachi patre iste homo nihil inaudivisset. Tertius ad *vota Pasiphaes generi* v. 87. Atque eiusdem plane farinae etiam is locus est, quem a Caelio Rhodigino allegatum supra descripsimus. Is enim partim profluxit e libro Johannis Joviani Pontani de magnificentia, qui cum aliis eiusdem prodiit primum 1498, cap. 15: *Tomitanos Scythas Ovidio poetae vita defuncto collata e publico pecunia propter ingenii nobilitatem tymbon magnifice struxisse ante oppidi portam* etc.: partim confictus est, et quidem absurde, quia Corvinus unus tantum fuit Ovidii aetate, quantum scimus, diu ante Ovidii relegationem mortuus, de quo vid. Masson. vit. Ovid. p. 70. Ellendt. proleg. ad Cic. Brut. p. CXXX. sq. Filios habuit duos, quorum neuter Corvini nomen gessit, alterum Valerium Messalinum, de quo Velleius 2, 112., alterum Aurelium Cottam, uti Ovidius eum nominat, post fratris autem mortem et a Tacito in Annalibus quinque Cottam Messalinum appellatum.

Satis, opinor, convulsa est auctoritas L. Caecili Minutiani Apuleii Coeli Rhodigini, ut puto, filii; nam eorum, qui in eius procreationis suspicionem venire possent, Achilles Statius simplicior in hoc genere fuit, cui Antonius Thylesius etiam versibus Cassii Parmensis imposuit, Constantinus autem Fanensis notae integritatis et probitatis homo fuit.

Secundo loco Salvagnius Boessius, qui anno 1633 docte et eleganter hunc librum edidit, opinionem protulit quanquam falsam, ingeniosam tamen; G. Julium Hyginum ab Ovidio notatum esse, quia Ponticorum libri 4. epistola 3., quae ad Ibidem scripta videtur, in Hyginum non male conveniat, propter pristinae amicitiae mentionem iniectam; quia Ibidem versibus 418, 419:

*Filius et Cereris frustra tibi semper ametur,*

*Destituatque tuas usque petitus opes;*

inopia Hygini indicetur, de qua Suetonii exstet testimonium de *ill. gramm.* c. 20.; quia versibus 220:

*Qui simul impurae matris prolapsus ab alvo*

*Cinyphiam foedo corpore pressit humum,*

et 499: *Fosta tibi occurrat patrio popularis in arvo,*

*Sitque Phalaeceae causa laena necis*

proprie quidem Libya designari videatur, possit tamen figurate etiam Aegyptus, quod exemplis docet; denique fabulosam carminis indolem eo spectare, ut Hyginus, cuius mythologici libri omnino

manibus triti supersint, suis sibi armis iuguletur. Postremo huius argumento tantum tribuisse videtur, ut multa omitteret, quibus reliqua astruere [poterat]. [Succenturiemus igitur paulum docto viro et excutiamus simul quae ipse attulit, quaeque afferre potuisset. Si Ibis notitiam ex aliis Ovidii libris informandam putabat, non erat, cur Pontica adirét: meminisset ea scripta esse post undecimum vitae Ovidianae lustrum, h. e. post editum Ibin: quod si de illo quoque carmine statuas, contra Ibin scriptum esse nequit, momente vel illo disticho v. 27, 28:

*Vix equidem credo, sed et insultare iacenti*

*Te mihi, nec verbis parcere fama refert,*

quocum confer Ib. v. 96: *Qui se scit factis has meruisse preces;* de tempore aliter si statuas, idoneis argumentis indigebis. Ibis personam abunde perspicere poterat Salvagnius e Trist. lib. 1, 6, v. 13 — 16., quorum versuum primo pristinae amicitia indicatur, lib. 3, carm. 11.; lib. 4, carm. 9.; lib. 5, carm. 8. Sed aut in illis invenisse videtur, quae Hygino accomodari posse desperaret, aut in Trist. lib. 1, carm. 7; 3, 14; 4, 7; 5, 14. tot ac tanta, quae intelligeret, non posse non ad Hyginum spectare. De inopia Ibis non versus 418, 419., sed multo rectius 577, 578. adhibuisset:

*Propter opes nimias ut perdidit hospes alumnus,*

*Perdat ob exiguas te tuus hospes opes.*

Et versus 281, 282:

*Nec tibi subsidio sit praesens numen, ut illi*

*Cui nihil Hercaei profuit ara Iovis*

explicasset de Hygino Palatinae bibliothecae in ipso Palatio praefecto. Istaec largiri Salvagnio poteramus. Tertium eius argumentum primum synecdoches figura nititur praesertim in *Cinyphia humo* durissima, cuiusque exemplum neque Salvagnius indicavit, neque apud Servium ad Aen. 1, 235; 272; 292; 380; 381; 8, 165. Ge 2, 116. vel alibi invenio. Deinde, Hyginum Aegypto oriundum fuisse narratur sane apud Suetonium his verbis: *C. Julius Hyginus Augusti libertus, natione Hispanus, (etsi nonnulli Alexandrinum putant, et a Caesare puerum Romam advectum Alexandria capta,) studiose et audiit, et imitatus est Cornelium Alexandrum, grammaticum Graecum.* Verum cum falsam eam famam fuisse et ortam ex *Alexandrei* appellatione, quemadmodum *Aristarcheos*, *Callimacheos*, *Crateteos*, legimus commemoratos, Suetonius indicet, quem equidem in talibus minime levem novi: quomodo quae Suetonius non ignorabat, Ovidium latere poterant, quocum ille familiarissimus vixit, teste eodem Suetonio? aut quo consilio famam non

veram noster poeta hoc in libro secutus fuisset? numquid contumeliosum erat Alexandriae natum esse? — Ultimum Salvagnii argumentum considerandum venit. Qui obiter Hyginum et Ibidem noverit, valde illud probabit. Si propius introspicias et similitudinem, et dissimilitudinem inter utrumque librum dependas minime idoneam. In Ibide et apud Hyginum in certos locos descripta habes infelicitum casuum genera, vid. Hygin. fab. 238 — 248. 253. 255. Ib. v. 258 — 70. 347 — 62. 413 — 24. 428 — 32. 468 — 74. 491 — 98. 501 — 6. 535 — 40. 587 — 92. Verum haudquam ex Hygino satis illustrari potest Ovidius. Utramque rem si excerptorum Hygini industriae acceptam referas, erit hoc divinare, non probare. Sin, quod res est, cum Staverenio in praefatione, Ouwensio Noct. Hag. p. 79. et Valckenario de Callim. eleg. p. 38. tibi persuaseris vix unum verbum veteris illius Hygini restare, omnia a barbatulo aliquo illud nomen sibi arrogante (vid. Mañ praef. ad mythographos Vaticanos) esse conflata, quid tandem fiet de Salvagnii coniectura? praeter nudum nomen et paupertatis indicium nihil inde ferimus, vel, quoniam de persona non leviter dubitandum diximus, quod docemur hoc est: pauperem aliquem grammaticum veterem impugnatum fuisse a Nasone; cuius generis et ante Ovidii tempora Orbilius, Valerius Cato, alii, et post illos plurimi fuerunt, cfr. Fast. 3, 829.

Hactenus de Salvagnii sententia: nostram in medium profertamus. Tristium libri 5. carmen 8. aut eodem ipso tempore, quo Ibis, aut paulo ante scriptum puto. Nam eius libri carmen 10. scriptum est anno U. c. 763, cuius anni hieme tertium, quod primis versibus dicitur, spectante Ovidio Ister congelatus est. Ante mensem Martium anni 766, quo undecimum vitae lustrum egressus est poeta, Ibidem scripsisse convenit. At eiusdem anni verè scriptum est carmen Trist. 4, 7. testante exordio: non multo autem ut opinor serius eiusdem libri carmen 9., cuius finis diserte demonstrat, Ibidem inchoatum nondum fuisse, v. 27:

*Iam feror in pugnās et nondum cornua sumpsi;*

Expectabat Ovidius nuntium Roma, numquid ab iniuriis, quas adversarium parare inaudiverat, desisteret. Prorsus ita statuo, non sine gravi offensione Ibidem scribere potuisse nostrum, postquam illo carmine 4, 9. spem veniae dederat. Verum iam Tr. 3, 11., quod carmen anno, summumve biennio, postquam Tomos venit, scripsit, et de nova Ibis iniuria suspicatur, et veterem commemorat his verbis v. 5. sqq.:

*Quis gradus ulterior, quò se tua porrigat ira*

*Restat, quidve meis cernis abesse malis?*

*Barbara me tellus etc.*

Clarissime haec indicant ante exilium suum iam inimicum Ibidem expertum esse nostrum; quin versu eius carminis secundo:

*Meque reum dempto sine cruentus agas,*

demonstratur Ibidem in causa fuisse, ut relegaretur. Bis igitur ab eodem homine iniuria petitus est, et eadem in causa, cfr. Ib.

v. 13, 14: *Vulneraque immitis requiem quaerentia vexat,*

*Iactat et in toto crimina nostra foro.*

Quale id sit, nemo animo informaverit, quin famosissimam de exilii Ovidiani causa quaestionem redintegraverit. Attigit illam nuper elegans vitae Ovidianae enarrator Ernestus ab Leutsch, qui veteres hallucinationes strictim recensuit, divinationem suam addidit. Verum enimvero, quod pace doctissimi viri dixerim, non satis assequor eius mentem, et quae mea est simplicitas, sententiae ante octoginta prope annos propositae inhaereo, quam ignorasse ipse videtur. Certe Hildebrandi Withofii nomen non video ab eo relatum. Is igitur professor olim Duisburgensis in diariis eius urbis (*Duisburgische Intelligenzzettel* 1751, plagulis 4 — 8., 19. et 20.) vernaculo sermone lepidum hercle in modum eorum, quae mox dicentur, summam occupavit, omissa tamen temporum subductione, qua opus utique erat. Relegatus est Publius duas propter causas, *carmen* et *errorem*, Tr. 2, 208. *Carmen* erant libri artis amatoriae, editi anno 792, sed qui, ut puto, quam perniciosi fuerint, demum apparuit decimo anno post, cum ordo equester nullis praemiis permoveri potuisset, quominus ex illorum potissimum librorum praeceptis viveret, graviter iugemiscente illo, penes quem *regimen* morum erat, cfr. Dio Cass. lib. 56. init. Hoc ita fuisse nemo mirabitur, qui meminerit, quot homines nostras ille poeta occiderit, qui non minus statim edito libro resipuit, atque Ovidius. *Error* vero ille, de quo nunquam aperte loquitur noster, aliorum errores proseminavit. Ad ipsum Augustum illum quodammodo pertinuisse evincitur loco Tr. 2, 134. multisque aliis: illo autem redargui mihi videtur vir doctissimus Gottingensis, qui negat sine iudicio animadversum esse in Ovidium. Withofius igitur longe disertissimum de ea re indicium in versibus quibusdam Ponticorum invenit ab Owenio, qui reliquos locos Noct. Hag. 2, 6. enarrat, praetermissos. Sunt autem hi Pont. 4, 6, 9:

*Certus eras pro me, Fabiae lux maxima gentis,*

*Numen ad Augustum supplice voce loqui.*

*Occidis ante preces: causamque ego, Maxima, mortis,  
Nec fueram tanti, me reor esse tuae.*

Causa mortis in Fabio Maximo et nobis tradita est a Tacito Ann. 1, 5., Plutarcho *περὶ ἀδολεσχίας* p. 508., et Ovidio ignota esse minime potuit, cuius uxor de Fabiana domo fuit, vid. Pont. 1, 2, 138. Iam vero, quantum humana ratio valet, intelligi nequit, quomodo Fabius Maximus, qui Agrippae Postumo bene cupiebat, illumque in gratiam Augusti reducturus erat, sed incautius agendo perit, Ovidii causa perierit, nisi illi quoque eadem opera consultum voluisset; vel quomodo preces, quas facturus Maximus fuisse dicitur, a reconciliatione Postumi suspensae fuerint, nisi utriusque, Postumi et Nasonis, et relegatio, et offensa qualiscunque aliquo modo coniuncta fuisset. Haec meo iudicio ita disseruit Withofius, ut luculentius fieri non potuisset. Illud omisit, a garrulitate excusari Fabium, si cum uxore de affinis sui, quem illa parvi fecisse non debuit, vid. Pont. 1, 2, 140. 3, 1, 78. Fast. 6, 802. sq., restitutione consilium communicavit. Quantum enim illius imaginem ex Ovidio informare datur, inconsiderate quidquam agere non est solitus. Vide inprimis cunctationis urbanam exprobrationem Pont. 1, 9, 56.

Restat adhuc, ut tempora supputentur, quod non ideo Withofius nobis reliqui fecit, quia per se certissima omnia. Quin annum, quo Postumus gratia exciderit, nemo historicus clare indicavit. Eliciendus est ex omnium inter se compositis testimoniis. Suetonius, fide, ut opinor, non indignus, Agrippae agnoscit primum abdicationem et exilium Surrentinum, deinde vero Planasianum Scto confirmatum, et utrumque aliquo temporis intervallo videtur distinguere. Neque aliter Dio Cassius lib. 55, 32: *Τὸν δὲ δὴ Γερμανικόν, ἀλλ' οὐ τὸν Ἀγρίππαν, ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐξέπεμψεν, ὅτι δουλοπρεπῆς τε ἐκεῖνος ἦν, καὶ ταπλεῖσα ἠλειεύετο, ὄφρα καὶ Ποσειδῶνα ἑαυτὸν ἐπωνόμαζεν, τῇ τε ὀργῇ προπετεῖ ἰχθύτο, καὶ τὴν Ἰουλίαν ὡς μητροιὰν διέβαλλεν, αὐτῷ δὲ τῷ Ἀγούσῳ πολλύκις ὑπὲρ τῶν πατρῶων ἐπεκάλει· καὶ (οὐ γὰρ ἔσωφρονίζετο) ἀπεκηρύχθη καὶ ἡ τε οὐσία αὐτοῦ τῷ ζοατιωτικῷ ταμείῳ ἐδόθη, καὶ αὐτὸς ἐς Πλανασίαν ἐνεβλήθη.* His quamvis eodem anno U. c. 760 utrumque illud factum narret, tamen aut abdicationem anno 759 factam repetuisse, quod Dodwello Annal. Vellei. §. 4. placet, aut exilium Planasianum anno 761 decretum occupasse videtur. Pendet ea res ab anno, quem expeditioni Pannonicae attribuas, cui destinatum Agrippam fuisse Dio tradit, de quo fidem ideo meretur, quia graviori aliqua causa utique

actum necesse est, ut Germanicus in quaestura (Dio 55, 31.) ab Urbe dimitteretur. Illud pro certo posuerim, Planasiam Agrippam relegatum anno 759 non esse. Quod enim bona eius publicata et in aerarium militare redacta Dio tradit, ad secundam illam relegationem ipse referre videtur, et Suetonius quod de Scto tradidit, ad hanc rem inprimis spectare dixerim; nec potuisset de retento patrimonio queri Agrippa, nisi antea abdicatus fuisset, et patria Augusti potestate emigrasset. Istud vero ipsum aerarium anno 759 primum fundavit Augustus, neque Dio l. 55, 25. sq. tacere potuisset, si summis eius anni augustiis ita subventum fuisset. Si vero falso statuo ad publicanda bona Scto opus fuisse, questusque est Agrippa non tam de retento patrimonio praeter morem, sed de eo, quod quamvis deposita anno 758 praetexta sui iuris non esset, utpote adoptatus anno 757, ita, ut bona eius publicata putemus cum Surrentum seponeretur; cui opinioni favet Suetonius, qui illuc relegatum dicit *ob ingenium sordidum* c. 65., h. e. qui bonis paternis noluerit carere, non intelligente Graevio: tum ne illud quidem ipsum ante annum ad minimum 760 factum oportet propter causam indicatam. Verum videamus de loco Velleii 2, 112., ubi inter initia belli Pannonici ita refertur: *Hoc fere tempore Agrippa, qui eodem die, quo Tiberius, adoptatus ab avo suo naturali erat, et iam ante biennium, qualis esset, apparere coepit, mira praeviditate animi et ingenii in praecipitia conversus patriae atque eiusdem avi sui animum alienavit sibi.* Hic dubium est primum, ad quem annum ista pertineant, si accurato temporis ordine relata sint; nondum enim constat inter interpretes Velleii, coepitne bellum Pannonicum 759, an 760; deinde, num isto ordini se religiose astrinxerit scriptor: vidimus enim duplicem Agrippae offensionem narrandam ei fuisse, quod si isto in loco fecit, oratione coniunxit quae tempore distarent, et quidem biennii spatium, nisi fallor, distarent. Loquitur igitur in antecessum de exilio posteriori Agrippae, ne continua virtutum Tiberii narratio, quae sequitur, interpellanda sit, atque obiter meminit relegationis Surrentinae, quae biennio ante, h. e. in belli Pannonici apparatu, h. e. 759 accidit. Ita egregie Suetonium et Dionem compensaret Velleius, vel sic tamen praeter biennii mentionem ipso accuratiores; atque lucrarem plenissimam rerum et temporum descriptionem, certa denique fide doceremur Ovidium eodem anno 761 Tomos relegatum fuisse, quo Agrippam Planasiam. Verum enim vero admonemur in Velleio verba pluris esse, quam res gestas: si ista, *patriae atque eiusdem avi sui animum alienavit sibi* de relegatione secunda

accipienda sint, inconsiderate homo aulicus locutus est. Nam post abdicationem biennio priorem pater Agrippae non erat Augustus, sed tantum avus, neque erat, cur diceretur, quod non esset, nisi frigidissimo acumine. Nostra igitur caedamus, oportet, vineta, et nihil quaeramus in Velleio, nisi quod verborum proprietas rigide perpensa patiatur. Suppressit igitur severioris in Agrippam animadversionis memoriam ita fere, uti Germanici res gestas suppressit, aegro ferente Dodwello, nec nisi de abdicatione ac priore exito loquitur. Hoc si ita est, desperandum est de posterioris Planasiani exilii anno stricte definiendo, quamvis veri speciem conjecturis nostris non defuturam speremus. Primum enim secundum Velleium Agrippa abdicatus esse non potest anno 759. Adoptatio enim eius cum Tiberio pertinet ad annum 757, vid. Dionem Cass. 55, 13. et interpp. Param igitur apte Velleius eius rei meminisset, et statim ante biennium evenisse diceret, quod eodem anno, vel brevi post factum dici oportebat. Sed ne probabile quidem est ipso adoptionis tempore offendisse iuvenem Augustum; anno 728, cum virilem togam sumeret, non gratiosissimum fuisse Dio Cassius l. 55, 22. tradit, quem certos auctores, et eosdem fortasse, quos Velleium, secutum, sed copiosius exscripsisse apparet. Omnino igitur abdicationem anno 760 assignavit Velleius: cui rei optime convenit ordo rerum ab eo narratarum, intelligente iam Ouwensio Noct. Hag. 213., nec discrepant, uti supra diximus, Suetonius et Dio. Planasiam Agrippam aliquanto serius transportatum Suetonius dicit: scilicet expectaverat Augustus, numquid resipisceret. Factum id esse anno 761 paene necesse est. Suetonius Tib. c. 15. honores in Tiberium collatos dicit partim post eius adoptionem, partim post Agrippae abdicationem: posteriores c. 17. recensere videtur, decretos non multo post devictam Pannoniam anno 761, et vero post abdicatum Agrippam: ex Augusti dicto enim apparet certum fuisse, cui spes successionis incumberet. Severius in Agrippam animadversum est instigante Livia, teste Tacito Ann. 1, 5. Iam vero probabile nequaquam est Augustum alterum suum filium crudeliter repudiasse eo tempore, quo de alterius voluntate et ingenio male speraret. Tiberium enim statim initio belli Pannonici suspectum habuit, eique Germanicum submisit, Dio 55, 31., nec semel illum revocavit, Suet. Tib. 16. Quin si quod Dio 55, 34. narrat quasi fine anni 761 factum, Augustum Arimino tenuis processisse, quo citius rerum in Pannonia gestarum certior fieret, non post victoriam illic reportatam, sed ante illam accidit, ne potuit quidem Livia in Agrippae perniciem Augustum, uti oportuit;

bram et praesentem permulcere. Post victoriam Pannonicam vero Tiberio reconciliatus Augustus litteras illas fortasse dedit, quas servavit Sueton. Tib. 21., atque hoc temporis momentum captasse Liviam oportet. Denique quod Dio narrat 55, 34: *Τότε δὲ δὴ Αἰγυψος τῇ μὲν γερούσια καὶ ἄνευ ἑαυτοῦ τὰ πολλὰ δικάζειν ἐπέτρεπεν, ἐς δὲ τὸν δῆμον οὐκέτι παρήει* etc., vide, quam similia sint illis a Suetonio relatis Aug. c. 65: *de filia absens ac libello per quaestorem recitato notum senatui fecit, abstinuitque congressu hominum diu prae pudore; ut in promptu sit conicere curia Augustum coepisse tunc abstinere, cum Agrippa Scto condemnandus esset. Quod si narrante Dione ante comitia anni 761 accidit, quae medio anno haberi solebant, Dodwell Annal. Vellei. §. 17., sequitur ante id tempus de Agrippa actum fuisse. Haec efficiunt, ut Agrippam Planasiam sepositum putem paulo post aetatem anni U. c. 761, h. e. paulo antequam Ovidius Tomos relegaretur, quod factum est vergente eo anno, demonstrantibus iis omnibus, quibus Massonus vit. Ov. p. 80. seqq. anno sequenti id factum vindicare annitur, quem rectissime refellit Leutschius vit. Ov. p. 50. Igitur quod uterque, et Agrippa, et Ovidius eodem fere tempore eadem poena affecti videntur, quod uterque, quae de altero Taciti verba sunt, nullius flagitii compertus fuit, quod alterius restitutio ab alterius reconciliatione pependit, quod eodem modo utrumque spes frustrata est, coniecturae locum facit, aliquid necessitudinis inter utrumque intercessisse eiusmodi, ut delatores, quibus in Agrippa perdendo usi fuerint Tiberius et Livia oportet, etiam Ovidium arrodere potuerint. Delatores enim in hac re operam navasse non dubito. Id genus hominum cum iam olim in Galli accusatione anno U. c. 728 sategerit, de qua vide copiose disserentem Fontaninum hist. lit. Aquil. p. 18. sq., ad annum 761 usque ingentem in numerum prosemminatum fuisse oportet, faventē illis iam tum Tiberio, uti ex historia illa Plutarchi de discr. adul. et am. t. 6, p. 221. et e legibus maiestatis anno proximo secutiū liquido apparet. Ovidium vero qui detulit propter Agrippae crimen, is fortasse ab initio nihil, nisi Tiberio et Liviae gratificatus est, nisi putes illam iam tum Ovidii bonorum, vel uxoris appetentem fuisse. Illorum autem, qui Agrippam e medio sublata capiebant, si criminis speciem proferre poterant, intērerat ita illud augere, ut non illi soli perniciosum esset: quis enim scire possit, quot praeter Agrippam, Augusti cognatum, et Ovidium, clarissimam poetam, ignobiliores sine iudicio condemnati fuerint; sin quod Agrippae obiciebatur, leve erat et fortasse hugatorium, Ovidium,*



qui illud nosset, longissime aut eodem, aut alio praetextu reman-  
vendus, et minis perterrendus fuit, ne arcana domus Augusti  
proderet. Eiusmodi vero minas Augusti edicto ascriptas fuisse,  
quo Ovidius relegabatur, nec apud imbecilli animi nostrum poetam  
eventu caruisse, vidit et demonstravit Ouwensius N. Hag. p. 206.  
sq., modo si illas minas Tr. 2, 135. et *aspera verba* Pont. 2, 7,  
56. a Livia et Tiberio dictata; fuisse intellexisset, et Ovidium nihil  
fortasse dissimulasse, nisi turpem Augusti aut crudelitatem, aut  
credulitatem. Quidquid sit, primum illum Ovidii delatorem diver-  
sum non fuisse ab Ibide, qui postea denuo ipsum aggressus est,  
loci, quos supra p. 391. exscripsimus, demonstrant, admodum caute  
vero et occulte illum ab initio rem suam egisse colligitur e loco  
Tr. 1, 6, 13. sq.:

*Sic mea nescio quis rebus male fidus acerbis*

*In bona venturus, si paterere, fuit;*

qui versus si in Ibidem scrip'ti sunt, ut puto, argumento sunt Ovi-  
dium ignorasse adhuc se ab eodem aut delatore, aut instigatore in  
perniciem adductum fuisse. Quomodo iste homo bona Ovidii in-  
rolare tunc tentaverit, fateor, me latet; postquam vero eam ope-  
ram lusit, nec, uti carmen Tr. 3, 11.<sup>o</sup> docet, partes a se in rele-  
gando poeta actas prorsus occultare potuit, rationem, nisi fallor,  
eam iniiit, ut accusationem legitimam lege maiestatis assiduo mina-  
retur. Hoc probant Tr. 3, 11, 2. 20.:

*Meque reum dempto sine cruentus agas;*

*Solvat et in mores ora diserta meos;*

6, 8, 3.: *Quae tibi res animos in me facit improbe?*

Ib. 14.: *Iactat et in toto nomina nostra foro;*

234.: *Latrat et in toto verba canina foro.*

Fecisse id autem potest aut iracundia tantum et ulciscendae repu-  
sae primae causa, quam passus fuit, aut lucri cupiditate, sive per-  
petuis minis suis ab Ovidii uxore et amicis silentii mercedem ex-  
torquere studuit, sive, quod hodie ignoramus, leges Iuliae mai-  
estatis paulo post Ovidii relegationem introductae praeter illa de ac-  
cusando novata, quae legimus Digg. 48, 4, 7., etiam accusatori  
praemium et partem bonorum damnati addixerint; probare hoc vi-  
detur versus Tristium 4, 4, 46:

*Nec mihi detractas possidet alter opes;*

Tacit. Ann. 1, 74. 2, 32. Utut est, illas leges, quas Tiberii in-  
primis instinctu latas paene certum est, animum addidisse Ibidi pu-  
taverim aliquid in Ovidium minandi, parandi, et, si opus esset, as-  
dendi. Nimirum lex Iulia posterior, quae perduellionem a mai-

tatis crimine distinxit, illam saltem aquae et ignis interdictione indicavit. Ovidius, qui sine iudicio relegatus fuit, dubium non est, quin perduellionis reus fieri denuo et lege Iulia bonis privari voluisset. Ipse Trist. 5, 10, 51.:

*Quid loquor ah demens? ipsam quoque perdere vitam  
Caesaris offenso numine dignus eram.*

Fides non eum ignorasse, quid patri illi patriae, vel eius vicario Tiberio, vel denique iis, quibus hic faveret, lege Cornelia in se remisisset. Ibin vero inprimis Tiberii favore confisum fuisse, et fortasse publici accusatoris, vel delatoris officio in istius gratiam fungi consuevisse, quandoquidem causidicum hominemque forensem eum fuisse loci paulo ante adhibiti demonstrant, est unde colligam. In Ibide v. 51. quae legis: *in hoc neque dicam facta libello,* et v. 206: *Quaeque dies Ibin, publica damna, tulit,* aliter intelligi nequeunt. Sed praecipue in carmine Trist. 3, 11 postquam dixit v. 39:

*Saeuior es tristi Busiride, saeuior illo,  
Qui falsum lento terruit igne bovem,*

integram istam historiam quatuordecim versibus persequitur, tam quasi ab otiosa digressionem sese revocat ita:

*Quid mihi cum Siculis inter Scythasque Getasque?  
Ad te, quisquis is es, nostra querela redit.*

Inepta esset digressio, frigida illa revocatio, et a suo ipse more descivisset Ovidius, nisi certum ad finem ista omnia spectarent. Nam alias ubi fabulas tales enarrat, 3, 9; 4, 4., non sine causa id fit, vide quae ad 4, 4, 50. notamus. Probabile igitur dixerim Ibidi Perilli exemplum ob oculos posuisse poetam, Tiberium intellexisse in Phalaride, nec pannum assuisse carmini, sed hoc voluisse videri. Ac si locos omnes evolvas, quibus Tiberii mentionem fecit Ovidius, inuenies aut frigide, et quia necesse esset, illum laudatum, aut etiam addi, quae cum videantur honorifice dicta, libertatem spirent, qualis vel formidolosis, sed ingeniosis hominibus nonnunquam obrepere solet. Quod olim in Metamorphosis de Augusto posuerat 15, 836:

*prolem sancta de coniuge natam  
Ferre simul nomenque suum, curasque iubebit,  
Nec nisi cum senior Pylios aequaverit annos,  
Aethérias sedes cognataque sidera tanget,*

si modo recte intelligatur, quod antehac non factum est, specie pietatis in Augustum metum imperii Tiberiani exprimit. Idem repetitur Tr. 2, 166.; cum vero Pont. 2, 8 quasi ex mente Tiberii loquitur hunc in modum:

*Et tua, si fas est, a Caesare proxima Caesar,  
 Numina sint precibus non inimica meis. —  
 Sic pater in Pylios, Cumaeos mater in annos  
 Vivant, et possis filius esse diu;*

quid, quaeso, aliud est quam ludibrium? Cum triumphum Tiberii singulari carmine, quod intercidit, celebraret, credibile non est ferentius extulisse Tiberium, atque in iis carminibus, quibus eius meminit, quorum altero Pont. 2, 1. multo impensius Germanicum veneratur, et quod dicit v. 45 — 48.:

*Maxima pars horum vitam veniamque tulerunt,  
 In quibus et belli summa caputque Bato.*

*Cur ego posse negem minui mihi numinis iram,  
 Cum videam mites hostibus esse deos,*

interpretationem de infenso sibi maxime Tiberii animo admittit, alterius vero Pont. 2, 2, verss. 81. 82.:

*Ipsa super currum placido spectabilis ore  
 Tempora Phoebae virgine nexa tulit,*

vultus illius adducti (Suet. Tib. c. 68.) admonent. Post Augusti mortem in Fastorum, quos Germanico inscripsit, libro primo aliquoties Tiberii, sed non insigniter meminit: quam parum autem de illo speraverit, abunde indicavit carmine Pont. 4, 5., in primis hoc disticho:

*Quae prosit pietas utinam mihi! sitque malorum  
 Iam modus et sacrae mitior ira domus!*

Satisne discrete poenam suam ex ira Liviae et Tiberii derivat? Tiberii igitur assecla Ibis fuit, Tiberium etiam ille metuebat, cui ex amico inimico facto carmen Pont. 4, 3. inscribitur.

Sed si Ibis homo forensis, fortassis rhetor, fuit, grammaticum certe non fuit: utrorumque enim tum temporis quam maxime discretæ erant professiones. Quae cum ita sint, non habemus, quod de argutia nimia et anxia eruditionis affectatione in carmine Ovidiano dicamus. Non fortuitam eam carminis indolem, sed data opera ad adversarium simul imitandum et ludificandum elaboratam, bene Salvagnius perspexerat atque ipse poeta indicat his verbis v. 57. sq.:

*Utque ille historiis involvam carmina caecis,  
 Non soleam quamvis hoc genus ipse sequi.*

*Illius ambages imitatus in Ibis dicar*

*Oblitus moris iudicique mei.*

Hæc in grammaticum bene conveniebant, in rhetorem multo minus. Verum cum supra demonstraverimus ea ætate, qua Ovidius

fixit, oratoribus nonnihil rei cum poetis fuisse, quid impedit, quominus poetam a nostro deoveri credamus? Poetam certe a poetae crimine impugnari per se absurdi nihil habet. Et quoniam Suetonii testimonio comprobavimus quosdam poetas sub extremo Augusti principatu Tiberii auctoritate ad obscuritatem et tumorem pernam carminum perductos videri, Ibin vero Tiberio additiorum vidimus, suspicio in promptu est vilem istum causidicum non tantum crimina, sed etiam carmina in Tiberii gratiam finxisse. Quam false et ingeniose ab Ovidio in suo carmine perstrictus fuerit, admodum benigne nobiscum actum sit, si ipsi aut iudicare, aut conjectura assequi possimus. Nondum tamen desperandum est. Illud primum nego, ipsum Ovidium nomen et personam adversarii aut aequales suos, aut nos, posteritatem, cuius nunquam immemor fuit, celata voluisse. Dicit enim in Ibide:

*nam nomen adhuc utcuque latetis,*

h. e. non nimis absconditum indagari poterit, et Trist. 4, 9, 25.:

*Neu tua te sentem tantummodo secula norint,*

*Perpetuae crimen posteritatis eris.*

Neque solum istum circumforaneum, publica damna, h. e. delatorem et poetam tumidum obscurumque notavit, sed etiam fortassis sectam philosophicam, quam prae se tulit, Trist. 3, 11, 20:

*Solvat et in mores ora diserta meos,*

et illis distichis Ibdidis v. 228 — 231.:

*Gutturaque imbuerunt infantia lacte canino;*

*Hic primus pueri venit in ora cibus.*

*Perhibet inde suae rabiem nutricia alvum,*

*Latrat et in toto verba canina foro.*

quae quidem veteres interpretes convenire cum Stoica disciplina notant. Vid. Favorinum apud Gell. Noct. Att. 12, 1. Quintil. Institut. 1, 1, 4. secundum Chrysippum. Sed etiamsi huic rei nihil tribuas, sunt alia multo apertiora. Locis illis, quibus Salvagnus usus iam est, v. 219. sq.:

*Qui simul impurus matris prolapsus ab alve*

*Cynphiam foedo corpore pressit humum,*

et v. 499.:

*Foeta tibi occurrat patrio popularis in arvo,*

*Sitque Phalaeceae causa leaena necis,*

e Libya oriundum Ibin indicari patet; *Libycae leaenas* occurrunt

Fast. 5, 371. Huc fortasse pertinet v. 196.:

*Aus summam Libyca de mare demat aquam,*

quod nescio num alibi occurrat generaliter dictum. Nisi admodum fallor, peregrinitatem Ibdidis inest loco Tristiam 3, 569.:

*Non igitur nostris illum gaudere Quiritem.*

*Auguror, at multos indoluisse malis.*

*Quiris* dicitur, qui Romanae stirpis, quantumvis ex plebe est, *Nobuhr.* H. R. t. 1. p. 326., notante hoc recte Hofmanno Peerkamp ad Horat. od. 2, 7, 3.; qui tamen non animadvertit apud Horatium rectissime habere *Quiritem*, quod significat vere Romanum, ac vetusti commatis ingenium, veteris libertatis propugnatorem strenuum, cui seipsum, Mercurialem hominem, ita opponit, uti in *Tristium* versu *Quiritium* appellatione excluditur *Afer*, et quidem *Poenus*. Hunc enim *Ibin* fuisse contendo propter versus 283, 284:

*Vel quae qui redimi Romano turpe putavit,*

*A duce Puniceo pertulit, ipse feras.*

Hoc enim pronomen languebit, nisi explicetur: ipse *Poenus*, *ivicem*, ut v. 369.: — *perfusam miserorum saepe procorum*

*Ipse suo melius sanguine tinxit humum,*

*Fast.* 3, 502; 6, 154. *Tr.* 2, 469; 5, 1, 71. Optat igitur *Ibidi* quod *Punici* obsides a *Reguli* familia passi sunt, vid. *Gell.* 6, 4. Atque huc pertinet *perfidii* appellatio, *Poenis* propria, v. 126. 168. Nos igitur hodie si in urbe quamvis magna homo notaretur, qui delator publicus, tum poeta simul turgidus et cuicumque sectae deditus, denique peregrinus esset, illum, opinor, nossemus; Romae *Ibis* notus et digitis notatus non fuerit? Tamen pertinaciter siletur apud veteres de hoc *Ovidii* carmine eiusque argumento. Quod ego primum factum puto communi quodam, nec immerito scriptorum, qui *Tiberii* aetate vixerunt, fato; nam cum aut iam tum abolitum sit, quidquid libentius scriptum esset, aut postea interciderit, *libri Velleii* et *Mamilii* opus ita servata sunt, ut laudante nullo alio scriptore de eius aetate disputatum sit. Deinde vere de carmine *Ovidiano* nostro mirum esse non debet, si nemo quicquam memoriae mandavit, eaque re confirmari videntur quae supra disseruimus. Nimiram quemadmodum ille *Proculeius Largo* Galli delatore conspecto os et aures naresque sibi compressit, *Dio.* l. 53, p. 513, ita quicumque *Ibini* vel *Tiberium* metueret de *Ibide* loqui devitavit. Inde fortasse factum, ut uno seculo post *Romani* litteratores non aliter atque nos, hoc est, divinando et coniectando in ea re versarentur.

Credo igitur *Ibin* vero nomine appellatum fuisse *M. Manilium Poenum*, hoc argumento, quod quae supra de eius vita et moribus proposuimus primum confirmantur iis, quae de *Manilio* docte et subtiliter disputavit *Jacobus*, vir doctissimus, deinde ita confirmata versus quae in *Manilio* dubia adhuc videri possunt, quodammodo

stabiliant. Velati ipsum nomen illius unus scriptus liber non vetustus servavit et patriae eius significationem acutissime Jacobus e genere dicendi probavit; quod iudicium iam olim Gyraldum tulisse video. Apud ipsum Manilium cum quae, huius rei fidem faciunt, 1, 308: *Poenis haec certior auctor,*  
 4, 600: *magnae quondam Carthagini arces,*  
 4, 778: *victas sidus Carthagini arces,*  
 paene infirmentur illo 4, 41:

*Hannibalem nostris cecidisse catenis,*

non aspernandum est, ut opinor, Ovidii testimonium in locis supra exscriptis luculentissimum de patria illius. Quod quidem natus in Africa ab Ovidio dicitur, potest verum esse, potest etiam invidiose fictum existimari eo magis, quo magis fortasse, ut illo in loco, Manilius originem suam celatam voluit. Sed fortasse ne celare quidem aut voluit, aut potuit; nimirum si, quod puto, *Poeni* illa appellatio in codice Vossiano non pro adiectivo, sed pro cognomine accipienda est. Similia enim nomina aequalium illius Seneca rhetor refert: *Cornelii Hispani, Vallii Syriaci, Grandaei Asiani*: unum adeo simpliciter *Punicum* dicit contr. 1, 113. Talia cognomina quomodo assumpta sint, in alio genere Weichertus de Domitio Marso §. 1. apposite docuit. Igitur ita statuo, si avus Manilii poetae a. 605 a M. Manilio consule, qui Carthaginem oppugnavit, Liv. epit. l. 49., aut inter CCC illos obsides, aut in deditionem atque simul in gentem et familiam receptus fortasse fuit, anachronismum triginta quatuor annorum de capto Hannibale posse excusari. Atque hactenus de nomine et patria. Stoicum Manilium fuisse Jacobus et Scaliger viderunt, estque id multo, ut fatear, facilius cognitu in Manilii carmine, quam ex Ovidii quos supra posuimus locis. Verum forensis hominis et rhetoris personam videor mihi deprehendere in ipso colore totius carminis, quod iudicium cuius probandum improbandumve relinquo: grammaticus certe non fuit, vid. 2, 755 — 64., ubi aliena ab arte exemplum arcessitur: neque esse potuit, si quid indicii de forensi eius occupatione petere licet e versibus 3, 117 — 125., quibus iudiciorum rationem luculente et copiose persequitur, reliqua vero undecim athla breviter atque exiliter. Proiectam Manilii in Tiberium adulationem vel solus ille locus 4, 764. sq., in quo cum Velleio 2, 99. ei convenit, commonstrat. Maxime vero ea conspicitur his in rebus, quibus Tiberii iudicium sequitur, verborum vetustate atque foetoribus Lucretio, Egnatio sublectorum, obscuritate cum per totum opus diffusa,

tum in ornatu adhibendo, fabulis, vel historicis non commemorandis, sed leviter indicandis. Quod genus in primis expetiisse Tiberium et Suetonio docuimus. Locos Manilii illustrissimos in ea re indicasse satis erit: Libro primo v. 755 — 900. plures res gestae tanguntur, quam sunt versus. Libro secundo v. 1 6., 12. — 17., 25 — 36., 584. sqq. interdum prae obscuritate nescias, an fabulae notentur. Libro tertio 1 — 25., quarto 30 — 68., quinto 485 — 94. eodem modo fabulas, vel historias praelibantem et persalutantem habes; quasi canes e Nilo bibunt. Qua in re lepide irrisisse eum Ovidium vasta illa ac concisa fabularum congerie in suo opusculo vides. Quamvis incertum sit, habuerintne ipsius Manilii operis notitiam Naso, sive ipse legerit, sive ab aliis de eo innotuerit, nimirum si, quod statuit Jacobus, edita a Manilio Astronomica nunquam fuerint, sed tantum recitationibus aequali Velleio innotuerint; an fortasse alia eiusdem opera non dissimilis formae spectaverit. Nihil enim summae huius disputationis decedet, si hoc dubium fuerit. Ostendendum tamen est nihil obstare, quo minus aequales habeantur Naso et Manilius ita, uti Josephus Scaliger fecit iudicavit prolegg. p. 2., hunc illo fuisse natu minorem propter versusum Astron. 1, 115:

*Anmosa et molli contingat vita senecta,*

quia senex non sit, qui fieri velit. Cfr. Virg. ecl. 4, 53. Sed Scaliger eam rem non ulterius persequitur. Bentleyus totum Astronomicon opus Augusti aevo ascripsit, argumento, uti Jacobus docuit, parum valido. Ego Scaligeri sententiam ita interpretabor, ut primum non adversari illi doceam quae Jacobus docte eruit, deinde afferam quae ultro ei faveant, postremo convenire demonstram quae Scaligero ipsi aliisque scrupulum iniiciebant. Primum igitur quod Jacobus p. 10. existimat elephantos funambulos, qui a, 705. commemorantur, argumento esse vixisse Manilium magis sub Tiberio quam Augusto, quia illud animalium artificium in Galbae praeturae Romae primum exhibitum fuerit: hoc minus valet, si patet verae quae supra dicebamus, Manilium natum videri in Africa nec nisi adultum Romam venisse: in patria igitur elephantorum artes videre potuit.

Deinde de singulorum Manilii librorum aetate dispiciamus: nam eodem tempore scriptos, vel promiscue, nemo credet, qui rei librariae veterum aliquanto peritior est ignorantibus, qui multi vivunt. Primo libro v. 896. Varianae cladis mentio inest. Scriptus igitur

cum esse debeat post 762, non puto quinquennio et anno Augusti emortuali recentiore, his argumentis. Inde a v. 7. legimus:

*patriae princepsque, paterque,  
Qui regis Augustis parentem legibus orbem,  
Concessumque patri mundum deus ipse mereris.*

Augustae leges possent intelligi Tiberii, quamvis non ignorem legem et edictum, vel Sctum res esse diversas. Augusti appellationem non dilexit Tiberius, tamen hereditariam habuit, Suet. Tib. 17., ab Ovidio quoque non semel tulit, Fast. 1, 531. Pont. 4, 9, 70. et admittere interdum solebat, Dio Cass. 57, 8.; adde, quod in numis aureis ipse exprimendam curavit, si numismaticos audias. Principis appellatio anno imperii eius quinto fere conveniret, ad quem usque eam dignitatem detrectavit; quamvis vel ea, uti divinus honor, ab adulante poeta anticipari potuerit. Patris patrias nomen vero Tiberius nunquam passus est, Suet. Tib. 26. Quare illi versus de Augusto sunt accipiendi et Augustas leges, quae adeo Manlio placerent, puto fuisse illas anni 762, inprimis de maiestate. Eiusdem libri v. 392. sqq.:

*uno vincuntur in astro*

*Augusto, sidus nostro qui contigit orbi,  
Caesar, nunc terris, post coelo maximus auctor,*

non magis ad Tiberium pertinent. Intelligendi enim sunt de stella Julia, Caesaris statuis apponi solita ab Augusto, Serv. ad Aen. 10, 316., quae ad ipsum quoque Augustum referenda videtur, siquidem ex augurali disciplina explicanda sit, vid. Fest. s. v. stella. Certe in eius numis aliquoties eam me deprehendere memini: et Julium sidus apud Horatium od. 1, 12, 47. haud facile aliter accenserim. Tiberius vero, quantum quidem sciam, Juliae genti se accensere non est solitus. Eodem libro vv. 798. sq. hi sunt:

*— Venerisque ab origine proles*

*Julia: descendit coelo coelumque replevit,*

*— Quod regit Augustus socio per signa Tonante, —*

*Cernit et in coeli divum magnumque Quirinum*

*Altius, aetherei quam candet circulus orbis:*

*Illis deis sedes, haec illis proxima divum, etc.*

ta hunc locum tantisper interpungendum putaverim, donec eximius le vir meliora nos docuerit. Praeter unum versum omnia ad Juliam Caesarem spectare videntur, neque aliter possint, si vel illum le Augusto mortuo interpreteris, quod necesse esse ipsi Scaligero non concesserim. Quod enim negat coelum aliter ab Augusto regi



posse dici, refertur versu eiusdem libri 914., quo victor in pugna Actiaea rector Olympi vocatur, et lib. 5, 53., ubi in eadem caeli fortuna versata esse dicitur. Signa vero esse militaria, imo aquilas, Ovid. Rem. am. 4., Fast. 3, 113 — 116., ut puto, solus Stoberus ignoravit. Ibid. v. 911:

*Perque patris pater Augustus vestigia vicit,*  
patris appellatio divinum honorem significat, quem Augusto viventi provinciae et poetae tribuerunt, inprimis Ovidius et eius aequales. Ibid. 923: *Sit pater invictus patrias, sit Roma sub illo,*

*Cumque deum caelo dederit, non quaerat in orbe.*

Haec de Augusto vivente et Tiberio dici unice convenit, nec ququam de ea re dubitabit. Librum secundum vivente Augusto scriptum esse mihi iudicio sunt versus 37. sq.:

*Astrorum varias quidam dixers figuram, —*

*Quorum carminibus nihil est, nisi fabula coelum,*

*Terraque composuit coelum, quae pendet ab illo.*

Haec tanto cum fastidio vix scribere ausus fuisset Manilius, si praeter Phaenomena ab Ovidio olim scripta etiam Aratea Germanici edita fuissent, quod factum esse brevi post Augusti mortem olim in libello academico demonstravi. Ac commodum nunc video Orellium in fragm. 4. Prognosticon Germanici Manilium propter huius ipsius libri 2. v. 276. notatum animadvertisse p. 210, 211. ed. auae. Libro tertio temporis indicia inesse non videntur. At quarto praeter istum de Tiberii exilio Rhodio locum, quem Augusti principatu scribi potuisse negat Jacobus, hi versus in fine:

*Ne dubites homini divinos credere visus,*

*Iam facit ipse deos, mittitque ad sidera numen,*

*Maius et Augusto crescit sub principe coelum.*

Hic apertum est apotheosin Augusti per Tiberium indicari. Neque hoc latere potuit G. J. Vossium de theologia gentili lib. 1. c. 12. p. 51. Quintus igitur liber nisi ante numero priores fortasse scriptus sit, quae res inaudita foret in litterarum Romanarum historia, coeptus est post annum U. c. 767. Verisimile igitur non est Astronomica multo ante Ovidii exilium molitum esse Manilium: ante illius mortem maxima parte absoluta fuisse non est improbabile. Totum vero illud iam evanescit, quod Gyraldum, G. J. Vossium, Scaligerum, alios male habuit, quod Manilii quamvis aequalis sui mentionem nullam faciat Ovidius in carmine Ponticorum extremo inter poetas fortasse Poeno nostro non valde praestantiores. Nam de eius carminis enarratore Apuleio post hunc diem nemo verbum facile dicit.

Verum quid coniecturae nostrae magis consentaneum esse possit, quam Nasonem, nisi fortasse ad ipsum Ibin exemplo Callimachei *Θρόνον* et *Μώμον* Invidum dictum illud, carmen direxit, cavisse certe, ne adversarium posteritati commendaret. Sed in eam opinio- nem, ut Manilium etiam poesi Ovidianae obtrectatum fuisse putem, inclino propter artificii, quo uterque usus, magnum illud discrimen supra adumbratum.

Unum pro coronide adiiciam. Si Ibis poeta sit, cuius opus partim post acceptam ab Ovidio iniuriam scriptum extat, imprimis liber quintus apotelesmaticus, in quo themata Augusti et Tiberii eum celebrasse constat, aliorum et suum interposuisse non est improbabile, mirum esset, si ea occasione a Nasone se ultus non fuisset. Natus est Ovidius altera Quinquatruum die, a. d. XIII. Kal. April. Signum coeleste Sol arietem tunc tenet, quod animal propter ipsas Quinquatrus Minervae sacraverat Etruscorum disciplina, vid. Mueller. Etr. 2. p. 50. Manil. 2, 439. Hoedos etiam Minervae sacros commemorat mythogr. Vatic. p. 62. Mai. Aries quando oriatur secundum veram astronomicae rationem, Idelerus, vir celeberrimus, tradidit in annal. Academ. Berol. 1822. p. 150., a. d. X. Martii. Veterum alii alia habent. Columella 11, 2. X. Kal. April., Ptolemaeus XII. Kal. April., quidam multa seriora. Manilius quale parapegma secutus fuerit hac in re et in sideris eius articulis ad alia sidera componendis, nescimus, et si sciremus, primum error illius, quales multos eum commisisse Scaliger demonstrat ad lib. 5. init., deinde ignorantia thematis Ovidiani tam in illo, quam nostra, postremo malignitas et libera fictio illius hanc rem turbare potuerunt. Sub ariete natum esse Ovidium probabile est, num in vigesimo eius articulo, coorientibus hoedis, penes Manilium fides esto. Ut ut est, quae ea parte genitura ponitur, notabilia est, lib. 5, v. 104 — 114:

*Incipient hoedi tremulum producere mentum,  
Hirtaque tum demum terris promittere terga,  
Qua dexter boreas spirat. Na crede severas  
Frontis opus signo, strictos ne crede Catones,  
Abreptumque patri Torquatam et Horatia facta;  
Maius onus signo est; hoedis nec tanta petulcis  
Conveniunt; levibus gaudent, lascivaque signant  
Pectora et in cursus alacres agilemque vigorem  
Desudant. Vario ducunt in amore inventam;  
In vulnus nunquam virtus, sed saepe libido*

*Impellit, turpisque emitur vel morte voluptas;*

*Et minimum cecidisse malum est, nisi crimine victum.*

Versu quarto vellem liceret Bentleium sequi, sequentem paene ita Lips. cod. habet; postremum sine causa Bentleius proscripsit. Iam vero primum attende, quot locutiones illic sint Ovidii. Ad verbum quartum cfr. Tr. 2, 241: *frontis non esse severae*, ad sextum Tr. 4, 10, 36: *Maius erat nostris viribus illud onus*, ad nonum Tr. 4, 10, 105: *ductaeque per olia vitae*, ad sequentem Tr. 4, 1, 97: *Cor vetusta tanquam nova vulnera sentit*, 5, 2, 28: *Vulnera qui fecit levare velit*, ad sequentem Tr. 3, 3, 54: *Et prior et gravior mors erat illa mihi*, ad ultimum Met. 14, 202: *Mors erat ante oculos, minimum tamen illa malorum, cecidi* Tr. 3, 5, 5; 5, 1, 9; 8, 1., *crimine lapsa domus* Tr. 2, 122. et *victus vulnere, vitio, luctu*, alia ubique. Deinde fatearis melius vix potuisse mores Ovidii ab isto rigido censore exprimi, quam v. 109 — 12. factum: nihil magis convenire in eius infortunium, quam versus postremos: nihil accuratius versu 108. tam ad coniecturam nostram de Ovidii exilii causa collineare, quam ad istud temporum illorum artificium laudandi magnifice flagitia principum veterum exemplorum specie. Quid enim turpius, quam senilem Augusti infirmitatem, cum filiam Agrippam proiiceret, conferri cum *Manlianis imperiis*, de quibus vide Gell. 9, 13., aut Tiberii, qui fratrem perdidit, factum ad reipublicae salutem referri, velut parricidium istud Horatii, de quo Augustin. Civ. d. 3, 14. Festus s. v. *sororium tigillum*: nam de Coclite quis cogitare velit? Notabis autem Ovidium dici ferre non potuisse eorum factorum atrocitatem: aliquanto post Agrippam relegatum eum fuisse supra vidimus. Possem addere, quid tunc temporis gestum fuisse putem; sed satis iam esto coniecturarum.

Excidit imprudenti mihi, ut supra p. 342. Euphorionem multo maiorem Callimacho facerem, et ut p. 346. Erigonea Eratosthenis herois scriptam ponerem. Poteram etiam meminisse p. 336. in Anecdotis Bekkeri p. 1253. versum Callimachi extare, qui satis bene ex Ibide esse possit:

*οἶτε βιοπλανές ἀγρόν ἀπ' ἀγροῦ*

*Φοιτῶσιν.*

Potest enim hunc imitatus esse Romano more Ovidius v. 416. Alius est p. 1209., qui si ita emendari posset:

*Ἔστ' ἄν ὕδος καὶ γαῖα, καὶ οὐκ ὀπτῆ ῥα κάμινος,*

conveniret cum Ovidianis 133 — 36. Duo alii sunt p. 1188. 1224.

*Δημετρίω Χέλλωνα, κακόκνημόα τε Κόρινθα,  
Τριχλεύιν ἄλοῦ νῆσος ἐπ' Ἐγκελάδω,*

de quibus nihil affirmo. Quin nec de reliquis quicquam. Nam seriae sunt, Bentleyi fragmenta ad manum non sunt, memoriae diffidere didici. Pag. 859., ubi secundum Plinium de Theocriteis Catulli dixi, non mihi in mentem veniebat versuum eius argumenti a Charisio 4, 254. sine auctoris nomine ascriptorum, pulchre quos emendavit Summus Naekius Mus. Rhen. nov. 1, p. 487. Catulli eos esse, non Cornelii Severi, affirmaverim, sed timide et verecunde. Pag. 361. de sequendi vocabulo Apuleius de mundo, init., adhibendus erat, siquidem is Chrysippi librum, quem vertit, ipse pro Aristotelico habuit.

### Codd. ad Ibin collati.

1. *Vindobonensis* membr. sec. XII., vel XIII. descr. apud Endtcherum p. 164. n. 885., solus non interpolatus. Collationem mecum benevole communicavit vir ornatissimus Mauritius Hauptius Zittaviensis. Notavi A.
2. *Incertus* non mediocris notae. Collationem duplicem inveniebam in b. D. 148. e., alteram a manu Jani Vlitii, ut puto, alteram Kloekhovii, quae raro discrepabant. Notavi B.
3. *Francofurtanus*, de quo vid. ad Tristia. Ibis post Amores scriptus est. Heinsius contulit. Notavi C.

4. *Ashovianus* chartaceus, inter mss. Diez. n. 21. Ab eodem manu Tibullus ierarat, quo V. D. Lachmannus usus, vid. praef. Tibull. p. V. Membranaceos multos praestat. Ipse contuli et notavi G.

5. *Moretanus* membranaceus, satis antiquus dictus ab Heinsio Pont. 2, 9, 43., qui contulit in volumine b. D. mss. 4. 1070. Contulerat etiam Janus Vlitius in editione Valerii Andreae. Notavi d.

6. *Bersmannianus* membranaceus collatus in eius editione a. 1590. Notavi H.

7. *Regius Parisiensis* membr. sec. XIII. Catal. 1744 n. 3994. Heinsius contulit. Notavi D.

8. *Petavianus* membr. non valde antiquus Heinsio dictus, qui contulit. Notavi E.

9. *Claudii Sarravii* membr. elegans, non vetustus, collatus a J. F. Gronovio ac denuo ab Heinsio. Notavi F.

10. *Petavianus* chartaceus ab Heinsio coll. Not. a.

11. *Regius* chartaceus, fortasse catal. n. 8372. Heinsius cont. Notavi b.

12. *Gallicus*, fortasse Regius (catal. n. 7997.); oblitus enim erat Heinsius, unde sumptum contulisset. Not. c.

13. *Berolinensis*, quem ad Tristia etiam contulimus, ubi vide. Not. e.

14. *Tolosanus* membr. Collatum a Bernardo Medonio reperi ubi B et C. Notavi f.

15. *Berolinensis* membr. sec. XV. b. D. mss. n. 27. olim A. Cavalcantii, Heinsii, Francii, Relandi etc. Ab Heinsio accurate olim collatum denuo pervestigavi. Not. g.

16. *Heinsii* chartaceus ab ipso collatus. Not. h.

17. *Berolinensis* chartaceus b. D. n. 8. J. F. Gronovii et Heinsii olim fuit, cuius collatione usus sum. Not. i.

18. *Berolinensis* chartac. olim Crevennae, de quo vid. ad Trist. Not. l.

19. *Sanvictorianus* a Salvagnio usurpatus. 20. *Maffeanus* Ciofani. 21, 22. duo *Vaticani* Heinsii. 23 — 25. *Medicei* tres ab Heinsio collati teste Bandino catal. bibl. Laurent. t. 2, p. 228, 7; p. 235, 21, 22; p. 238, 31, 2. 26. *Francisci Iureti*, vetustissimus nuncupatus ab Heinsio Pont. 2, 9, 43. omnium interpolatissimus. 27, 28. Politiani duo, ab ipso collati in eius schedis vid. ad Trist. Gronovius pauca inde excerpserat. 29. *Mentelii*. 30. *Herculani*. 31. *Bononiensis*. 32. *Trevisanus*. 33. *Patavini* plures. Horum quindecim non supersunt integrae collationes in Heinsii schedis, sed excerptae.

Veterum editionum collatae sunt ab Heinsio sub nota k prima, quae qualis sit, nescio, a nobis sub notis w Veneta 1484 cum commentario Domitii Calderini, x Aldina 1502, y Lipsiensis Martini 1507, z Aldina 1516.

## P. OVIDII NASONIS

## I B I S.

**T**empus ad hoc lustris bis iam mihi quinque peractis  
 Omne fuit Musae carmen inerme meae,  
 Nullaque, quae possit, scriptis tot millibus, exstat  
 Littera Nasonis sanguinolenta legi;  
 Nec quemquam nostri, nisi me laesere libelli,  
 Artificis periit cum caput Arte sua.

1. iam bis mihi.

## ANNOTATIO.

De inscriptione quod litigatum est, miretur aliquis. Heinsius verum vidit, sed utitur solo Eutyichis testimonio p. 2176. P., ubi citatur Ovidius in *Ibide*; at apud eundem p. 2185: in *Ibin*: Salvagnius ad versus 51. et 637. provocat. Neuter versus 59. ad partes vocavit. Sed in titulis concipiendis librorum interdum quodam modo apparet pretium. Verum nullus servavit. In *Ibin* D1, Vinc. Bellov. spec. hist. 7, 106. In *Ibin* (vel *Ibin*) carmen BF; — *invectiva* b; — *invectio* Vincent. Bellov. l. l.; — *liber* CEac, *De Ibide* ef. In *quendam quem vocat Ibin* x.

1. *Temp.* in hoc Cdfi, unus Medic. bis iam ex ABCDEG; Polit. utr. viginti uno Heinsii, k et x nostris. iam bis mihi Jureti codex. modo iam bis l. Reliqui Heinsii et nostri: mihi iam bis. Confer de librorum scriptura, nisi ineptum est in tali re praeter libros quicquam requirere, Martial. 1, 16, 3:

Bis iam paene tibi consul trigesimus instat.

2. tempus inerme AGe, alii. carmen inane B. 3. tot scriptis mil. Bx. 5. quemquam nisi me nostri d. nisi nos

- Unus, et hoc ipsum est invidia magna, perennem  
 Candoris titulum non sinit esse mei.  
 Quisquis is est, nam nomen adhuc utcumque tacebo;  
 10 Cogit inassuetas sumere tela manus:  
 Ille relegatum gelidos aquilonis ad ortus  
 Non sinit exsilio delituisse meo,  
 Vulneraque immitis requiem quaerentia vexat,  
 lactat et in toto nomina nostra foro,  
 15 Perpetuoque mihi sociatam foedere lecti  
 Non patitur miseri funera flere viri;  
 Cumque ego quassa meae complectar membra carinae,  
 Naufragii tabulas pugnat habere mei;  
 Et qui debuerat subitas extinguere flammās,  
 20 Hic praedam medio raptor ab igne petit.  
 Nititur, ut profugae desint alimenta senectae:  
 Hei quanto est nostris dignior ipse malis!  
 Di melius, quorum longe mihi maximus ille est,  
 Qui nostras inopes noluit esse vias:  
 25 Huic igitur meritas grates ubicunque licebit,  
 Pro tam mansueto pectore semper agam.

c 12. suo. 22. Heu. 25. utcumque.

BEcl, Iureti et tres. 8. nec sinit G. esse meum E.  
 9. utcumque latebit CDG bci; F pro v. scr.; undecim Heinsii.  
 utrumque latebit H wy. verumque et vitiumque Const. in libris invenit.  
 10. in assuet. AG, alii. tela meus A sub ras. 11. gelidas —  
 ad oras Eutyches p. 2176. P. gelidas — ad arctos unus Heinsii.  
 aq. in ort. a. 12. del. suo DEGHc Iuret. Eutyches l. l.  
 quatuor Heins.; C pro v. scr. 14. Vexat et in t. e. toto  
 verba canina BEG abcdkwy Iuret. novem Heins.; F. pro v.  
 scr. crimina nostra x. 16. patitur vivi fun. Polit. duo (?),  
 Vatic. unus. vulnera flere y, codex los. Scaligeri. funere flere G.  
 flere mei f. 17. et 18. absunt in B, post 19, 20. ponuntur  
 in ax. 17. Dumque A. complector fk. 18. quascunq;  
 habere unus Heinsii. 20. Is ailx, duo Heins. 21. igne  
 rapit gk. igne tulit Iuret. 22. Hem H. quantum CHbc.  
 est delent akwy. ille malis libri reliqui, praeter CDEFG  
 bcdly Iuret. et sex, quos sequimur. 23. Dii Ay. nihil  
 longe y. est omittunt Dbclx. 24. Qui melius inopes A.  
 inopes non sinit esse d unus Polit. 25. Hinc Ce. Huic ergo  
 magnas grates l. grates meritas C. utcumque bix. quascunq;  
 lic. H wy duo Heins., quod Heinsius: quacunque esse debuisse pu-  
 tabat, non ego. Sed vide Burmanni negligentiam, qui non intel-

audiet hoc Pontus: faciet quoque forsitan idem;  
 Terra sit ut propior testificanda mihi.  
 At tibi, calcasti qui me, violente, iacentem,  
 Qua licet hei misero, debitus hostis ero: 30.  
 Desinet esse prius contrarius ignibus humor,  
 Iunctaque cum luna lumina solis erunt;  
 Parsque eadem coeli zephyros emittet et euros,  
 Et tepidus gelido flabit ab axe notus;  
 Et nova fraterno veniet concordia fumo, 35  
 Quem vetus accensa separat ira pyra;  
 Et ver auctumno, brumae miscebitur aestas,  
 Atque eadem regio vesper et ortus erit:  
 Quam mihi sit tecum positus, quae sumpsimus, armis  
 Gratia, commissis, improbe, rupta tuis: 40  
 Quam dolor hic unquam spatio evanescere possit,  
 Leniat aut odium tempus et hora meum.  
 Pax erit haec nobis donec mihi vita manebit,  
 Cum pecore infirmo quae solet esse lupis.  
 Prima quidem coepto committam proelia versu, 45  
 Non soleant quamvis hoc pede bella geri;  
 Utque petit primo plenum flaventis arenae

27. haec P. faciat. 30. Quamlibet et. 32. sidera. 36. erunt.

lexit, ubique a sequenti disticho efflagitari. 27. *Audiat*  
 Ei. haec Giwy. haec D et octo Heinsii. faciat Da. 28.  
 ut potior DEHbcwy Medon. et quatuor. prop. restituenda d.  
 testificata G. 30. Ita plane EG. Quod licet hei ACDFde  
 et tres. Quod licet heu Hiky Iuret. et octo, Domitius in notis.  
 Quo licet hei g. Quod licet e mis. bcw. Quam licet ut a. Quam  
 licet e merito l. Reliqui: Quam licet et mis. Nullus Quamlibet,  
 Heinsii correctionem, vel Quodlibet, Qualibet, Burmanni somnia.  
 32. tempora solis BHa (corr. ab ead. m.) dl alius Heins.  
 sidera solis F (corr. ab ead. m.). 33. Pars eadem E. im-  
 mittet H wy. 34. gelido tepidus g. 36. Ita ex EFc  
 et alio Heinsius. Quod vetus d. Quae vetus unus. Quam vetus  
 reliqui. accenso sep. igne H. accenso — rogo b et duo. 37.  
 autumno et brumae iw y. 38. erunt DEc Iuret. et duo; y.  
 Alterum etiam Vincent. Bellov. 7, 106. 40. Gratia proner-  
 tis a. rapta tuis B. 41. spatio vanescere c. abest hoc di-  
 stichon in CDG aeghi, aliis non paucis, z et seqq. edd. In l  
 post v. 38., in c post 44. legitur. 43. donec modo vita g.  
 nobis et dum mihi k et duo. nobis semper dum vita Vinc. Bel-  
 lov. l. l. 45. Prima tamen coept. d. 47. plenum pri-



Nondum caesacti militis hasta solum,  
 Sic ego te nondum ferro iaculabor acuto,  
 50 Protinus invisum nec petet hasta caput:  
 Et neque nomen in hoc, nec dicam facta libello,  
 Teque brevi qui sis, dissimulare sinam.  
 Postmodo si perges, in te mihi liber iambus  
 Tinota Lycambeo sanguine tela dabit.  
 55 Nunc quo Battiades inimicum devovet Ibin,

48. velitis 49. ferro nondum.

mo E. petit campo planum b. petit planum primo c. primo planum eik. ferventis ar. Hbi. 48. caesacti e. caesacti c. militis recipiendum fuit ex ABCDEF begkl Iuret. sex septemque aliis, a (v. scr.); et ita Domitius in notis. Reliqui: velitis. hasta caput E. De caesacti milite vide Salvagn. recte annotantem. De velite sategerunt omnes, de milite, credo, desperaverunt. Nihil tamen facilius explicatu. Meminissent loci Pastorum 6, 205, sq.:

*Prospicit a templo summum brevis area Circum,*

*Est ibi non parvae parva columna notae:*

*Hinc solet hasta manu belli praenuntia mitti,*

*In regem et gentes cum placet arma capi;*

cuius loci explicatio petenda est a Servio ad Aen. 9, 53., Placida glossis p. 437. ed. Mai.: *Bellica columna ante aedem Bellonae, quae Pyrrhi temporibus constituta dicitur, ut exeuntes ad bellum superiacerent eam hastam, veluti conspecto hoste issent; denique ex iis, quae in Burmanni ed. adhibentur, Plenum arenae solum igitur intellige Circum Flaminium; deinde nondum caesacti militis hastam ita explicabis: non reapse pugnantis militis, sed clarigantis patriae patrali. Ita enim saepe per negationem alterius rei eam indicant veteres, quam aut nominare pudet, velut in illo Iuvenalis:*

*Cuius ad effigiem non tantum mingere fas est,  
 aut non satis norunt, uti Fast. 3, 437:*

*Jupiter est invenis, iuveniles aspice vultus:*

*Aspice deinde manum, fulmina nulla tenet;*

b. e. non fulmina, sed sagittas: ita enim olim expediendus hic locus de Veiove erit; aut denique, quae obscura volunt esse, quemadmodum hic Ovidius. 49. te non ferro dum ias. B. ferro

nondum DEF bcd w y, idque receperunt Bersm. Salvagn. et Heins.; perperam: ita enim accentus cadit in nondum: quo fit, ut comparatio potissimum esse videatur in hasta obtusa. Atqui Fetiales accitas, adeo cruentatas mittebant, docentibus, quos indicavi. 50. nec petit eg. non petat d. 51. Sed neque Juret. Et neque in hoc

nomen A, bene. neque dicam Eck et tres, male; vid. Lachm. ad Prop. 5, 5, 50. 52. quis sis DG adgkl et octo. Barmannus hos fere omnes dicit. quis sim A. delituisse sinam G.

53. si pergis C. pergas Salvagn. Distichon hoc delet L. 54. tela dedit D. 55. Tunc quo w. baciades — ibim A. bo-

Hoc ego devoveo teque tuosque modo:  
 Itque ille, historiis involvam carmina caecis:  
 Non soleam quamvis hoc genus ipse sequi.  
 Illius ambages imitatus in Ibide dicar  
 Oblitus moris iudiciiue mei. 60  
 Et quoniam qui sis, nondum quaerentibus edo,  
 Ibidis interea tu quoque nomen habe:  
 Utque mei versus aliquantum noctis habebuat,  
 Sic vitae series tota sit atra tuae.  
 Haec tibi natali facito, Ianique Calendis 65  
 Non mentituro quilibet ore legat.  
 Di maris et terrae, quique his meliora tenetis  
 Inter diversos cum Iove regna polos,  
 Huc, precor, huc vestras omnes advertite mentes,  
 Et sinite optatis pendus inesse meis. 70  
 Ipsaque tu tellus, ipsum cum fluetibus aequor,  
 Ipse meas aether accipe summe preces!  
 Sideraque, et radiis circumdata Solis imago,  
 Lunaque, quae nunquam quo prius, orbe micat,  
 Noxque tenebrarum specie reverenda tuarum, 75  
 Quaeque ratum triplici pollice netis opus;  
 Quique per infernas horrendo murmure valles.

## 74. ore.

chiades quondam devoverat ybim l. Reliquorum ineptias in nominibus quaeso, ut omittere liceat. 57. involvit carm. G. carmina certis B. 58. ipse loqui g. (corr.) 59. imitatus ab Ibide G. in Ibida bwy et quinque. Ibida dicam H. 61. Te quoniam E. nondum quis sis E c. quis sis D G g k et quinque. 63. meae vers. c. al. nomen. hab. g. 64. Sic series vitas C. sit acta tuae el. 65. Hoc fgk. Haec in nat. B. Haec quoque nat. D. Haec mihi l. nat. factio g. facto Bononiensis. Iaro legebat Heinsius. Non opus erit, si mentituro recte explicaveris, integri enunciati sensu, ut perituro Tr. 3, 3, 31, nocitura Met. 11, 104, alia multa. Caeterum cfr. v. 612: fac tibi guttur eat. 66. Nunc matutino E. 67. quaeque his g. 69. huc omnes vestras A e. omnes divertite bw et tres. 70. Si vitas optatis pondus inesse meae Gi. 71. Ipsa et tu Gi. 73. circumflua solis d. 74. ore micat E (sed corr.) af et duo. orbe meae b. 75. species y. specie veneranda E. 76. nectit opus A. nectis opus CEabdefgikl et sex. neptis e. 77. Quaque y. murmure sedes unus Heinsii. 78. Impervi-

- Imperiuratae laboris annis aquae;  
 Quasque ferunt torto vittatis angue capillis  
 80 Cargēris obscuras ante sedere fores;  
 Vos quoque, plebs superum, Fauni, Satyrique, La  
 resque,  
 Fluminaque, et nymphae, semideumque genus;  
 Denique ab antiquo divi veteresque novique  
 In nostrum cuucti tempus, adeste, chao!  
 85 Carmina dum capiti male fido dira canuntur,  
 Et peragunt partes ira dolorque suas:  
 Annuite optatis omnes ex ordine nostris,  
 Et pars sit voti nulla caduca mei.  
 Quaeque precor, fiant: ut non mea dicta, sed illa  
 90 Pasiphaēs generi verba fuisse putet.  
 Quasque ego transiero poenas, patiatur et illas:  
 Plenius ingenio sit miser ille meo.  
 Neve minus noceant fictum exsecrantia nomen  
 Vota, minus magnos commoveantve deos:  
 95 Illum ego devoveo, quem mens intelligit, Ibin,

79. toto. 93. valeant.

tatas D. Iam peri. k. Imperiurandae Heinsius volebat, parum late-  
 tine, nisi fallor. 79. mitratis angue unus Vatic. vittatis H  
 tres Heinsii, quod apud Valerium Flaccum, vel Manilium lo-  
 cum habere poterat; vulgatam apte defendit Burmannus. 80.  
 obstrusas Trevisanus liber. obscuri g. 82. semideique b.  
 83. divum vet. C. veteresque bonique g. 84. adesse chori  
 e w. adesse thori l. adeste choris bc et C pro v. scr. adeste  
 thori duo Heinsii. Reliqui libri, quantum constat: adeste chori;  
 exceptis quidem iis, quos inspexisse se testatur Constantinus Fa-  
 nensis, editis x et z, et praeter Apuleium de orthographia §. 44:  
 et ab antiquo chao veteresque divique novique i. n. t. d. c. a., de  
 quo loco supra diximus quod satis est. 85. dum vati b. nō  
 fido Ae. diro male fida kx. male fido digna unus Vaticanus.  
 canantur BHklw. et quinque. canentur E et tres. 86. per-  
 agant BHl et quinque. peragent f et tres. peragat w. 88.  
 Ut pars sit Ab. Expers sit g. Et sit pars Cadhikl et tres.  
 89. precor unus Vatic. non ut mea CEckl et alius. mea menti  
 sed c. mea vota l. sed ille chxz. 90. Pasiphes A, ali.  
 Pasiphes gratia dicta fuisse G. genero i. dicta fuisse E cum  
 duobus pro v. scr. 91. Quas ego Gcgl. et ultra Hi.  
 92. ipse meo g. 93. minus valeant Bonon. 94. com-  
 moveantque DE Gail et septem; x. 95. Illum dev. cek.

Qui se scit factis has mēuisse preces.

Nulla mora est in me, peragam rata vota sacerdos:

Quisquis ades sacris, ore favete, meis.

Quisquis ades sacris, lugubria dicite verba,

Et fletu madidis Ibin adite genis:

100

Omnibusque malis, pedibusque occurrite laevis,

Et nigrae vestes corpora vestra tegant.

Tu quoque quid dubitas ferales sumere vittas?

Iam stat, ut ipse vides, funeris ara tui.

Pompa parata tibi est: votis mora tristibus absit:

105

Da iugulum cultris, hostia dira, meis.

Terra tibi fruges, amnis tibi deneget undas:

Deneget afflatus ventus et aura suos.

Nec tibi sol calidus, nec sit tibi lucida Phoebe:

Destituant oculos sidera clara tuos.

110

Nec se Vulcanus, nec se tibi praebet aër,

Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter.

Exsul, inops erres, alienaque limina lustres,

Exiguumque petas ore tremente cibum:

Nec corpus querulo, nec mens vacet aegra dolore:

115

Noxque die gravior sit tibi, nocte dies.

Sisque miser semper, nec sis miserabilis ulli:

109. sol clarus.

96. Qui scit se CEh; xz. mēuisse suis h et alius; wy.

97. perag. pia vota G. 98. adest CDEGHabcdelwy.

ad. votis. i et a pro v. scr. ore faveto g. favento e. faveto rogo

df. ore favete modo G. ore favere veto B. 99. adest

CDEGHabcdelwy. 100. adite meis D. 101. Ita

Salvagnius ex coniectura, confirmantibus Agly. Carminibusque b.

Omnibus usque E. Omnibus atque c. Ominibusque reliqui con-

sensu. occur. scaevis H. occurrite undis l. 102. vestes ni-

grae g. pectora vestra AB unus Patav. tegunt D. 103. su-

mere vestes Fdk et quinque. sumere taedas b et unus Vatic.

numere poenas H. sumere per undas w. 105. Pompa per-

icta E alius. 106. dira tuis l. 107. fruges pontus

tibi unus Heins. undam b. fruges potus tibi deneget unda C.

fruges annas deneget l. 108. aura tibi g. 109. Ita

habet Vincentius Bellov. spec. hist. 7, 106. Reliqui libri omnes:

sol clarus. 110. lumina clara g. sidera cuncta ak Media.

prim. 111. Nec tibi volo. Vincent. l. l. aether DHi et

luo. 113. lumina A. 116. Morque Vincent. l. l. ed.

*Impellit, turpiaque emitur vel mortis voluptas;*

*Et minimum cecidisse malum est, nisi crimine victum.*

Versu quarto vellem liceret Bentleium sequi, sequentem pæne ita Lips. cod. habet; postremum sine causa Bentleius proscripuit. Iam vero primum attende, quot locutiones illic sint Ovidii. Ad versum quartum cfr. Tr. 2, 241: *frontis non esse severae*, ad sextum Tr. 4, 10, 36: *Maius erat nostris viribus illud onus*, ad nonum Tr. 4, 10, 105: *ductaeque per olia vitae*, ad sequentem Tr. 4, 1, 97: *Cor vetusta tanquam nova vulnera sentit*, 5, 2, 28: *Vulnera qui fecit levare velit*, ad sequentem Tr. 3, 3, 54: *Et prior et gravior mors erat illa mihi*, ad ultimum Met. 14, 202: *Mors erat ante oculos, minimum tamen illa malorum, cecidi* Tr. 3, 5, 5; 5, 1, 9; 8, 1., *crimine lapsa domus* Tr. 2, 122. et *victus vulnere, vitio, luctu*, alia ubique. Deinde fatearis melius vix potuisse mores Ovidii ab isto rigido censore exprimi, quam v. 109 — 12. factum: nihil magis convenire in eius infortunium, quam versus, postremos: nihil accuratius versu 108. tam ad coniecturam nostram de Ovidii exilii causa collineare, quam ad istud temporum illorum artificium laudandi magnifice flagitia principum veterum exemplorum specie. Quid enim turpius, quam senilem Augusti infirmitatem, cum filiam Agrippam proiiceret, conferri cum *Manlianis imperiis*, de quibus vide Gell. 9, 13., aut Tiberii, qui fratrem perdidit, factum ad reipublicae salutem referri, velut parricidium istud Horatii, de quo Augustin. Civ. d. 3, 14. Festus s. v. *sororium tigillum*: nam de Coclite quis cogitare velit? Notabis autem Ovidium dici ferre nos potuisse eorum factorum atrocitatem: aliquanto post Agrippam relegatum eum fuisse supra vidimus. Possem addere, quid tunc temporis gestum fuisse putem; sed satis iam esto coniecturarum.

Excidit imprudenti mihi, ut supra p. 342. Euphionem multo maiorem Callimacho facerem, et ut p. 346. Erigonen Eratosthenis herois scriptam ponerem. Poteram etiam meminisse p. 336. in Anecdotis Bekkeri p. 1253. versum Callimachi extare, qui satis bene ex Ibide esse possit:

*οἶτε βιοπλανές ἀγρόν ἀπ' ἀγροῦ  
Φοιτῶσιν.*

Potest enim hunc imitatus esse Romano more Ovidius v. 416. Alius est p. 1209., qui si ita emendari posset:

*Ἔστ' ἄν ὕδος καὶ γαῖα, καὶ οὐκ ὀπτῆ ῥα κάμινος,*  
conveniret cum Ovidianis 133 — 36. Duo alii sunt p. 1188. 1224

*Ἀμειψθεῖα Χέλλενα, κακόκνημόα τε Κόμητα,  
Τροχλαίχιν ἄλοῦ νῆσος ἐπ' Ἐγκελάδω,*

is quibus nihil affirmo. Quin nec de reliquis quicquam. Nam seriae sunt, Bentleyi fragmenta ad manum non sunt, memoriae diffidere didici. Pag. 359., ubi secundum Plinium de Theocriteis Catulli dixi, non mihi in mentem veniebat versuum eius argumenti a Charisio 4, 254. sine auctoris nomine ascriptorum, pulchre quos emendavit Summus Naekius Mus. Rhen. nov. 1, p. 487. Catulli eos esse, non Cornelii Severi, affirmaverim, sed timide et verecunde. Pag. 361. de sequendi vocabulo Apuleius de mundo, mit., adhibendus erat, siquidem is Chrysippi librum, quem vertit, ipse pro Aristotelico habuit.

### Codd. ad Ibin collati.

1. *Vindobonensis* membr. sec. XII., vel XIII. descr. apud Endlicherum p. 164. n. 885., solus non interpolatus. Collationem mecum benevole communicavit vir ornatissimus Mauritius Hauptius Zittaviensis. Notavi A.

2. *Incertus* non mediocris notae. Collationem duplicem inveniebam in b. D. 148. e., alteram a manu Jani Vlitii, ut puto, alteram Kloekhovii, quae raro discrepabant. Notavi B.

3. *Francofurtanus*, de quo vid. ad Tristia. Ibis post Amores scriptus est. Heinsius contulit. Notavi C.

4. *Athenianus* chartaceus, inter mss. Diez. n. 21. Ab eodem manu Tibullus inerat, quo V. D. Lachmannus usus, vid. praef. Tibull. p. V. Membranaceos multos praestat. Ipse contuli et notavi G.

5. *Moretanus* membranaceus, satis antiquus dictus ab Heinsio Pont. 2, 9, 43., qui contulit in volumine b. D. mss. 4. 1070. Contulerat etiam Janus Vlitius in editione Valerii Andreae. Notavi d.

6. *Bersmannianus* membranaceus collatus in eius editione a. 1590. Notavi H.

7. *Regius Parisiensis* membr. sec. XIII. Catal. 1744 n. 5994. Heinsius contulit. Notavi D.

8. *Petavianus* membr. non valde antiquus Heinsio dictus, qui contulit. Notavi E.

9. *Claudii Sarravii* membr. elegans, non vetustus, collatus a J. F. Gronovio ac denuo ab Heinsio. Notavi F.

10. *Petavianus* chartaceus ab Heinsio coll. Not. a.

11. *Regius* chartaceus, fortasse catal. n. 8872. Heinsius cont. Notavi b.

12. *Gallicus*, fortasse *Regius* (catal. n. 7997.); oblitus enim erat Heinsius, unde sumptum contulisset. Not. c.

13. *Berolinensis*, quem ad Tristia etiam contulimus, ubi vide. Not. e.

14. *Tolosanus* membr. Collatum a Bernardo Medonio reperit ubi B et C. Notavi f.

15. *Berolinensis* membr. sec. XV. b. D. mss. n. 27. olim A. Cavalcantii, Heinsii, Francii, Relandi etc. Ab Heinsio accurate olim collatum denuo pervestigavi. Not. g.

16. *Heinsii* chartaceus ab ipso collatus. Not. h.

17. *Berolinensis* chartaceus b. D. n. 8. J. F. Gronovii et Heinsii olim fuit, cuius collatione usus sum. Not. i.

18. *Berolinensis* chartac. olim Crevennae, de quo vid. ad Trist. Not. l.

19. *Sanvictorianus* a Salvagnio usurpatus. 20. *Maffeanus* Ciofani. 21, 22. duo *Vaticani* Heinsii. 23 — 25. *Medicei* tres ab Heinsio collati teste Bandino catal. bibl. Laurent. t. 2, p. 228, 7; p. 235, 21, 22; p. 238, 31, 2. 26. *Francisci Iureti*, vetustissimus nuncupatus ab Heinsio Pont. 2, 9, 43. omnium interpolatissimus. 27, 28. *Politiani* duo, ab ipso collati in eius schedis vid. ad Trist. Gronovius pauca inde excerpterat. 29. *Mentelii*. 30. *Horulani*. 31. *Bononiensis*. 32. *Trevisanus*. 33. *Patavini* plures. Horum quindecim non supersunt integrae collationes in Heinsii schedis, sed excerptae.

Veterum editionum collatae sunt ab Heinsio sub nota k prima, quae qualis sit, nescio, a nobis sub notis w Veneta 1484 cum commentario Domitii Calderini, x Aldina 1502, y Lipsiensis Martini 1607, z Aldina 1516.

## P. OVIDII NASONIS

## I B I S.

**T**empus ad hoc lustris bis iam mihi quinque peractis  
 Omne fuit Musae carmen inerme meae,  
 Nullaque, quae possit, scriptis tot millibus, exstat  
 Littera Nasonis sanguinolenta legi;  
 Nec quemquam nostri, nisi me laesere libelli,  
 Artificis periit cum caput Arte sua.

1. iam bis mihi.

## ANNOTATIO.

De inscriptione quod litigatum est, miretur aliquis. Heinsius verum vidit, sed utitur solo Eutyctis testimonio p. 2176. P., ubi citatur Ovidius in *Ibide*; at apud eundem p. 2185: in *Ibin*: Salvagnius ad versus 51. et 637. provocat. Neuter versum 59. ad partes vocavit. Sed in titulis concipiendis librorum interdum quodam modo apparet pretium. Verum nullus servavit. In *Ibin* D1, Vinc. Bellov. spec. hist. 7, 106. In *Ibin* (vel *Ibim*) carmen BF; — *invectiva* b; — *invectio* Vincent. Bellov. l. l.; — *liber* CE a c, De *Ibide* ef. In *quendam quem vocat Ibin* x.

1. *Temp.* in hoc Cdfi, unus Medic. bis iam ex ABCDEG; Polit. utr. viginti uno Heinsii, k et x nostris. iam bis mihi Jureti codex. modo iam bis l. Reliqui Heinsii et nostri: mihi iam bis. Confer de librorum scriptura, nisi ineptum est in tali re praeter libros quicquam requirere, Martial' 1, 16, 3:

Bis iam paene tibi consul trigesimus instat.

2. tempus inerme AGE, alii. carmen inane B. 3. tot scriptis mil. Bx. 5. quemquam nisi me nostri d, nisi nos



Unus, et hoc ipsum est iudicia magis, perennem

Candoris titulum non sinit esse mei.

Quisquis is est, nam nomen adhuc utcumque tacebo

10 Cogit inassuetas sumere tela manus:

Ille relegatum gelidos aquilonis ad ortus

Non sinit exsilio delituisse meo,

Vulneraque immitis requiem quaerentia vexat,

lactat et in toto nomina nostra foro,

15 Perpetuoque mihi sociatam foedere lecti

Non patitur miseri funera flere viri;

Cumque ego quassa meae complectar membra carinae,

Naufragii tabulas pugnat habere mei;

Et qui debuerat subitas extinguere flammam,

20 Hic praedam medio raptor ab igne petit.

Nititur, ut profugae desiint alimenta senectae:

Hei quanto est nostris dignior ipse malis!

Di melius, quorum longe mihi maximus ille est,

Qui nostras inopes noluit esse vias:

25 Huic igitur meritas grates ubicunque licebit,

Pro tam mansueto pectore semper agam.

c 12. suo. 22. Heu. 25. utcumque.

BEcl, Iureti et tres.

8. nec sinit G. esse meum E.

9. utcumque latebit CDGbc; F pro v. scr.; undecim Heinsii.

utrumque latebit H wy. verumque et vitiumque Const. in libris invenit.

10. in assuet. AG, alii. tela meae A sub ras. 11. gelidas —

ad oras Eutyches p. 2176. P. gelidas — ad arctos unus Heinsii.

eq. in ort. a. 12. del. suo DEGHc Iuret. Eutyches l. l.

quatuor Heins.; C pro v. scr. 14. Vexat et in t. e. toto

verba canina BEGabcdkwy Iuret. novem Heins.; F. pro v.

scr. crimina nostra x. 16. patitur vivi fun. Polit. duo (?),

Vatic. unus. vulnera flere y, codex los. Scaligeri. funera flere G.

flere mei f. 17. et 18. absunt in B, post 19, 20. ponantur

in ax. 17. Dumque A. complector fk. 18. quae

habere unus Heinsii. 20. Is ailx, duo Heins. 21. igne

rapit gk. igne tulit Iuret. 22. Hem H. quantum CHbc.

est delent akwy. ille malis libri reliqui, praeter CDEFG

bedly Iuret. et sex, quos sequimur. 23. Dii Ay. mihi

longe y. est omittunt Dbclx. 24. Qui melius inopes A.

inopes non sinit esse d unus Polit. 25. Hinc Ce. Huic ergo

magnas grates l. grates meritas C. utcumque bix. quascunque

lic. H wy duo Heins., quod Heinsius: quacunque esse debuisse pa-

tabat, non ego. Sed vide Burmanni negligentiam, qui non intel-

audiet hoc Pontus: faciet quoque forsitan idem;  
 Terra sit ut propior testificanda mihi.  
 t tibi, calcasti qui me, violente, iacentem,  
 Qua licet hei misero, debitus hostis ero: 30  
 desinet esse prius contrarius ignibus humor,  
 Iunctaque cum luna lumina solis erunt;  
 arsque eadem coeli zephyros emittet et euros,  
 Et tepidus gelido flabit ab axe notus;  
 t nova fraterno veniet concordia fumo, 35  
 Quem vetus accensa separat ira pyra;  
 t ver auctumno, brumae miscebitur aestas,  
 Atque eadem regio vesper et ortus erit:  
 Quam mihi sit tecum positus, quae sumpsimus, armis  
 Gratia, commissis, improbe, rupta tuis: 40  
 Quam dolor hic unquam spatio evanescere possit,  
 Leniat aut odium tempus et hora meum.  
 Pax erit haec nobis donec mihi vita manebit,  
 Cum pecore infirmo quae solet esse lupis.  
 Prima quidem coepto committam proelia versu, 45  
 Non soleant quamvis hoc pede bella geri;  
 Utque petit primo plenum flaventis arenae

27. haec P. faciat. 30. Quamlibet et. 32. sidera. 36. erunt.  
 exit, ubicunque a sequenti disticho efflagitari. 27. Audiat  
 Ei. haec Giwy. haec D et octo Heinsii. faciat Da. 28.  
 ut potior DEHbcwy Medon. et quatuor. prop. restituenda d.  
 testificata G. 30. Ita plane EG. Quod licet hei ACDFde  
 et tres. Quod licet heu Hiky luret. et octo, Domitius in notis.  
 Quo licet hei g. Quod licet e mis. bcw. Quam licet ut a. Quam  
 licet e merito l. Reliqui: Quam licet et mis. Nullus Quamlibet,  
 Heinsii correctionem, vel Quodlibet, Qualibet, Burmanni somnia.  
 32. tempora solis BHa (corr. ab ead. m.) dl alius Heins.  
 sidera solis F (corr. ab ead. m.). 33. Pars eadem E. im-  
 mittet Hwy. 34. gelido tepidus g. 36. Ita ex EFe  
 et alio Heinsius. Quod vetus d. Quas vetus unus. Quam vetus  
 reliqui. accenso sep. igne H. accenso — rogo b et duo. 37.  
 autumnno et brumae iw y. 38. erunt DEc luret. et duo; y.  
 Alterum etiam Vincent. Bellov. 7, 106. 40. Gratia promeriti-  
 tis a. rapta tuis B. 41. spatio vanescere c. abest hoc di-  
 stichon in CDGaeghi, aliis non paucis, z et seqq. edd. In l  
 post v. 38., in c post 44. legitur. 43. donec modo vita g.  
 nobis et dum mihi k et duo. nobis semper dum vita Vinc. Bel-  
 lov. l. l. 45. Prima tamen coept. d. 47. plenum pri-

Nondum cafacti militis hasta solum,  
 Sic ego te nondum ferro iaculabor acuto,  
 50 Protinus invisum nec petet hasta caput:  
 Et neque nomen in hoc, nec dicam facta libello,  
 Teque brevi qui sis, dissimulare sinam.  
 Postmodo si perges, in te mihi liber iambus  
 Tinota Lycambeo sanguine tela dabit.  
 55 Nunc quo Battiades inimicum devovet Ibin,

48. velitis 49. ferro nondum.

mo E. petit campo planum b. petit planum primo c. primo planum eik. ferventis ar. Hbi. 48. calefacto e. calcasti c. militis recipiendum fuit ex ABCDEF begkl Iuret. sex septemve aliis, a (v. scr.); et ita Domitius in notis. Reliqui: velitis. hasta caput E. De calefacto milite vide Salvagn. recte annotantem. De velite sategerunt omnes, de milite, credo, desperaverunt. Nihil tamen facilius explicatu. Meminissent loci Pastorum 6, 205, sq.:

*Prospicit a templo summum brevis area Circum,*

*Est ibi non parvae parva columna notae:*

*Hinc solet hasta manu belli praenuntia milli,*

*In regem et gentes cum placet arma capi;*

cuius loci explicatio petenda est a Servio ad Aen. 9, 53., Placid glossis p. 437. ed. Mai.: *Bellica columna ante aedem Bellonae, quae Pyrrhi temporibus constituta dicitur, ut exeuntes ad bellum superiacerent eam hastam, veluti conspecto hoste issent; denique ex eis, quae in Burmanni ed. adhibentur, Plenum arenae solum igitur intellige Circum Flaminium; deinde nondum calefacti militis hastam ita explicabis: non reapse pugnantis militis, sed clarigantis patris patrati. Ita enim saepe per negationem alterius rei eam indicant veteres, quam aut nominare pudet, velut in illo Iuvenalis:*

*Cuius ad effigiem non tantum mingere fas est,*

*aut non satis norunt, uti Fast. 3, 437:*

*Jupiter est invenis, juveniles aspice vultus:*

*Aspice deinde manum, fulmina nulla tenet;*

b. e. non fulmina, sed sagittas: ita enim olim expediendus hic locus de Veiove erit; aut denique, quae obscura volunt esse, quemadmodum hic Ovidius. 49. te non ferro dum ias. B. ferro

nondum DEF bcd w y, idque receperunt Bersm. Salvagn. et Heins.; perperam: ita enim accentus cadit in nondum: quo fit, ut comparatio potissimum esse videatur in hasta obtusa. Atqui Fetiales actas, adeo cruentatas mittebant, docentibus, quos indicavi. 50. nec petit eg. non petat d. 51. Sed neque Juret. Et neque in hoc

nomen A, bene. neque dicam Eck et tres, male; vid. Lachm. ad Prop. 5, 5, 50. 52. quis sis DG adgkl et octo. Burmannus hos fere omnes dicit. quis sim A. delituisse sinam G.

53. si pergis C. pergas Salvagn. Distichon hoc delet l. 54. tela dedit D. 55. Tunc quo w. baciades — ibim A. bar-

Hoc ego devoveo teque tuoque modo.

Itque ille, historiis involvam carmina caecis.

Non solem quamvis hoc genus ipse sequi.

lius ambages imitatus in Ibide dicar

Oblitus moris iudicii que mei.

60

Et quoniam qui sis, nondum quaerentibus edo,

Ibidis interea tu quoque nomen habe:

Itque mei versus aliquantum noctis habebunt,

Sic vitae series tota sit atra tuae.

Haec tibi natali facito, Ianique Calendis

65

Non mentituro quilibet ore legat.

Di maris et terrae, quique his meliora tenetis

Inter diversos cum Iove regna polos,

Huc, precor, huc vestras omnes advertite mentes,

Et sinite optatis pondus inesse meis.

70

Ipsaque tu tellus, ipsum cum fluctibus aequor,

Ipse meas aether accipe summe preces!

Sideraque, et radiis circumdata Solis imago,

Lunaque, quae nunquam quo prius, orbe micat,

Noxque tenebrarum specie reverenda tuarum,

75

Quaeque ratam triplici pollice netis opus;

Quique per infernas horrendo murmure valles

74. ore.

chiades quondam devoverat ybim l. Reliquorum ineptias in nomini-  
bus quaeso, ut omittere liceat. 57. involvit carm. G. car-

mina certis B. 58. ipse loqui g. (corr.) 59. imitatus

ab Ibide G. in Ibida bwy et quinque. Ibida dicam H. 61.

Te quoniam E. nondum quis sis E c. quis sis DG gk et quinque.

63. meae vers. c. al. nomen hab. g. 64. Sic series vitas C.

sit acta tuae el. 65. Hoc fgk. Haec in nat. B. Haec

quoque nat. D. Haec mihi l. nat. factio g. facto Bononiensis.

fazo legebat Heinsius. Non opus erit, si mentituro recte explica-

veris, integri enunciati sensu, ut perituro Tr. 3, 3, 31, nocitura

Met. 11, 104, alia multa. Caeterum cfr. v. 612: fac tibi guttur

eat. 66. Nunc matutino E. 67. quaeque his g.

69. huc omnes vestras A c. omnes divertite bw et tres. 70.

Si vitae optatis pondus inesse meae Gi. 71. Ipsa et tu Gi.

73. circumflua solis d. 74. ore micat E (sed corr.) af et

duo. orbe meas b. 75. species y. specie veneranda E.

76. nectit opus A. nectis opus CEabdefgikl et sex. neptis e.

77. Quaque y. murmure sedes unus Heinsii. 78. Impervi-

- Imperiuratae laboris amnis aquae;  
 Quasque ferunt torto vittatis angue capillis  
 80 Carceris obscuras ante sedere fores;  
 Vos quoque, plebs superum, Fauni, Satyrique, La  
 resque,  
 Fluminaque, et nymphae, semideumque genus;  
 Denique ab antiquo divi veteresque novique  
 In nostrum cuncti tempus, adeste, chao!  
 85 Carmina dum capiti male fido dira canuntur,  
 Et peragunt partes ira dolorque suas:  
 Annuite optatis omnes ex ordine nostris,  
 Et pars sit voti nulla caduca mei.  
 Quaeque precor, fiant: ut non mea dicta, sed illa  
 90 Pasiphaës generi verba fuisse putet.  
 Quasque ego transiero poenas, patiatur et illas:  
 Plenius ingenio sit miser ille meo.  
 Neve minus noceant fictum exsecrantia nomen  
 Vota, minus magnos commoveantve deos:  
 95 Illum ego devoveo, quem mens intelligit, Ibin,

79. toto. 93. valeant.

tatae D. Iam peri. k. Imperiurandae Heinsius volebat, parum late-  
 tine, nisi fallor. 79. *mitratis angue* unus Vatic. *vittatis* H  
 tres Heinsii, quod apud Valerium Flaccum, vel Manilium lo-  
 cum habere poterat; vulgatam apte defendit Burmannus. 80.  
*obstrusas* Trevisanus liber. *obscuri* g. 82. *semideique* b.  
 83. *divum vet.* C. *veteresque bonique* g. 84. *adesse chori*  
 e w. *adesse thori* l. *adeste choris* bc et C pro v. scr. *adeste*  
*thori* duo Heinsii. Reliqui libri, quantum constat: *adeste chori*;  
 exceptis quidem iis, quos inspexisse se testatur Constantinus Pa-  
 nensis, editis x et z, et praeter Apuleium de orthographia §. 44:  
 et ab antiquo chao veteresque divique novique i. n. t. d. c. a., de  
 quo loco supra diximus quod satis est. 85. *dum vati* b. m  
*fido* Ae. *dira male fida* kx. *male fido digna* unus Vaticanus.  
*canantur* BHklw et quinque. *canentur* E et tres. 86. *per-*  
*agant* BHI et quinque. *peragent* f et tres. *peragat* w. 88.  
*Ut pars sit* Ab. *Expers sit* g. *Et sit pars* Cadhikl et tres.  
 89. *precor* unus Vatic. *non ut mea* CEckl et alius. *mea menti*  
*sed* c. *mea vota* l, *sed ille* chxz. 90. *Pasiphaes* A, alii;  
*Pasiphaes gratia dicta fuisse* G. *genero* i. *dicta fuisse* E cum  
 duobus pro v. scr. 91. *Quas ego* Gcgl. et ultra HI.  
 92. *ipse meo* g. 93. *minus valeant* Bonon. 94. *com-*  
*moveantque* DE Gail et septem; x. 95. *Illum dev.* cck.

Qui se scit factis has meruisse preces.  
 illa mora est in me, peragam rata vota sacerdos:  
 Quisquis ades sacris, ore favete, meis.  
 nisquis ades sacris, lugubria dicite verba,  
 Et fletu madidis Ibin adite genis: 100  
 ominibusque malis, pedibusque occurrite laevis,  
 Et nigrae vestes corpora vestra tegant.  
 u quoque quid dubitas ferales sumere vittas?  
 Iam stat, ut ipse vides, funeris ara tui.  
 ompa parata tibi est: votis mora tristibus absit: 105  
 Da iugulum cultris, hostia dira, meis.  
 terra tibi fruges, amnis tibi deneget undas:  
 Deneget afflatus ventus et aura suos.  
 nec tibi sol calidus, nec sit tibi lucida Phoebe:  
 Destituant oculos sidera clara tuos. 110  
 nec se Vulcanus, nec se tibi praebeat aër,  
 Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter.  
 Exsul, inops erres, alienaque limina lustres,  
 Exiguumque petas ore tremente cibum:  
 Nec corpus querulo, nec meus vacet aegra dolore: 115  
 Noxque die gravior sit tibi, nocte dies.  
 Disque miser semper, nec sis miserabilis ulli:

109. sol clarus.

16. Qui scit se CEh; xz. meruisse suis h et alius; wy.  
 17. perag. pia vota G. 98. adest CDEGHabcdelwy.  
 18. votis. i et a pro v. scr. ore faveto g. favento e. faveto rogo  
 19. ore favete modo G. ore favore voto B. 99. adest  
 CDEGHabcdelwy. 100. adite meis D. 101. Ita  
 Salvagnius ex coniectura, confirmantibus Agly. Carminibusque b.  
 Omnibus usque E. Omnibus atque c. Ominibusque reliqui con-  
 sensu. occur. scaevus H. occurrite undis l. 102. vestes ni-  
 vae g. pectora vestra AB unus Patav. tegunt D. 103. su-  
 mtere vestes Fdk et quinque. sumere taedas b et unus Vatie.  
 sumere poenas H. sumere per undas w. 105. Pompa per-  
 ta E alius. 106. dira tuis l. 107. fruges pontus  
 i unus Heins. undam b. fruges potus tibi deneget unda C.  
 fruges oannas deneget l. 108. aura tibi g. 109. Ita  
 det Vincentius Bellov. spec. hist. 7, 106. Reliqui libri omnes:  
 clarus. 110. lumina clara g. sidera cuncta a k Media.  
 111. Nec tibi volo. Vincant. l. l. aether DHi et  
 113. lumina A. 116. Mosque Vincent. l. l. ed.

- Gaudeat adversis femina virque tuis.  
 Accedat lacrimis odium, dignusque putere,  
 120 Qui mala cum tuleris plurima, plura feras.  
 Sitque, quod est raram, solito defecta favore  
 Fortunae facies invidiosa tuae.  
 Causaque non desit, desit tibi copia mortis :  
 Optatam fugiat vita coacta necem :  
 125 Luctatusque diu cruciatus spiritus artus  
 Deserat, et longa torqueat ante mora.  
 Evenient: dedit ipse mihi modo signa futuri  
 Phoebus, et a laeva moesta volavit avis.  
 Certe ego quae voveo, superos motura putabo :  
 130 Speque tuae mortis, perfide, semper alar.

## 122. Aerumnae.

Mentel. *gravior stet tibi duo* Vaticc. unus Medic. 119. *Et capias lacrymis odium* Iuret. *odium lacrymis d. puteris* ACDI Hbceghl et duo fere ignoti; xyz. 120. *mala contuleris* Gd. *cum miseris plur. e.* Hunc versum et 122. transponit l. 121. *solito deserta* ADI Iuret. et tres; C pro v. scr. *defecta* H. *defoeta* w explicante Domitio. *defectu* unus Heins. 122. *Aerumnae* DEHcik codex Polit. teste Gronovio et undecim Heins. C pro v. scr. Domitius in notis. *Aerumnae species* Iuret. Recepit hoc Heinsius quia interpretationi convenit, quam in nostra, h. e. in codd. optimorum ABCG scriptura priores induxerunt, ut favor et commiseratio. Structura: *sit favore defecta invidiosa* a distichi legibus fortasse excusari possit; sententia certe enervatur illo modo: *invidia*, *gravior atque odium*, *satis per se miserationem excludit*. Rectius igitur *Fortuna favore defecta* idem erit variata oratione, quod antea *adversa, mala*. Atque ita loqui consuevit poeta. Locum illis, ubi *Fortunae vultus, forma, species* accedunt, Tr. 1, 1, 120, 3, 8, 36; Pont. 3, 9, 30. pronomem possessivum additur. Dixerunt igitur, certe cogitarunt: *mea Fortuna favet*, uti *Fortuna suam metuebant* Pont. 3, 6, 49. Contra *facies aerumnae* hoc locum dissimilis est a *facie timoris* Art. am. 1, 121. et defendenda fortasse ex iis, quae Gellius tradit 13, 29. *invidiosa tibi y.* 123. *desit sed desit cop. c.* 124. *Optatumque fuget* l. 125. *Luctatusque* Vincent. ed. princ. *Lustratusque* D. *cruciatus* dg. *cruciat* ef. *cruc. deserat* art. A. *spir. arcu* l. 126. *Spiritus et* A. 127. *Et venient* El. *Eveniant* k. *Eveniet* l. modo mihi y. 128. *moesta volabat* A. *moesta sonavit* f. Iuret. sex alii; F pro v. scr. 129. *quod voveo* A. *quae voveo* d. *valeo* i. *moneo* E. *sup. monitura* E. 130. *Speque* — *alem* E. *semper perfide mortis* Gil. *passime mortis* DE. *cefg septem alii; w. Burmannus errat.* 131. *Accipe hist*

Et prius hanc animam, nimium tibi saepe petitam,  
 Auferet illa dies, quae mihi tarda venit.  
 Pugnabunt iaculis dum Thraeces, Iazyges arcu;  
 Dum tepidus Ganges, frigidus Ister erit;

In te 131. inser. distichon. 132. sera. Post h. v. repet. 41, 42.

Iam huius distichi. Extabant olim glossae: *animam) vitam; Auferet) Finiet; tarda) sera*. Inde factum, ut *Finiet* in textum admitteretur, reliqua pro diversis scripturis annotarentur. Iam vero in-  
 elix aliquis hunc versum,

*Finiet illa dies, quae mihi tarda venit*

is exaraverat. Alter statim pentametro, ne periret, hexametrum addidit minore artificio, atque Tr. 1, 8, 33; Art. am. 1, 331. egi coepit ita:

131. *Et prius hanc animam nimium tibi saepe petitam*

132. *Auferet illa dies, quae mihi sera venit.*

133. *Finiet illa dies, quae te mihi subtrahet olim,*

134. *Finiet illa dies, quae mihi tarda venit.*

a codex A et pessimus i, alii quoque, quorum tamen notas, vel numerum infaustus casus in schedis Heinsianis abstulerat. Plerique tamen coeptam fraudem ulterius persequuntur. *Finiet* nihili esse ovidem in versuum ordine intelligebant; qui in verbo ipso offendebant, scripserunt pro eo utrobique: *Ante erit*, uti E habet; ut in oratione et structura hiulca, versus 133, 134. post 130. ponebant, putantes *Finiet* ad *spem* referri posse; ita omnes libri praeter ABEdi. Unus c utrumque fecit. Distichis semel transiit *prius* quo referretur, iam minus erat: visum est distichon e superiori loco v. 41, 42. huc revocare, idque post istos quatuor versus codd. longe plurimi et praeter A optimi aut repetant, aut, ut supra monitum, ponunt. Verum adhuc pungebatur illos verborum *quae mihi venit* iteratio in versibus 132, 134. Quare distichon inter tria illa Ovidianum aut interpolavit, velut Iureti liber, qui in illo pentametro hunc habebat:

*Quodlibet omittam vindice morte mei,*

ut prorsus debebant, uti G bcl. Haec ita exposita ad librorum lectionem ac dignitatem noscendam spectant. Nos quam rationem in-  
 nus suadebat partim Vindobonensis libri auctoritas, partim res-  
 sa, distichi, quod incipit: *Finiet*, absurditas, de qua Heinsium et Schraderum habemus assentientes. Nam quod e id ipsum  
 mittebat, servato tamen in genuino: *Finiet* et subiuncto illo, quod  
 omittunt, errore id factum credo contrario, atque primum pecca-  
 tum est. *Sed prius F wy. nimium mihi saepe Dk. petita g.*

2. *Auferat gk. quae tibi l. tarda* in genuino disticho tantum  
 at in spurio omnes praeter Gabdi. 133. *Dum pugnant*  
 x. g. *pugnant iaculis — arcu ai et F pro v. scr.* Ita Con-  
 stanti libri etiam et wxyz. Hoc praetulerunt editores, quia Scy-  
 s hasta non conveniat. *Pugnabunt arcu dum Thr. Iaz. hasta*



- 135 **Robora dum montes, dum pabula mollia campi,**  
**Dum Tiberis liquidas Tuscus habebit aquas;**  
**Bella geram tecum: nec mors mihi finiet iras;**  
**Saeva sed in manes manibus arma dabo.**  
**Tunc quoque, cum fuero vacuas dilapsus in auras,**  
140 **Exanimis mores oderit umbra tuos.**  
**Tunc quoque factorum veniam memor umbra tuorum**  
**Insequar et vultus ossea forma tuos.**  
**Sive ego, quod nolim, longis consumptus ab annis**  
**Sive manu facta morte solutus ero:**  
145 **Sive per immensas iactabor naufragus undas,**  
**Nostraque longinquus viscera piscis edet:**  
**Sive peregrinae carpent mea membra volucres;**  
**Sive meo tinguent sanguine rostra lupi:**  
**Sive aliquis dignatus erit supponere terrae,**  
150 **Et dare plebeio corpus inane rogo.**  
**Quidquid ero, Stygiis erumpere nitar ab oris,**  
**Et tendam gelidas ultor in ora manus.**

136. flavas. 140. manes. 150. Aut.

reliqui libri et Domitius in notis. Censeo scribendum iisdem certe verbis, quae tot codd. consensus tuetur:

*Pugnabunt hasta dum Thraces, Iazyges arcu;*  
quamvis iacula Thraces gerant Met. 13, 366. *Iazyges* solus Her-  
culani liber. Reliqui, ut solent, diversissima: *Iapides meliores BCG*  
*traces tuscus et hasta A.* 135. *mollia pabula ACDEGat*  
*dgk et quatuor.* 136. *flavas* unus Ciofani et unus Vatica-  
nus Heinsii. 138. *Saeva H. sed immanis DGHcik et ap-*  
*ptem; F pro v. scr.; wxy. dabunt Bonon.* 139. *Tu qu.*  
*Aegl. Tum BDEFb et quatuor; wy. fuero tenues H. fuo*  
*vacuas A. vacuus fuero BGi. delapsus B G b d i. in umbras G.*  
140. *manes od. CEcdgk; wxy, non Domitius in notis. Schrader-*  
*us distichon tollendum putabat.* 141. *Tu Aegl. Tu B*  
*Tum DEFb; wy. factorum Hg et C pro v. scr.* 142. *os-*  
*sea larva codd. apud Salvagn. vid. Syll. Burm. 3. p. 112. sp.*  
*Distichon abest in l.* 143. *nolim Gai et duo.* 144.  
*manu parta cod. Salv.* 146. *corpora BCadk quatuor al-*  
*et E pro v. scr. edit A. edat Hb. edax unus, edes alius Mo-*  
*ceus et w.* 147. *mea terga a.* 148. *Inque meo*  
*(pr. m.) al; x.* 150. *Aut cod. Salvagn. dare fumoso corp-*  
*phebeo A.* 151. *Qu. erit H probante Schradero. Sty-*  
*enitar rumpere ab G. ab undis Hbi; C et F pro v. scr.; w*  
*ab umbris Ec.* 152. *Extendam D. victor in cod. Ciof.*  
*tor inire g.* 153. *ego conditus umbris DEfg quinque al-*

- Me vigilans cernes: tacitis ego noctis in umbris**  
**Excutiam somnos visus adesse tuos.**
- Denique quidquid ages, ante os oculosque volabo, 155**  
**Et querar, et nulla sede quietus eris.**
- Verbera torta dabunt sonitum, nexaeque colubris**  
**Conscia fumabunt semper ad ora faces.**
- Sis vivus furiis agitabere: mortuus isdem;**  
**Et brevior poena vita futura tua est. 160**
- Nec tibi continget funus lacrimaeque tuorum;**  
**Indeploratum proiciere caput.**
- Carnificisque manu populo plaudente traheris,**  
**Infixusque tuis ossibus uncus erit.**
- psae te fugient, quae carpunt omnia, flammae: 165**  
**Respuet invisum iusta cadaver humus.**
- Unguibus et rostro tardus trahet ilia vultur,**  
**Et scindent avidi perfida corda canes;**
- Deque tuo fiet, licet hac sis laude superbus,**  
**Insatiabilibus corpore rixa lupis. 170**
- In loca ab Elysiis diversa fugabere campis;**  
**Quasque tenent sedes noxia turba, coles.**
- Sisyphus est illic saxum volvensque petensque,**

161. contingent. 168. avidae.

- ? pro v. scr.; wy. *concutis umbris* H. 155. *agas* d.
156. *Et sequar* ad; C pro v. scr. in null. k. parte *quietus*  
 Hiwy. 157. *torta* A B a et tres; C pro v. scr.; x. *Verb.*  
*orva* C. *secta* g. *scaeva* H. *saeva* reliqui omnes. *nexaeque* vo-  
*ucres* G. *sonit.* *vexata colubris* c. *innexa colubris* Schraderus  
 entabat. Fortasse praestet: *nexaeque colubrae*, sc. sonabunt, Met.  
 b, 492.; e et is saepe confusa. 159. *Contia* e. *Sontia* olim  
 oni. Heinsius. *ob ora* Schraderus. 160. *tibi est* a. 161.  
*contingent* E H b c et quatuor; wy. 162. *deiciere* a. *proi-*  
*iere* A et plurimi. 163. *plaudente strahere* d. *plaud.* *fo-*  
*ris* unus Vaticanus. 164. *faucibus* coni. Heinsius Syll. 3,  
 . 416. probante Schradero. 165. *carpent* e, Mentelianus.  
 66. *Resp. indignum* E. 167. *rostris* E. *turdus trahet* g.  
*radus trahet* D, unde Heinsius in schedis coni. *crudus trahet.*  
 alckenarius ad Callim. eleg. p. 283. *tua distrahet.* Withofius: *rabi-*  
*us*, Schraderus: *carpens*, *carpti.* Tu vide Salvagnii notam, qua  
 raeclare vulgatum tuetur. *trahat* b. 168. *avidae* C E b.  
 70. *reta lupis* A. 171. *div. vocabere camp.* d. *elisiis cam-*  
*is diversa fugare* A. 172. *tenet* omnes libri praeter A a b.  
*apia turba* e g, unus Mediceus. 173. *volvens saxumque* di.

Quisque agitur rapidæ vinctus ab orbe rotæ;  
 175 Quæque gerunt humeris perituras Belides undas,  
 Exulis Aegypti, turba cruenta, nurus;  
 Poma pater Pelopis praesentia quaerit, et idem  
 Semper eget, liquidis semper abundat aquis;  
 Iugeribusque novem summus qui distat ab imo,  
 180 Visceraque assiduæ debita praebet avi.  
 Hic tibi de Furiis scindet latus una flagello,  
 Ut sceleris numeros confiteare tui:  
 Altera Tartareis sectos dabit anguibus artus:  
 Tertia fumantes incoquet igne genas.  
 185 Noxia mille modis lacerabitur umbra; tuasque  
 Aeacus in poenas ingeniosus erit.  
 In te transcribet veterum tormenta virorum:  
 Manibus antiquis caussa quietis eris.  
 Sisyphæ, cui tradas revolvibile pondus, habebis;  
 190 Versabunt celeres nunc nova membra rotæ;

179. qui summus.

*volvensque ferensque* Withofius in schedis ineditis suadebat. 174.  
*Quisque* A. *rapidus* H. *vectus ab vett.* edd. *vinctus* G, duo.  
*orbe roge* A. 175. *Quaque* d. *humero* g. *hum. per tantas*  
*bel. e. urnis tentabat* Heinsius; probabat Burmannus. Schraderus  
*ascripserat* Prop. 5, 11, 28.:

*Infelix humeros urgeat urna meos.*

176. *egisti* A et longe plurimi, corrigente tamen iam Domitio.  
 177. *praesentia captat* CE. *quaerit in undis* fk. *Utrumque* ex  
 Am. 2, 2, 43, vel infra 191. 178. *eget gelidis* B. 179.  
 Ita codd. nostri omnes praeter h et alium, fortasse C, qui: *qui*  
*summus*, uti et wy. 180. *assiduo cei. ditia praebet* B.  
*praestat avi* G1, duo Heins. 181. *Sic tibi* A h x. *Huc tibi* B.  
*Nunc tibi* G. *scindat* x. 182. *numeros sceleris* a. 183.  
*anguibus* g et vett. edd. *arcus* A. 184. *incoquit* Ag. *per-*  
*coquit unus Patavinus. ore genus* unus Heinsii et wy. Inde  
 Schraderus eliciebat: *aere* et explicabat de *laminis*, de quibus vid.  
*Wasserschlebenium meum* in commentatione de quaestionibus per  
 tormenta p. 27. 185. *laceraberis umbra* B. 187. *trans-*  
*scribent* A. *veterum monumenta* B. *reorum* Heinsius corrigebat,  
 oppido eleganter. 188. *Omnibus ant.* A B E b c d e k l. *Omnibus*  
*et solus causa* G. *Sontibus* iterum Heinsius. *causa quietus* A.  
 189. *cui credas* b. *cui reddas* g. *revocabile* c g. 190. *Vers-*  
*cabunt* H. *Quassabunt* unus Medic. *et nova* l. *nunc tua* g.  
 191. *Hic et erit* ex A C d. *Hic erit et reliqui. qui carpat* C.

Hic erit, et ramos frustra qui captet, et undas;  
 Hic inconsumpto viscere pascet aves.  
 Nec mortis poenas mors altera finiet huius:  
 Horaque erit tantis ultima nulla malis.  
 Inde ego pauca canam; frondes ut si quis ab Ida, 195  
 Ant summam Libyco de mare carpat aquam.  
 Nam neque quot flores Sicula nascantur in Hybla,  
 Quotve ferat, dicam, terra Cilissa crocos,  
 Nec cum tristis hiems aquilonis inhorruit alis,  
 Quam multa fiat grandine canus Athos: 200  
 Nec mala voce mea poterunt tua cuncta referri,  
 Ora licet tribuas multiplicata mihi.  
 Tot tibi vae misero! venient talesque ruinae,  
 Ut cogi in lacrimas me quoque posse putem.  
 Illae me lacrimae facient sine fine beatum: 205  
 Dulcior hic risu tunc mihi fletus erit.  
 Natus es infelix, ita di voluere, nec ulla,  
 Commoda nascenti stella levisve fuit.  
 Non Venus affulsit, non illa Iupiter hora,

191. erit et. 192. avem. 201. possiunt.

carpit i. in undas B. undam Ee. 192. inconsulto Ee.  
 nem k unus Medic.. Mirum, non e versu 190., vel 289, didicisse  
 editores, qualis hic esset pluralis. 193. poenam mor alt. G.  
 194. nulla malis d. 195. flores ut si unus Vatic. ab Ida  
 Fa unus Medic. ad Ida w. in hible l. BC reliqui omnes et  
 omit. in notis: in Ida. Nescio quid Heinsium commoverit, ut in  
 chedis tentaret: Iliaca canas frondes, et Laomedontea frondes ut  
 i quis. De codice C bis mentitur Burmannus. 196. Aut  
 x A et uno Vaticano. Vel E. Et reliqui. carpit e. carpit  
 icfiy. captet B. 197. Vix unus cum A et z: nascantur.  
 nascuntur luret. et alius. nascuntur reliqui. 198. Quotque  
 Gy. Falisca A. Cilisca B. Alii alia, multi proxime a vero.  
 201. Nec tua — poterunt mala C. possent a. possunt tua vota  
 referri i. Nullus possint, aut poterant. 203. venient ex AC  
 DEHabdfig, decem aliis; wxy. veniant reliqui. tantaeque rui-  
 ae C. 204. lacrymis ai. putes Fabf et quinque. 206.  
 Dulc. is ris. C. Tum et tunc scribemus ad codicis A fidem. Ubi-  
 que enim praeterquam ante c et q fluctuant libri. tum C et un-  
 tecim. 208. stellaque clara fuit l. levisve Fdg et duos  
 visus venit g (sed corr.). 209. Nec Gl. Nec Venus aff,  
 nec in illa ACd. Non Venus stella affulsit g. effulsit bk.,  
 210. Lunave a. non alto. CE. Soles a. et ux. unus. rel. alter; 22

- 210 Lunaque non apto solque fuere loco.  
 Nec satis utiliter positos tibi praebuit ignes,  
 Quem peperit magno lucida Maia Iovi.  
 Te fera nec quidquam placidum spondentia Martis  
 Sidera presserunt, falciferique senis.
- 215 Lux quoque natalis, ne quid nisi triste videres,  
 Turpis et inductis nubibus atra fuit.  
 Haec est, in fastis cui dat gravis Allia nomen,  
 Quaeque dies Ibin, publica damna, tulit.  
 Qui simul impura matris prolapsus ab alvo
- 220 Cinyphiam foedo corpore pressit humum,  
 Sedit in adverso nocturnus culmine bubo,  
 Funereoque graves edidit ore sonos.  
 Protinus Eumenides lavere palustribus undis,  
 Qua cava de Stygiis fluxerat unda vadis;

210. Solve. 219. impurae. 223. ulvis.

211. ut. solitos tibi unus Heinsii. 212. Quas G. Que peperit — Maia roim A. Iove biwxy. 213. placidi unus Heinsii. T. f. nec quicquam splendentia M. G. 215. tride videntes B. 216. indictis C. arta fuit d. 218. Non FGHWy. 219. Quas c, duo alii. Quod e. impuras a et sex septemve; wxyz, est in fine addunt ADEFGabefikw. 220. Scimiphiam A. foedo d, duo alii; wy. pectore i. 221. averso C. noct. limine g. 222. Funereosque d. 223. Salvagnius et Heinsius improbantur repetita undis, unda correxerunt, ille: paludibus undis, hic: palustribus ulvis. Hoc posterius non uno verbo quale esset, ab auctore in notis, aut schedis explicatum boni editores receperunt: illum correctionem suam intellexisse confisi. Merito hoc quidem. Credo enim Heinsio observatum esse locum Servii ad Aen. 8, 53: fluvialem aquam purificationi aptam latenter ostendit intantum, ut etiam harundinibus, quas fluminum germina esse non dubium est, purificatio rite celebretur. — ut doceat hoc etiam in harundinibus in purificatione, quod per aquam impleri posse, sicut in sacris traditur. Non igitur prorsus ab Heinsio, sed tamen locutio insolita et librorum consensus damnavit emendationem. Ego non offendo in repetitione vel maxime Ovidiana, si modo recte haec pronuncientur. Uncinis breviorum verbum poteram instruxisse. In eodem paene argumento ac nomine Fast. 6, 157.:

*Spargit aquis aditus; et aquae medicamen habebant.*

Ita enim libri tantum non omnes. 224. Ita olim Salvagnius emendaverat: nostris libris omnibus addicentibus praeter G, quod cum wy: Quas cava. Tu vide Tr. 1, 10, 27. In annotatione Burmanni pleraque Heinsio subiecta sunt praeter „inanem aquam,”

Pectoraque unxerunt Erebeae felle colubrae, 225  
 Terque cruentatas increpuere manus:  
 Gutturaque imbuerant infantia lacte canino;  
 Hic primus pueri venit in ora cibus:  
 Perbibit inde suae rabiem nutricis alumnus,  
 Latrat et in toto verba canina foro. 230  
 Membraque vinxerunt tinctis ferrugine pannis,  
 A male deserto quos rapuere rogo.  
 Et ne non fultum nuda tellure iaceret,  
 Molle super silices imposuere caput.  
 lamque recessurae viridi de stipite factas 235  
 Admorunt oculis usque sub ora faces.  
 Flebat, ut est infans fumis contactus amaris;  
 De tribus est cum sic una locuta soror:  
 Tempus in immensum lacrimas tibi movimus istas,

227. imbuerunt. 239. movimus.

signum auctore inventum. 226. *Inq̄s cruentatas* A, satis  
 frequenti erroris genere. 227. *Imbuerunt* ex tot codicibus  
 solus a, editorum wxz. Reliquos si sequaris, intelligis arctius se-  
 quens distichon huic astringi: quo fit, ut Heinsii et Schraderi  
 censuram illud effugiat, qui orationis decursum eo turbari causa-  
 bantur. Nam alterum argumentum e versus 14. scripturae discre-  
 pantia petitum infirmus est. 229. *Ebibit* BCDEz. *Prae-*  
*buit* i et duo. Utrumque e scripturae compendio male lecto. Eun-  
 dem errorem tollebamus in Trist. 1, 9, 35.:

*Perstet iam miseris pietas: et in hoste probatur.*

230. *Iactat et Eb*, vide supra. 231. *Membraque tinxerunt*  
*lactis* A. *inxerunt* EF et septem; wy. *innexerunt* b. *tinxe-*  
*runt* g. *pannis f. tinctis* DI. De Francofurtano falsus est Bur-  
 mannus, in Heinsiana exemplorum congerie compilanda diligentior.  
 232. *Ab male* A. 235. *de cespite* Cegl. *de stipite sectas*  
 coniciebat Schraderus. 236. *atque sub ora* codd. Const.  
 Fan. *usque suborta* e. *sub ore* b. *oculos usque sub ora* Schra-  
 derus malebat. *Os et oculi* coniunguntur supra v. 155., Met. 10,  
 351. 237. *fumis infans* kl; F pro v. scr.; wy. *infans*  
*furiis* a. *furiis infans* Fbc. *contractus* Bg. *contortus* i.  
 238. *est et sic* g. 239. *lacrimas iniungimus istas* CE. *la-*  
*crimas nos mov.* k. *lacrimas commovimus* d. *tibi movimus* b.  
*tibi movimus* l, codd. Const. Fan. unus Mediceus et Vaticanus ab  
 Heinsio inspecti; wy. *movimus ipsas* Ak. Quam absonum sit,  
 quod expulimus, quis videt. *Furias movere* inusitatum est, per-  
 fectum locum non habet. Librorum auctoritas id significat, quod  
 res exigit, omnis causa violente expressas lacrimas; *movere lacri-*

- 240 Quae semper causa sufficiente cadent.  
 Dixerat: et Clotho iussit promissa valere,  
 Nevit et infesta stamina pulla manu.  
 Et ne longa suo praesagia diceret ore,  
 Fata canet vates qui tua, dixit, erit.
- 245 Ille ego sum vates: ex me tua vulnera disces;  
 Di modo dent vires in mea verba suas,  
 Carminibusque meis accedant pondera rerum,  
 Quae rata per luctus experiere tuos.  
 Neve sine exemplis aevi cruciere prioris,
- 250 Sint tua Troianis non leviora malis.  
 Quantaque clavigeri Poeantius Herculis heres,  
 Tanta venenato vulnera crure geras.  
 Nec levius doleas, quam qui bibit ubera cervae,  
 Armatique tulit vulnus, inermis opem,
- 255 Quique ab equo praeceps in Aleia decidit arva,

241. at Cl.

242. infecta.

243. suae — horae.

249. moriare.

mas ab Ovidio aliquoties dicitur. 240. *cadant* codd. Const. BCG et alius Heinsii. *cadunt* i. 241. *Dix. haec Cl. B. at Cl. GH; F pro v. scr.; wy. ad Cl. i. Dix. ac oto e. et Clotho l. et dicto iuss. g. jussit praecepta v. E.* 242. *Venit et gl. Movit et e. infecta C. infausta* codd. Const. Fan. F. *stamina pulsa* AE. *infestae manus et infesti dei saepe* apud nostrum obviam: *mecum facit V. D. Osannus, qui suum codicem laudat ad Apuleium, p. 20.* 243. *suae pr. d. horae editi x, scriptorum, qui noti sunt, nullo confirmante. Nec satis intelligi potest.* 244. *Facta Hdegil, improbante iam Constantino. renat. Gi. qui tibi H.* 245. *Hic ego l. vates per me AC Ecd et duo. in me b; wy. tua funera g, Bononiensis.* 246. *Dii modo dent g, unus Patav. Dent mihi ek. modo dum vires A. in mea vota unus Patav.* 247. *accedent carminum rerum l. accedunt E.* 248. *experiere CDFHagi; wy.* 249. *moriare prioris nescio quo aut cuius errore in sola Burmanni editione extat.* 250. *nec leviora b.* 251. *peanchius A. Herc. heros EG di; y.* 253. *doleas levius c.* 254. *Armatisque ef. Arma utraque tulit unus Medic. tulit nullus i. tibi vulgus omnes reliqui libri praeter Ag. inerme potens omnes scripti qui hactenus collati sunt, nisi quod Constantinus: petens invenit. Veram scripturam in vet. editione se invenisse testatur Micyllus, quam non vidi.* 255. *Scriptura, quam exhibemus, Heinsii est correctio; alia e Constantino iam commemorata: in Aleis decidit arvis. Altera Graecorum usum, altera Ciceronis Tusc. 3, 26: — in campis errabat Aleis*

**Exitio facies cui sua paene fuit.**

**Id, quod Amyntorides, videas, trepidumque ministro  
Praetentes baculo, luminis orbus, iter:**

**Nec plus aspicias, quam quem sua filia rexit,**

**Expertus scelus est cuius uterque parens:**

260

**Qualis erat, postquam est iudex de lite iocosa**

**Sumptus, Apollinea clarus in arte senex:**

**Qualis et ipse fuit, quo praecipiente columba**

**Est data Palladiae praevia duxque rati:**

**Quique oculis caruit, per quos male viderat aurum, 265**

**Inferias nato quos dedit orba parens:**

**Pastor ut Aetnaeus, cui casus ante futuros**

**Telemus Eurymides vaticinatus erat:**

**Ut duo Phinidae, quibus idem lumen ademit,**

**Qui dedit: ut Thamyrae Demodocique caput. 270**

**Sic aliquis tua membra secet, Saturnus ut illas**

**Subsecuit partes, unde creatus erat.**

**Nec tibi sit melior tumidis Neptunus in undis,**

**Quam cui sunt subitae frater et uxor aves.**

257. trepidusque.

refert. Codices utrique favent, neutram tuentur. *praeceps aliena in decidit arva* D G c d f g i l, Iuret. et sex. *aliena incidit arva b. alienaque in incidit arva e. alienis incidit arvis* A B C, (nisi quod hic: armis) F k, prim. Medic. *alienis decidit arvis* reliqui, sed y: armis. 256. *Exitii causa cui sua penna fuit* d. *Exitii fac. cum sua pena fuit* g. *sua poena* G i k l. 257. *trepidusque* A B d k et septem. Reliquorum numero obtemperavimus. *trep. magistro* B c i. *ministros* k. 258. *Pertemptes* A. *Sustentes* Iuret. *lum. urbis iter* B. *orbis* e w y. 259. *Nec prius asp. e. Non prius* d. *inspicias* D, alius. *aspic. quenquam sua* A. 260. *Expertus facinus cuius* C. 261. *est* omittunt A c i; F (a m. s.); w y. 263. *et ille* C G a g i et duo. 265. *viderat arvum* d. 266. *quod dedit* g l. 267. *ethneus* A. 268. *Thelemus* A. *Theolenus* l. *Telephus* C. *Stelefus* G. *eurimides* A C G. Alii alia. 269. *Et duo* D G g. *Vel duo* c. *Phineidae olim vulgatum num codices habuerint, dubito. Hoc distichon sequenti postponit* H. 270. *dedit et damure* l. *thamire* A C. *demophodique* A y. *demophochique* B. *demolophique* C G. Proxime omnium ad verum eg: *demodosique*. 273. *tumidis melior* e f w x y z et plures, sed deteriores. 274. *Et qui* l. *cui sint unus* Vatic. *subito* E et duo. *sunt visae* fr. F pro v. scr. et alius cum w x y. Praeferebat hoc durae, ut puta-



- 275 Sollertique viro, lacerae quem fracta tenentem  
 Membra ratis Semeles est miserata soror.  
 Vel tua, ne poenae genus hoc cognoverit unus,  
 Viscera diversis scissa ferantur equis.  
 Vel quae, qui redimi Romano turpe putavit,  
 280 A duce Puniceo pertulit, ipse feras.  
 Nec tibi subsidio praesens sit numen, ut illi,  
 Cui nihil Hercei profuit ara Iovis.  
 Utque dedit saltus de summa Thessalus Ossa,  
 Tu quoque saxoso praecipitere iugo.  
 285 → Aut velut Euryali, qui sceptrum cepit ab illo,

281. sit praesens. 283. summo.

bat, vulgatae Schraderus. Non meminerat, quid toties in Metam. significaret *subitus, novus, ignotus, recens.* 275. *Sollertius G. fracta legentem g.* 277. *Et tua A. genus haec B.* 278. *Vulnera div. g. divers. secta trahantur equ. duo Heinsii. equis C et sex alii.* 279. *redimi Romanum E. Romanos DFG bci; x.* 280. *duce Cinifeo codex Constantini, teste Heinsio. ipse foras A.* 281. *Nec sit subs. praesens tibi numen d. Nec sibi g. prassidio k. sit praesens unus Heinsii, wy, contra legem in oppositis sibi notionibus sancitam.* 282. *Cum nihil Domit. in notis. Cui nil rethei ADEHbcdeik et septem. nil crethei l. nihil rtheti B. nihil resthei G. nihil ethei f. nil oethai duo. Cui Irethei g. nil hersaei Iuret. nil hercaei wy. Male me hoc habet, quod nihil praeterea enotavit Heinsius; nam reliquos omnes ipsam vulgatam: Hercaei habuisse hodie non credam. Esto veram esse, altera, h. e. Rhoethi casu extitisse non videtur, sed ex loco Metam. efficta esse 11, 197:*

*Dextera Sigei, Rhoethi laeva profundi*

*Ara Panomphaeo vetus est sacrata Tonanti.*

Adde, quod Serv. ad Aen. 2, 506. et 557. e Pacuvio refert in Sigeo promontorio a Pyrrho Priamum occisum. Ut res est, vereor, ne meliores libri sequendi fuerint. 283. *Utve Gi. de summo ABGdi. de summo CE et tres. e summo wxy. Libri namquam fere apud Ovidium favent huic usui, quod iam intellexit Schneiderus Gr. L. 1, 2, p. 18. e summo F pro. v. scr. e summo reliqui. tesalus e. dedalus w, non Domitius. Audi Schraderum, vel doctum virum, cuius observationes suis ille inseruit: Scholasticae vocatur Ionus rex Thessaliae. Fallor, an voluit Ithonus (?), is enim est rex Thessaliae Lucano 6, 402:*

*Primus Thessaliae rector telluris Ithonus*

*In formam calidae percussit pondera massae.*

*Itaque videtur intelligendus ille rex Thessaliae et Euryalus eius successor etc.* 284. *praecipitare Cg.* 285. *Eurioli E. Aurioli b. Erioli c. eroli A. Eridaci a. eurilici g. eruloci i.*

Sint artus avidis anguibus esca tui.

Vel tua maturet, sicut Minoia fata,

Per caput infusae fervidus humor aquae.

Utque operum mitis, sed non impune, Prometheus,

Aërias volucres sanguine fixus alas.

→ Ant velut Etracides magno ter ab Hercule quintus,

290

289. parum.

*Eriloci* Cl. *Eriloci* Id. *Euriboi* DG. 286. *avidis unguibus* i et edd. quaedam. *esca tuis ei.* 287. *veluti Min. F.*  
*Minoida* dg, ed. Domit. 289. *Aquas parum w. Utque pater mitis G. parum fidus C. parum mutis dl. parum minus e. parum metuens g. Utque parum mitis reliqui.* Heinsius a codice suo admonitus tentabat:

*Utque parum metuens, sed non impune, deorum;*

ut vulgatum e glossa irrepsisse videretur. Salvagnius distichon proscribebat, quia a codice suo abesset. Eius sententiae accedebat Schraderus argumentis his: codicem Sanvictorianum optimae notae esse; de hac re Salvagnius viderit: Prometheus infra denuo positum esse; cuius modi plura in hoc libro inveniuntur: verba inepta esse; emendasset. Coniectura mea, quam proposui, legitimos numeros explere videtur. Mutatio lenis est: *par* per compendium idem, quo *per*, solet scribi, una littera detrita fuit. Locutio Ovidiana est, cfr. de *operibus* Fast. 3, 833.:

*Mille dea est operum. —*

Met. 1, 468: — *promit duo tela pharetra*

*Diversorum operum: fugat hoc, facit illud amorem:*

*Quod facit, hamatum est etc.;*

de genitivo Am. 2, 9, 30: *durior oris equus*, Met. 8, 614: *mentisque ferox Ixione natus*. Mitia facta Promethei immitium Ibis memoriam inferunt.

290. *volucres arbore fixus F. sanguine pasce tuo* cgl. *volucres corpore pasce tuo* ABCdi et sex. Sequeremur, si vel semel imperativo in his imprecationibus usus esset poeta. Haec scriptura fortasse causa fuit, ut in superiori versu Schraderus olim *Procrusten Prometheo* substituere voluerit. *arbore* probabat Withofius, et priora ita refingebat:

*Utque parum mitis Samiorum impune dynastes,*

Polycratem ab Oronte captum intelligens. 291. *Ac velut xz.*

*Aut ut Eceracides B. Aut ut Eoratides CG. Aut ut Ecetracides d. Aut ut Ethetratides E. Aut ut Ethatrides b. Aut ut Echatrides i. Aut ut eregratides l. Aut ut Ethicatides k. Aut ut Eradines c. Aut ut Heraclides ag. Aut ut Etracides D.* Domit. in notis. *Ecatrides F. Ecratides Hwy. Cratides F* pro v. scr. *Hercule victus E* pro v. scr. In c glossa erat: *Etratides erat in libro Basilii Aquilini*. Historia obscurissima est. Eurycrates Polydori filius apud Herod. 7, 204. decimus quintus dicitur ab Hercule; Carani, qui sextus decimus dicitur a Velleio 1, 6. pater num Meltas Lacidides fuerit apud Pausan. 2, 19, 2. incertum est, nec

Caesus in immensum proiciare fretum.  
 Aut ut Amyntiaden, turpi dilectus amore  
 Oderit, et saevo vulneret ense puer.  
 295 Nec tibi fida magis misceri pocula possint,  
 Quam qui cornigero de Iove natus erat.  
 More vel intereas capti suspensus Achaei,  
 Qui miser aurifera teste pependit aqua.  
 Aut ut Achilliden cognato nomine clarum  
 300 Opprimat hostili tegula iacta manu.  
 Nec tua quam Pyrrhi, felicius ossa quiescant,  
 Sparsa per Ambracias quae iacuere vias.  
 Nataque ut Aeacidae, iaculis moriaris adactis:  
 Non licet hoc Cereri dissimulare sacrum.

299. Achillidae. 304. nefas.

de Tarentinis post Phalantum regibus constare videtur praeter unum ab Herodoto 3, 136. nominatum. 292. in immissum w. proiciare A. proiciere cdek. praecipitare l. praecipitare duo. 293. aminchiaden A. Amiciaden BGe. amithiaden l. Amintiaden C. Amniciadem d. Amnicidae g. Aminthonides c. Emanitiadem b. Amantiaden D; Fc pro v. scr. Amantiadem w. Amaciaden x. 294. ense caput x. 297. Morte Fbg; C pro v. scr.; x. 298. miser aetharigem teste pep. C. veste pep. a, cod. Const. veste pep. C. triste pepend. EHabc; xz. 299. Achilliaden B. Achillidem DEGAby. achileiden l. cognatum g. nomine chorum i. Achillidae Heinsius suadebat. 300. Opprimat hostile teg. A. Deprimat g. regula d. 301. ossa regbant l. 302. ambracias ABGe. Pluctum in simpulo excitat Burmannus, vid. Hygin. f. 123. 303. Aeacida luret. telis moriaris x. moriaris acutis E. 304. licet haec Cer. B. Non factum hoc Cereri dissimulare licet f. hoc ceteri G. dissimulare scelus b et duo; x. dissimulare socrum g. dissimulare sacrum ABDEcd eil, Polit. teste Gronov. novem alii et F pro v. scr.; wy. Reliqui cum C: nefas. Quos deseruisse iure mihi videor; dissimulare hoc quale esset, ex toto fugit interpretes, certe fugisse videtur. Nam Schraderus in schedis tam ambigue loquitur, quam Salvagnius. Cererem ab Ovidio caedis Laodamiae, vel Deidamiae insimulari, quae Aeacidis inimica traditur, verum est. Dissimilabat vero, quia Iustino narrante Epirotae profanationem templi (Dianae illud fuit, sed accuratius designare noluit Ovidius) sterilitate ac fame luerunt. Ulciscebatur igitur illos ea potissimum dea, quae Pyrrhum Epirotam, patrem virginis, interemisse fertur. eorum scripsimus libris iubentibus, quia et huic verbo acerba ambiguitas inest, cfr. Met. 8, 482., tum 13, 461. ibique et alibi de Taurico sacrificio, et rursus in Cerere dissimulante nescio dicam

- Utque nepos dicti nostro modo carmine regis, 305  
 Cantharidum succos dante parente bibas.  
 Aut pia te caeso dicatur adultera, sicut  
 Qua cecidit Leucon vindice, dicta pia est.  
 Inque pyram tecum carissima corpora mittas,  
 Quem finem vitae Sardanapalus habet. 310  
 Utque Iovis Libyci templum violare parantis,  
 Acta noto vultus condant arena tuos.  
 Utque necatorum Darei fraude secundi,  
 Sic tua subsidens devoret ora cinis.  
 Aut ut olivifera quopdam Sicyone profecto, 315  
 Sit frigus mortis caussa famesque tuae.  
 Aut ut Ataraites, insutus pelle iuveni

309. pignora. 310. Quam. 314. ossa. 315. fugato.

elegans, an quaesita circa arcana Eleusinia. 305. *Atque* l. *nepos nostro dicti modo* g. *dicti modo nostro e. nostro quoque* carm. b. *carmine pyrri* G. 306. *Cantharides* Bonon. *Thessalicum A. Thessalidum* B D E d. *Tassalidum* l. *Thessalidis* G. Historiam docta coniectura ex Athen. l. 13, 56. Salvagnius illustravit. 308. *indice facta* C. *vindice facta pia est* G. Scholiastae fides accedere videtur e Diodoro 14, 93; 16, 31. 309. *Lisqua pyram* (vel simile quid) A. *carissima pignora* ef et F pro v. scr. Recepterat Heinsius ex uno, de quo tribus fidem denegamus. Cfr. modo Fast. 5, 623.:

*Corpora post decies sonos qui credidit annos*

*Missis neci* etc.

Met. 3, 58: *Aut ultor vestrae, carissima corpora, mortis.*  
 310. *Quam* F et unus Vaticanus. 311. *Iovis Libyae* Bonon. *violasse e. parantes* omnes libri praeter l, qui: *parentes*, et a, quem sequimur. Hoc modo iam Salvagnius ediderat. 312. *Acta noto* Iuret. et Bonon. *vultus contegat unda tuos* A.  
 313. *necatorum priamei fraude* A. *Dareii y. Dareii* vulgata erat ante Heinsium. 314. Ita ABCDEFcdg, Politian. teste Gronovio, Sanvictor. et septem; wy. *succedens* ik. Reliqui: *succedens*. Scripturam receptam et eius interpretationem tuetur Valerius Maximus 9, 2., cinerem illum *insidiosam congeriem* appellans. Idem tuetur *ora*, pro quo: *ossa* g, duo alii et F pro v. scr.; w. 315. *Sicyone fugato* Bk tres Heinsii et unus Ciof. Hoc receperunt qui tamen de historia omnia ignorant. Velut in coniectura Salvagnii e Pausan. 2, 6, 3. *profecto*, nimirum *ad bellum*, ut Fast. 1, 279. unice conveniret. Verum de Epopei morte alia tradit Pausanias, nec quod Salvagnius in editione veteri invenerat: *olivifera* in codd. extat, quod scribit Burmannus.  
 117. *Aut no A. w. atharnetes* A. *Atharnices* B. *Atharnites* C.

Turpiter ad dominum praeda ferare tuum.  
 Inque tuo thalamo ritu iugulere Pheraei,  
 320 Qui datus est leto coniugis ense suae.  
 Quosque putas fidos, ut Larissaeus Aleuas,  
 Vulnere non fidos experiare tuo.  
 Utque Milon, sub quo cruciata est Pisa tyranno,  
 Vivus in occultas praecipiteris aquas.  
 325 → Quaeque in Adimantum Phlaysia regna tenentem  
 Ab Iove venerunt, te quoque tela petant.  
 Aut ut Amastriacis quondam Lenaeus ab oris,  
 Nudus Achillea destituaris humo.

*Atharnides* G. *Atarnites* DFd et duo. *Acarnides* I; F pro v. scr.; w. *Acarnites* E et duo. *Atharnites* ac. *Archanites* g. Reliqui: *Acharnides*. *Acharn. hirsutus pelle* Herculani codex. *inductus pelle iumentis* l. Vides probiores libros bene conspirare: ut peius scholiasta et Diodor. 16, 52. 319. *thalamo iugulato* more Ph. bi et tres; wxy. *iugulare* Ceg. *morte* H. *feri A. Pherei* i et duo. *Phelei* D. *philei* l. 320. *est lecto* l. *ant Sciae* B. 321. *putes* duo Vaticc. *alebas* libri. *Abotes* F pro v. scr. Primus correxit Josephus Scaliger. De historia nihil constat. 322. *experiare* l. *experiare tuos* Eg. 323. *Atque mylo* l. *Utque Milon* Fa, Iuret. et alius. *Utque Malo* b. *Uive malo* A. *Uive Milo* d. Reliqui: *Utque Milo* sub. Salvagnius: *Ut Phidon* corrigebat, Schraderus, quod non intelligebam. Historia ignota. Si Pausanias 6, 21. de abiectioe in Alpheum quidquam haberet, possis Festi meminisse: *Pisatitem appellat Naevius Pantaleontem e Pisis oriundum tyrannum, cum aliqui inde profecti nunc Pisani dicantur*. Certe crudelissimus fuit, vid. Herclidem Ponticum polit. 6. Scriptum fuerit *P atalo, Vel malo, etc.* De structura vid. vv. 426, 432. 325. *in Amidantum* D. *adymantum* G. *Achimarum* b. *Quaeque adhiniantem* c. *Phlaysia* B. *phillesia* A. *phyllesia* k. *phylesia* ef. *phileia* l. *phylasia* wy. *Philesia* reliqui omnes. Scaligeri coniecturam interim exhibemus. Nam de fabula nihil hucusque annotatum est, quod repeti mereat. *sceptra tenentem* unus Medic. 325. *A Iove* omnes libri praeter primum Mediceum. Sed alibi, velut in *Fanti*, constanter optimi libri ita, uti dedimus. 327. *Aut amastriacis quondam lenneus ab horis* A. *Anastriacis* E. *amasteracis* G. *amateratis* l. *amastriacis* g. *laeneus* G. *Lernaeus* F. *Lemneus* Eek. *Lemneus* g. *Lempneus* fg. *pleneus* w. *Lepheus* D. *Scholiastis*, geographis Strab. lib. 12. p. 540., Melae 2, 7. adde Gall. 17, 26., si quasi per tenebras hoc argumentum cognoscere cupia.  
 228. *Nudus achimnea* B. *acinea* d. *abilea* e. *achanneus* g. *Apollinea* legebat L. Caecilius Minutianus Apuleius. Vide prole. nostr. 329. *Uive* d. *eridamas* A. *Eridanus* B. *Eurid-*

Itque vel Eurydamas ter circum busta Thrasylli

Est Larissaeis raptus ab hoste rotis:

330

Vel qui quae fuerat tutatus moenia saepe,

Corpore lustravit non diuturna suo:

Itque novum passa genus Hippomeneide poenae

Tractus in Actaea fertur adulter humo:

Sic ubi vita tuos invisā reliquerit artus,

335

Ultiores rapiant turpe cadaver equi.

us Gg. *Euridamus* Dael. bis circum i. *trasilli* A Ge. *thrailli* x. Scholiastae nostro astipulantur scholia Veneta Bekkeri ad Il. 22, 397.

330. Et Lar. a. Lar. natus ab e. 331. tutatus Pergama saepe g. Post versum 332. Domitius in notis interpretatur verss. 437, 438., et deinde 459, 60. 333. novum

genus est passa Hip. Dl. passa est genus libri scripti omnes. Hippomeneida A G. Hipomenida B. Hipomedina idem ab al. man. Hippomeneida e. Hippomeneida G. Ipomeida c. Hipomeia d. ypo-  
domeia g. Hippomeneia reliqui, nisi quod: passa est poenae genus Hippodametas k, unus Medic. et unus Vatic. Scriptura, quam exhibemus, extat in xz et vera utique videtur. Nam supplicium stupratoris tantum Ibidi hoc loco imprecatur poeta, Limonae posthac. Illud schol. tantum tradit et Heraclid. Pontic. polit. 1, §. 3. (ubi legerim: ὑποζεύξας μέγροι τοῦ θανάτου τῷ ἄρματι, sive μετὰ τὸν θάνατον pro: μετὰ τῆς θύγατρός, quae verba Coraës ἀποσοχαλίζει). Apud Callimachum extitisse intelliges e fragmento 457. ed. Blomf.

334. Tractus et Act. DEF Gcegikl, Iuret. et octo Heinsii probante Constantino. Tractus ut Act. Had. Heinsius Advers. p. 574. coniciebat: Tractus Erechthea. Post hunc versum in B sequebatur distichon, quod infra est v. 635, 636. Nimirum animadverterat aliquis sequenti disticho parum convenire cum scholiastae narratione: apud illum vivum adulterum currui alligari, apud Ovidium, uti videtur, mortuum. Desiderabat igitur mortis mentionem, atque, utpote homo ineptus, illud distichon si ad marginem ascriberet, scrupulum eum tolli posse putabat. Postea librarii aut hoc loco, aut, uti Cf, post 336. intruserunt.

335. tuos invita rel. Aai et alius. tuos irrisa rel. Mentelianus. 336. triste cadaver F. Post hunc versum e subiungit distichon, quod infra legis 437, 438. Scilicet bonus librarius per festinationem penso paene absoluto omisso sequenti disticho (eius rei vestigium extat in B., ubi deest,) transierat ad illa verba: Utque ferox, quibus exaratis surrexit a labore. Successor istud versus principium quaerens eadem verba infra inveniebat. disticho perascripto suum et antecessoris errorem animadvertisit, correxit, qua potuit. Simile quid passus est librarius codicis g. Is hoc loco subiungit distichon 459, 60. non verbis, sed simili praecedentis distichi argumento deceptus. Sed hic error vetustior: nam miro istoc modo, quo infra leges, tunc demum ii versus depravari coe-

Viscera sic aliquis scopulus tua figat, ut olim  
 Fixa sub Euboico Graia fuere sinu.  
 Utque ferox periit et fulmine et aequore raptor,  
 340 Sic te mersuras adiuvet ignis aquas.  
 Mens quoque sic furiis vecors agitetur, ut illi,  
 Unum qui toto corpore vulnus habet;  
 Utque Dryantidae Rhodopeia regna tenenti,  
 In gemino dispar cui pede cultus erat;  
 345 Ut fuit Oetaeo quondam, generoque draconum,  
 Tisamenique patri, Callirhoësque viro.  
 Nec tibi contingat matrona pudicior illa,  
 Qua potuit Tydeus erubuisse nuru:

342. cui — erat.

perunt; cum his eos adesse animadverteretur. Denique eo per-  
 ducta res est, ut in codd. DEgkl tria disticha interponerentur  
 post versum hunc 336., hoc ordine: 635, 636; 437, 438; 459, 60.,  
 et postremum quidem in k duplici forma. 337. *scopulis libri*  
 praeter Aakx et quatuor Heinsii alios, quos post Constantinum se-  
 quimur et g, qui: *scopulo scopulos e.* 338. *Graeca ce.*  
 339. *periit a fulmine a. raptus H.* Cfr. Callim. fragm. Actia  
 6. Bentl. 340. Post hunc versum l denuo habet vv. 635,  
 636. 342. *Unus qui e. Unum cui toto c. vulnus erat Cē*  
 unus Patav. *Unum qui toto c. vulnus erat Iuret. toto pectoris k*  
 et duo. Vides ignoratione rei interpolatores grassatos, editores in-  
 ter verum et fraudem medios substituisse. Monstrare debuissent  
*vulnus* pro *vulneris loco* dici (Oawens. N. H. p. 276.), deinde,  
 quod illo difficilius, in pectore, non in cervice, vel latere vulnera-  
 bilem Aiacem fuisse; ita scriptura, quam probarunt, videri potuisset  
 doctior. Nam si sententiā non differt, eaque e loco Met. 13, 267,  
 392. potissimum astruitur, cur vulgata deseratur? quia, inquit,  
 praesens tempus displicet. Expungendum igitur erit supra 316. et  
 infra 391., sicuti Trist. 4, 6, 40. ne sciri quidem voluerunt omnes  
 libros habere: *accedunt tempora.* 343. Ita BFHdikwy  
 et octo. *driantide Ag. Driatidae b. Utque adriantide G. drian-*  
*tine e. Thiantidas c. Dryantiadas reliqui. Pelopeia regna k et*  
 duo. 344. *Ingenio disp. GHex et duo. Ingenio disp. k*  
 et duo. *Ingenio haud dispar wy; unus Medic. pede vulnus erat*  
 Iuret. 345. *etheo A. eteo G. Acteo Fefkl et tres.*  
 346. *Thesimanique AGabi. Tesimanique B. Tsimanique CE*  
*edg. Thissimanique F. Thessimanique D. caligonesque Af. Cal-*  
*ligonesque CDEGHacgik; wxyz. Galligonesque b. calligan-*  
*que l. Calligenoque d. Callithoesque multi.* Hae scripturae ei fa-  
 vent, quam BFe et quidam Constantini soli servarunt, satis tamen  
 per se tutam. 347. *pudencior g. pudicior B.* 348. *su-*  
 rum g. 349. *Quaque d. iunxit Venerem AB EF ad. cis-*

Quaeque sui Venerem iunxit cum fratre mariti,

Locris in ancillae dissimulata nece.

350

Tam quoque di faciant possis gaudere fideli

Coniuge, quam Talai, Tyndareique gener:

Quaeque parare suis letum patruelibus ausae

Belides assidua colla premuntur aqua.

Byblidos et Canaces, sicut facis, ardeat igne,

355

Nec nisi per crimen sit tibi fida soror.

Filia si fuerit, sit quod Pelopeia Thyestae,

Myrrha suo patri, Nyctimeneque suo:

Neve magis pia sit capitique parentis amica,

350. necem. 351. Di qu. tam. 356. nota. 357. Pelopea.

sit lx. 350. Sooris in anc. g. Locris et anc. k. nece dempimus ex ABGbcdegk et octo aliis. dissim. vere l. necem eliqui. Burmannus errat, locum Athenaei Heinsio debet. Interpretes qui innotuerunt, supra scholiasten nihil sapiunt. Schraderus multa annotaverat de Aërope, Catreo et Plisthene, quae quia non atis usquequaque confirmata video, nec ipse astruere possum, mitto et ampliandum esse censeo.

351. Dii quoque tam ac. k et duo. Tum quoque G. Tam tibi di C. faciunt posse iud. d. dii Ae.

352. quam talii A. talei e. Tali d. Thanaii b. Danai F. thalai Gg. tindarideque G.

353. Quae roperare suis e. 354. premantur k et quinque. premaris

aus Patav. 355. sicut facit ardeat Bonon. facis ardeas

gno A. Illud Heinsius probabat, huic simile quid tentabat: sicut

acis, ignibus arde. Sed C: Canaces saevae facis ardeat igne. Ita,

at scio, hodie legeremus, nisi nimis somniculosus editor fuisset

Burmannus. Scriptura per se optima: fax Amoris, saevae faces

Amiarum, fax thalami et mortis Met. 10, 312, 350. Her. 11,

101, 103; 21, 172. omnia tritissima; vel coniecisse ita neminem

videret. Codex tamen interpolatissimus est, ac verendum, ne olim

coniteat ei obtemperasse: velut si idoneis argumentis probetur

bin, quisquis est, Canacem parturientem scripsisse, quam Nero

antavit, Suet. Ner. c. 21., ambiguitas his inesset non inficeta, cfr.

Crist, 2, 411.: — mollem qui fecit Achillem,

t Burm. ad Rutil. 1, 312. 356. tibi feda soror e. tibi

isa soror i. tibi nota soror Ek et tres. Ineptissimum hoc.

lemo aliter sororem cognovit unquam, quam per incestum. Caunis

e ita quidem. Fida caritatis aequae cognatorum, quam consuetu-

inis amantium appellatio est. Her. 4, 140; 5, 99. 357.

quod Pepei Thyesti d. Pelopea xz; scriptus liber nullus. Thyesti,

et Thyesti omnes libri praeter ag et duos. 358. Nyctino-

teque B. 359. Filia neve magis capiti sit fida parentis

DEFbc (sed hic: paterno) efgikl et duodecim; wxy. Ergo

ulgatam A (nisi quod: captique) BCGad et Iuretanus tuentur,



360 **Quam sua vel Pterelae, vel tibi, Nise, fuit:  
Infamemque locum sceleris quae nomine fecit,  
Pressit et inductis membra paterna rotis.  
Ut iuvenes pereas, proiecta cadavera quorum,  
Oraque Pisaeae sustinuere fores:**

360. tibi vel Pterela. 363. quorum fastigia vultus.  
364. Olim Pisaeae — foris.

hoc est ii, qui auctoritate vel elegantia praestant, omnes. De merito interpolatores quoque intemeratam hanc scripturam reliquerunt. Originem corruptionis vides. *Fida capiti*, nisi fallor, tam pravè dicitur, quam *pietas*, quae turpi obsequio et consuetudini ante memoratae opponitur, omittitur.

360. *Quam sua vel Terelae* DFa et quatuor: *Quam sua vel therale* G. *sua vel corole* e. *Quam sua vel Terela* Bf. *Quam tua vel terçle* A. *Quam tibi vel Telere* bk. *Quam tibi vel Pterela* quatuor. *vel Tulli vel tua* H. *Quam tua vel Pterela* reliqui. *vel tua Nise* Fwxy. Hic vera cum sequenti abest in l. Burmannianam lectionem nemo intelligat: placuerat huic altera versus longioris scriptura, cum hanc induceret: mox respuit, reiecit quod libris defendere poterat, admisit, quod omnino non poterat. Nos quod e vestigiis haud obscurè meliorum librorum restituiimus bene Ovidianum est et certe ultra correctorum intelligentiam positum.

361. *quae crimine fecit* g, 863. *pereas, inducta cadavera* B. *pereas quorum fastigia vultus* CEF G H g i k; wxy; luret. et duodecim. *pereas quorum fastidia vultus* d. 364. *Olim Pisaeae* Hbi et quatuor; C p m v. scr.; wxy. *Brachia Pisaeae* CGdk luret. et sex. *Quorum Pisaeae* f et quatuor. *sustinuere foris* d et Mentelianus notante Heinsio in schedis, et ita Constantinus Fanensis, incertum, an e codd. Interpolatoribus has tam miro modo variantes usquequaque scripturas acceptas referes. Unde profecti isti homines quorsum pervenerint, nostra e codice vetustissimo desumpta et Burmanni in editiones omnes propagata scripturae commonstrant. Cur ab illa deflexum sit, minime latet. Offensioni fuit verbum substantivum plurali numero in hexametro omissum, ut in illis Fast. 5, 451:

*Romulus ut tumulo fraternas condidit umbras,*

*Et male veloci iusta soluta Remo;*

Met. 13, 761. et fortasse Tr. 2, 507:

*Quodque minus prodest palma est: lucrosa poetae,*

*Tantaque non parvo crimina praetor emit;*

nam singulari numero frequentissime ita fit. Verum unde ista scripturarum portenta nata sint, paulo difficilius est dictu. Qui in breviori versu: *Olim* scribebant, simplicissime loco mederi volebant. Alii, ut opinor, quicquid ascriptum inveniebant, in rem convertunt. Ascriptae autem erant glossae, velut super *Oraque*: *Vultus*; deinde locus similis Fast. 1, 557: *Ora super postes affixaque brachia pendunt*. Inde aliquis congingebat:

*Ut iuvenes pereas, vultus affixaque quorum*

*Brachia Pis. etc.*

- Ut qui perfusam miserorum caede procorum 365  
 Ipse suo melius sanguine tinxit humum:  
 Proditor ut saevi periit auriga tyranni,  
 Qui nova Myrtoae nomina fecit aquae:  
 Ut qui velocem frustra petiere puellam,  
 Dum facta est pomis tardior illa tribus: 370  
 Ut qui tecta novi formam celantia monstri  
 Intrarunt caecae non redeunda domus:  
 Ut quorum Aeacides misit violentus in altum  
 Corpora cum senis altera sena rogam:  
 Ut quos obscuri victos ambagibus oris 375  
 Legimus infandae Sphinga dedisse neci:  
 Ut qui Bistoniae templo cecidere Minervae;  
 Propter quod facies nunc quoque versa deae est:  
 Ut qui Threïcii quondam praesepia regis

365. saepe. 370. capta. 373. in altos. 374. rogos.  
 375. lusos. 378. tecta.

Pro affixaque scribebatur: *fastigia*, versus male tornati incudi reddebantur, donec prodiret, quod Burmannus probaret. Utut est, non ignave iam olim istos, si deis placet, criticos rem gessisse vox quorum ostendit tribus locis invenienda. Nec *vultus* aliud quid est, quam glossa pentametri. Simili modo Her. 7, 85:

*Haec mihi narraras; at me movere merentem:*

*Ille minor culpa poena futura mea est,*

pro *Ille* quod Jahnus edidit: *Ure corruptum est ex altera diversa scriptura: Iure*, quae quidem pro glossa pertinebat ad: *merentem*.

365. *Et qui i. Vel qui c. miserorum saepe procorum* CGdl Mentelianus et quatuor. Idoneo libro auctore recipiendum fuisset. *Perfundere caede*, ut *caede madere* Met. 13, 389; 14, 199, *caede spargere* Art. 2, 135. 366. *sanguine sparsit humum* G.

367. *peritque* F (a m. s.) H; wxy. 368. *Quod nova e.*

*Quos nova w.* 369. *Et qui g.* 370. *Cum capta est d.*

*Dum capta est* DEbc dk decem alii; F pro v. scr. *capta est l.*

371. *Et qui a.* 372. *Intrarat g. Intravit k. non adeunda*

DH. 373. *in altos a et duo. in altis* DEGH bcef luret.

wy; F pro v. scr. *in alvis g. in atris i.* 374. *rogos a et*

duo. *rogis* DEGHbcfgi; kwy; F pro v. scr. 375. *ob-*

*scuris efgl; wxz; C pro v. scr. lusos amb.* Politiani codex teste

Gronov. et duo Heinsii. Tu confer Met. 9, 15: *superata iussa*

*novercae.* 377. *templo cecinere i.* 378. *Propter quos*

*fac.* Dl. *quoque torva deae est* BFa et alius; C pro v. scr. *torta*

xz duo Heinsii et scholiasta noster. *tecta* ADEGHbcdefgikwy

luret. et novem. Scholiastae fidem facere videtur Steph. Byzant.:

380. **Fecerunt dapibus sanguinolenta suis:**  
**Therodamanteos ut qui sensere leones:**  
**Quique Thoanteae Taurica sacra deae:**  
**Ut quos Scylla vorax, Scyllaeque adversa Charybdis**  
**Dulichiae pavidos eripuerunt rati:**
- 385 **Ut quos demisit vastam Polyphemus in alvum:**  
**Ut Laestrygonias qui subiere manus:**  
**Ut quos dux Poenus mersit putealibus undis,**  
**Et iacto canas pulvere fecit aquas:**  
**Sex bis ut Icaridos famulae periere procique,**
- 390 **Inque caput domini qui dabat arma procis:**  
**Ut iacet Aonio luctator ab hospite susus,**  
**Qui, mirum, victor cum cecidisset, erat.**  
**Ut quos Antaei fortes pressere lacerti:**  
**Quosque ferae morti Lemnia turba dedit:**
- 395 **Ut qui post longum sacri monstrator iniqui**

486. domos.

*Σίγες Ἰθροῦ Θούνης ὑπὲρ τοῦ Βυζαντίου.* 381. *Therodomanteos* DE<sup>2</sup>F<sup>2</sup>ai, *Terodomanteos* Ae. *Therodomanteos* l. *Therodomanteos* H. *Therodomanteos* G, proxime ad coniecturam Heinsii e loco Pont. 1, 2, 121: *Theromedonteos*. qui *pavere leones* unus Patav. qui *cinxere leon.* unus Medic. 383. *Scylla rapax* g et tres. *Scylla ferox* unus. 384. *Dul. rapidos* G. *eripuerunt* rota D. 385. *dimisit* CDFGabcdegikw et decem. *divisit* y. *demersit* nullus. in *lunum* c. 386. *Ant* CE<sup>2</sup>Fcdglxyz et tres. *Et Domit.* in notis. *lestricomis* qui A. *lestrigonia* qui g. *subiere rates* a, unde Heinsius: *lares coniciebat.* *subiere domos* k et tres. *domus* G. 387. *Et quis* H. *Ut quoque dux* g. 289. *Sextus* ut Mentel. et unus Vatic. *Sectus* ut Bonon. *Sexus* ut G. *Sex* ut Ic. ef. *Et velut Ic.* omnes reliqui libri, praeter DF, et schol. nostrum, quos sequuntur. *famuli* ACDEFHadgiklw. 390. *dominus* def et tres. *qui dedit* EHG et tres. 391. *hospite victus* k et duo. 392. *Quid mirum* A. *Qui mire victor* k et duo. 393. *Et quos* al. *anthei* Ae. 394. *lernia turba* e et edd. *quaedam.* *Lemnia* orba per prolepsin tentabat Heinsius. 395. *post longam* Bonon. *pro longum* E. *post annum* Dfg et tres; F pro v. scr. *post annos* Hi et alius; F pro v. scr.; w, non Domit. in notis, y. *per annum* e. *post novum* a. *pes lugum* unus Vatic. *Vulgata* vera potest esse; tamen quo referas illud: *post longum* tum demum noveris, si aliter legendum non esse decreveris. *Oportet* hanc fabulam aliquo modo in inimicum poetae convenisse: eandem

Elicuit pluvias victima caesus aquas:  
 Frater ut Antaei quo sanguine debuit, aras  
 Tinxit, et exemplis occidit ipse suis:  
 Ut qui terribiles pro gramen habentibus herbis

enim adhibet et simillimam illi non sine consilio copiose persequitur  
 Tr. 3, 11, 39. sqq. Quare fortasse hic olim extabat:

*Ut qui (pro dignum!) sacri monstrator iniqui etc.*

*sacri moderator iniqui Bonon.* 396. *Eduxit pluv. k et alius.*  
*Elicuit plenas G.* 397. *anthei e. antea l. entei wy. An-*  
*caei coniciebat Micyllus; cfr. Paus. 7, 4, 1. Sed schol. Apolloniū*  
*ad 4, 1396. Busirin et Antaeum Neptuni filios nuncupat.*

398. *ut exempl. eg. accidit D.* 399. *pro gramine haben-*  
*tibus BCG ay et tres; d pro v. scr. habentibus herbas B Ga et*  
*tres. habentibus haedis c. terribiles artus pro graminis habentes*  
*Iureti et unus Patav. Critici nobiliores Salvagnius, Heinsius,*  
*Schraderus hunc locum attraxerunt. Postremus spurium distichon*  
*pronunciat, quia res v. 379. praecessisset, quia sermo in hexametro*  
*male latinus, certe a Burmanno male defensus sit. Prius argu-*  
*mentum nihili est; multa in hoc carmine repetuntur, sed cum arti-*  
*ficio, fabula paulum conversa, tum verbis callide variatis, quibus*  
*rebus inopiam suam poeta dissimulavit. Alteri argumento despe-*  
*ratio emendationis inest. Eam tentaverat Salvagnius ita:*

*Ut qui terribiles pro gramen habentibus arvis,*

imox seipsum revocaverat, quia inconcinnum esset: *pavit equos hu-*  
*mano viscere pro gramineis arvis.* Recte, si de Diomede intelligas:  
 alter enim ablativus rem notat, alter locum. Optime Salvagnii  
 emendatio haberet, si velis de Antho cogitare, de quo en Antonii-  
 num Liberalem narrantem c. 7: *ἐπὶ δὲ Ἄνθος τοῦ Αὐτανόου*  
*παῖς ἐξήλασε τὰς ἵππους ἐκ τοῦ λειμῶνος, αὐταὶ εἰγόμεναι*  
*τροφῆς ἐξεθύμηναν καὶ τὸν Ἄνθον ἐπισῦσαι κατεβίβρωσκον*  
*πλεῖστα ἐπιβώμενον ἀμῦναι τοῖς θεοῖς.* Hic, inquam, ipse pro  
 pratis equos saturavit; non quidem impius, nam certe deos credi-  
 dit. Sed erunt fortasse, qui de corrigenda ea voce cogitandum  
 esse putent, reputantes, ea via tres scrupulos sublatum iri: repe-  
 titionem fabulae: suspectam rationem loquendi: tertio loco, quod  
 nemo hucusque animum advertit, defectus verbi finiti, quod e pro-  
 ximo altero utro disticho minime petendum est, et non indicatum  
 genus mortis in Diomede. Ego rem foenerariam a re critica dif-  
 ferre censeo, duabus correctiunculis tria sententiae commoda emenda-  
 nego. Possis fortasse: — *pro gramen habentibus ervis.*

Audi Priscianum l. 5, c. 10. p. 202. Kr.: — *pleraque semper sin-*  
*gularia inveniuntur, ut aurum, argentum, aes, plumbum, stan-*  
*num — electrum, triticum, ervum — faba, lens, pisa (vicia?). Adeo*  
*autem haec usus, non regula prohibet etiam pluralia habere, quod*  
*quidam propria confisi auctoritate plurali quoque, ut dictum est,*  
*haec potulerunt numero, ut hordea, frumenta, fabae, vina, mella.*  
 Ovidius non modo haec omnia dixit, sed etiam aera quovis signi-  
 ficatu, *electra Met. 2, 365., lentes, viciae Fast. 5, 267, 68. mara-*

- 400 Impius humano viscere pavit equos:  
 Ut duo diversis sub eodem vindice caesi  
 Vulneribus Nessus, Dexamenique gener:  
 Ut pronepos, Saturne, tuus, quem reddere vitam  
 Urbe Coronides vidit ab ipse sua.
- 405 Ut Sinis, et Sciron, et cum Polypemone natus:

402. Temporibus. 406. et de Pol.

*thros, papavera* Med. fac. 91, 99. Quidni igitur etiam *erva*? Erro equi saginabantur, Colum. 6, 26: *eoque tempore, quo vocatur a feminis, roborandus est largo cibo et appropinquante vere hordeo ervoque saginandus.* Cfr. 2, 7: *proxima deinde (pabula) cicera et ervum et farrago, quae est ex hordeo.* Pabulo autem, non legumine pastos equos intelligendos puto, uti et bovem apud Virg. ecl. 3, 100. *Gramen* vero omnis herba vocatur, Serv. ad Aen. 12, 119.

400. *sanguine pavit* A B E G c; C pro v. scr. Legendum censeo ob causam supra dictam: *Ultimus humano, vel simile quid.* 401. *diversi e. iudice* Hi. *vertice l. vindice fusi* B. 402. *Temporibus* omnes libri praeter A B c d. Valde verisimile est ex Hygini verbis fab. 33. Eurytionem cominus clava et ex adverso occisum fuisse. *Nessi l.* Secundum nomen recte effert solus C. *dexamenique* A. *Deximanique* B D E. *dexamanique* G. *Diamenique* H. *Dexamanique* k. *decaninique* g. *dexameneque* e. *Dissamenique* b. *Dessamanique* F. *Desemenique* a. *Desemanique* c. *Discamenique* i. *Dissimanique* plurimi. *Desimanique* genus E. 403. *pron. Neptune tuus* Hi w y. *tuus cui reddere* k et alius. *cui credere* unus. *quam reddere* G c e.

404. Ita B C D a c d; A sec. m. *Urbe Cor. vid. ab urbe sua* E G l; A pr. m. Reliqui: *Ipsa Cor. vid. ab urbe sua, nisi quod: urbe tua c, ab urbe sui g.* 405. *Et Scinis c.* *Cinis* A C l et quinque. *Sinus* B. *Senis* E. *Scynis et chiron* G. *Ut scinius et chiron e.* *sciniis ciron* y. *Ut scopulus chiron a.* *Scinis* reliqui scripti. *Scynis* w x z. et *Scyron* editi veteres. et *siron* l. et *chyron* d. et de *Polyp.* Ed. *politemone l.* *Poliphemone* A e f g y. *Polyphemone* F G w x z. *Polypemone nati* unus Medic. Non exiguus hic versus impeditus est difficultatibus. Sinidis nomen a libris satis firmatum videtur. Scripturae enim discrimina in schedis Heinsianis ad Her. 2, 70. prorsus eadem enotata video; praeter Berolinensis et Petaviani secundi scripturas. Sed tamen quam facile talia e glossis irreperere potuerint, intelligis. Petavianus ceterum ab interpolatore alias non alienus hoc loco, ut et v. 432., exhibere videtur, quod ultra captum scioli sit. Sequenti disticho de alio, quam Sinide cogitandum esse noli Salvagnio credere. Locus Pausaniae 2, 1, 3. corruptus est. Propertii versus nihil probant. Conferendi sunt Met. 7. verss. 440 seqq. Quare non longe absum ab ea sententia, ut Petavianum chartaceum sequendum putem. Locutio erit, qualis huic carmini convenit; Met. 7, 447: *scopulus nomen Scironis inhæret.* In altera versus parte nihilo facilius id

Quique homo parte sui, parte iuvenus erat:  
 Quique trabes pressas ab humo mittebat in auras,  
 Aequoris aspiciens huius et huius aquas:  
 Quaeque Ceres laeto vidit pereuntia vultu  
 Corpora Thesea Cercyonea manu:  
 Haec tibi, quem meritis precibus mea devovet ira,  
 Eveniant, aut his non leviora malis.

410

409. vidit laeto.

Sciron. Sinis et Sciron a nonnullis veteribus Polypemonis filii di-  
 cuntur, Apollodor. 3, 16, 1., Probo ad Virg. Ge. 1, 399: a nullo  
 Procrustes filius Polypemonis; temeritatis Burmannianae hoc erat  
 affirmare. Quanto doctius Salvagnius, qui legebat: *et cum Poly-*  
*pemone nata*. Operarum certe is error est, quod in utraque eius  
 editione extat *nata*. Nam neque accusativum orationis decursus  
 admittit, et multo facilius est mutatio *nato* in *nata*. Sed desidero  
 estem, qui Phaeam filiam Polypemonis faciat: nam quod Salva-  
 gnus Pityocamptem Cromyone educatum putat, nititur corrupto, quem  
 indicavimus, Pausaniae loco. Illud non incerta fide Pausanias tra-  
 didit 1, 38, 5: *πρὸς τούτῳ τῷ Κηρισῶ ληστὴν Πολυπήμονα*  
*ἴνομα, Προκρούστην δὲ ἐπίκλησιν, Θησεὺς ἀπέκτεινεν*. Inde mihi  
 nata est coniectura item „unam litteruam” mutando crucem illam  
 interpretum sublatura: — *et cum Polypemone notus*,

1. e. Procrustes, quem noveris, si Polypemoneum noveris. Ita Amor.  
 1, 15, 30: *Et sua cum Gallo nota Lycoris erit*, Trist. 5, 14, 5:  
*necum tua fama legetur*, dictum est, nisi quod paulo argutius hic,  
 it par est. Si ergo parvae rei codici et infimae notae critico ob-  
 temperare quis velit, legat hunc versum ita:

*Ut scopulus Sciron, et cum Polypemone notus;*

tunc de reliquis laborandum non erit. 406. *parte sua* Hc.

*parte una parte f.* 407. *trabes pressas* D et septem Hein-

siani, *pransas l. in altum d.* 408. *Aequoris ad aspectus* Gb

wxy et quatuor; E et F pro v. scr. *aspectans l et Herculani.*

*aspectans g. adspersens* Heinsius coniecit Advers. p. 281.

409. *vidit laeto* omnes libri praeter meliores ABCEGd, nisi

quod *vidit vultu p. laeto c.* 410. *Gerionea* ABCGelw.

*gerionia g. chironaeque manu y. Geryonaea* reliqui Heinsiani

omnes. Domitius verum primus in notis suis proposuit; F pro v.

scr. et Aldinae habebant. Pluralis numerus, proprie hic positus

in luctatore, homines indoctos sefellerat. 411. Ita ADEc.

*que meritis precibus* BC l. *tibi pro meritis precibus d. tibi quem*

*meritis iustis mea* fk et quinque. *quae meritis iustis mea* FGa

luret. et quinque. *que meritis istis mea g. quae precibus iu-*

*stis x. quem meritis iustissima e et Bonon. quae meritis iustis-*

*tima unus. Hoc tibi pro meritis iustissima* Hiwy et duo. Si qui

restant: *quem precibus iustis mea.* 412. *Eveniant ex* ADF

Qualis Achaemenides Sicula desertus in Aetna

Troica cum vidit vela venire, fuit:

415 Qualis erat nec non fortuna binominis Iri,  
→ Quique tenent pontem, qui tibi maior erit.  
Filius et Cereris frustra tibi semper ametur,

416. quae tibi.

adefixy, quinque aliis. Et venient cw Iuret. Et veniant Bg  
Eveniant reliqui. Even. multis non f. E. istis non Hiwy.

413. Qua vel Ach. g, ex compendio scripturae v male reddita  
Achimenes ADEFGacdilwy. Acham. ef. des. in hora, vel  
ora ADEFGHbcefgilwxy Iuret. et undecim. 414. Tro-  
iaca C.

415. Et qualis nec non fortuna Heiwy et tro-  
ia. In sequenti versu: Quaque g; Quoque e; Tenent AB  
DEFdegikwy et quinque; reliqui: tenet. pontum kl et duo.  
pontes B. quae tibi ABCDEFabdg et undecim Heiniani.  
maior erat Bouon. Locus intricatissimus: varia virorum sagacio-  
rum iudicia. Salvagnius in vulgata olim scriptura: Quique tenent  
pontem, qui tibi maior erit explicanda non multum a veterum do-  
ctorum Sanctii et Turnebi ratione recedit, quorum hic Adr. 29, 7,  
prius hemistichium de insigni aliquo mendico Romae notissimo in-  
telligebat: eumque Manium, sive Mannium nominatum fuisse puta-  
bat ac de hoc proverbium istud apud Festum: Multi Manii Ari-  
ciae explicabat. Deinde verba: qui tibi maior erit exponebatur qui  
inter maiores tuos erit. Numquid ille hoc volebat, Manis nomen  
et generis communionem fuisse cum personato Ibide, Manis?  
Hoc modo de utraque familia, Maniorum et Maniliorum disputat  
Ill. Weichertus de Hostio poeta §. 2. Verum unde nobis sponso-  
rem de proverbii istius sensu, unde de usu singularis nomen in:  
maior? Nugae sunt, sed memorabiles utcumque. Nic. Heiniani  
emendabat: Quique tenent pontem, quae tibi peior erit. Incon-  
cinne, ne quid gravius dicam. Denique Jo. Schraderus. ita olim  
tentabat: Qualis erat quondam fortuna b. I.

Quaque tenent pontem qui, tibi peior est.

Sed ipse scabritiem sermonis ita non tolli intelligebat, distichon  
hoc suspectum esse et ante superius, post v. 412. excidisse acate  
nonnihil censebat. Nos nihil extundere potuimus; hoc est, nihil,  
quod satis placeat. Caeterum ne istis magnis criticis timidiorum,  
vel existimationis nostrae, quam illorum amantiores putes, vide non  
codicibus non malis A et G auctoribus distichon hoc priori pae-  
ponendum et e coniectura ita scribendum sit:

— non leviora malis.

Qualis erat nec quam fortuna binominis Iri,  
Quique tenent pontem, quid tibi maius erit;

Qualis Achaem. —

Troica cum —

Filius et Cereris etc.

417. Filius ut Cereris DEFGHacdefgklwy et decem impo

Destituatque tuas usque petitus opes.

Utque per alternos unda labente recursus

Subtrahitur presso mollis arena pedi;

420

Sic tua nescio qua semper fortuna liquescat,

Lapsaque per medias effluat usque manus.

Utque pater solitae varias mutare figuras

Plenus inexstincta destituare fame.

Nec dapis humanae tibi sint fastidia: quaque

425

Parte potes, Tydeus temporis huius eris.

Atque aliquid facias, a vespere Solis ad ortus

Cur exsternati rursus agantur equi.

Toeda Lycaoniae repetes convivium mensae,

Tentabisque cibi fallere fraude Iovem.

430

421. quo. 424. conficiare. 425. subeant. 427. rursus.  
428. Solis.

bante Constantino. *Filius ut cereis* A. *ut celeris* B. *ut Celi* Iuret. et Patav. *Eccam fraudem doctorum interpolatorum! Triptolemmum volebant. frustra sibi e.* 418. *tuas saepe petitus* biwy et duo; F pro v. scr. Hinc *sua ope*, vel *suam opem* Heinsius tentabat. 419. *labente recessus* i. 420. *Subiiceretl. pede* F G b e g i k l w x y z et sex, vel plures. *merso pedi* malebat Heinsius, non serio, opinor. 421. *nescio quo a*, Bonon. Iuret. *nescio quae* H b w x y et quinque; F pro v. scr. 422. *Lassaque Mentel. defluat unda manus* k et duo. 423. *solitae in varias g.* 424. *inext. conficiare fame* libri longe plurimi. *deficiare* Iuret. Secuti sumus ACE et tres, tum d, qui: *destituere*. Ironia eadem v. 43, 351, 560., nec multum obest, quod idem verbum sexto abhinc versu legitur. 425. *humanae tibi erunt fastid.* D H a b f g i k l w x y z et septem, vel octo. *tibi erit fast. e. humanae veniant fastid.* unus Vaticanus. *subeant fastid.* C pro v. scr. *fastidia quaeque* d. 426. *Parce potens fueris tydeus huius eris* A. 427. *Aut aliquid* g y et in nott. Domit. *facies* C deil. *a tempore solis c. vespere rursus* ad G d g l Iuret. et quinque. *in ortus* H b i w y; F pro v. scr. 428. *asternati b. Solis agantur* A C D a d g i Iuret. et quinque. 429. *repetas* A G a i et quinque. *repetens* duo. *repetent fl. repetunt e. referes g. referens contagia* Mentel. *convivia cenae* A; C pro v. scr. 430. *Tentabunt alii* A b unus Vatic.; non sine fraude, nam vetustior Vindobonensi aliquis liber tantum pro c i scriptum habebat a et b i pro l i i; mox nasutus aliquis verbum corrupit. Verum alii multo nequius: *Tentabisque aliqua fall.* Iuret. Bonon. Mentel. *Temptabuntque aliqua e. aliqua fallere* parte c. *Tentabisque iterum fallere* H i w x y et tres; F pro v. scr. 431. *Tecum aliquis* G c f k et quatuor; F pro v. scr. *aliquis po-*



Teque aliquis posito tentet vim numinis, opto:  
Tantalides tu sis, Tereidesque puer.

Et tua sic latos spargantur membra per agros,  
Tanquam quae patrias detinuere vias.

435. Aere Perilleo veros imitere iuuecos

Ad formam tauri conveniente sono:

Vtque ferox Phalaris, lingua prius ensé resecta  
More bovis Paphio clausus in aere gemas.

situs Gef; F pro v scr. aliquis postus c. aliquis ponti tent. i. tenat Constantinus volebat. Teque alicui posito cui nil sit numinis d. Si quis phreneticum Burmannum fuisse negabit, legat quae huic versui annotavit in hunc modum: *Offendit fortasse in Hexametro Heinsium, et merito illud, te posito; (viden' hominem pro iis, quae Heinsio surripuit, sua obtrudere? nullo verbo tale quid se cogitasse Heinsius prodidit,) si enim positus, vel adpositus iam esset in mensa, quid opus optare a numine, ut fiat Pelops et Itys; quare non inepta lectio codicis Sarraviani (istius quidem diversa lectio, sed trium aliorum ipsa scriptura):*

*Tecum aliquis positus, tentet vim numinis, opto  
Tantalides ut sis,*

Ut enim pro tu cum Micyllo probo. positus aliquis tecum, id est, conviva tecum recubans, optet (quid hoc et unde?), ut deus vi sua te faciat Pelopem vel Ityn. positum vero ita sumi vidimus ad I. Art. Am. 231.

432. Scriptura Tereidesque nititur solius codicis a, chartacei quidem, fide. Threiciusque, quam Constantinus Fanensis „in manuscripto codice” se invenisse testatur, nunquam postea comparuit. Tereos atque puer eiusdem Constantini coniectura editiones quasdam occupavit. Tindareique puer gl et alius. tu sis tu Threique puer Cy. tute reique e. tu Tereique reliqui libri omnes, viginti quinque numero. 433. Ut tua a. sic largos Hbiwy et quatuor. 434. Et tanquam patr. i.

435. Perill. verses im. f. imitare ACDI. 437, 438. Hoc distichon omittunt AC, qui nec supra post v. 336. id habebant. Eorum, qui istic posuerant, DEk prorsus hic ignorant, d in margine scriptum ostendit. Res non facilis diiudicatu agitur. Delebit distichon, qui librorum unice vetustatem spectabit, qui in historia ipsa nusquam alibi tradita offendet, qui repetitionem eiusdem rei improbabit. Relinquet, qui causam omissionis in supra disputatis agnosceret, qui scholiastas pro antiquis scripturae et historiae testibus admittet, qui ordinem narrationis eundem, ut v. 299. sq. 337. sq. 363. sq. 383. sq. etc. deprehendet, qui iterationem rei vetuste dissimulatam verborum ornatu iudicabit, Paphium aere unde arcesitum sit, nesciet. Ego animi haereo. Utve di. fero Phalar. D. ferox fallens l. prius ore res. Gdefg Iuret. et quinque; F pro v. scr. aere recissa i, bovis Phario claus. EF (pr. m.) bci et duo. bovis calido claus. Iuret. 439. Cumque F (pr. m.) b.

Dumque redire voles aevi melioris in annos,

Vt vetus Admeti decipiare socer.

440

Atque eques in medii mergare voragine coeni,

Dummodo sint fati nomina nulla tui:

Atque utinam pereas, veluti de dentibus orti

Sidonia iactis Graia per arva manu.

Et quae Penthides fecit, fraterque Medusae,

445

Eveniant capiti vota sinistra tuo:

Et quibus exiguo est volucris devota libello,

Corpora proiecta quae sua purgat aqua.

Vulnera totque feras, quot dicitur ille tulisse,

Cuius ab inferiis culter abesse solet.

450

Attonitusque seces, ut quos Cybeleia mater

442. facti. 447. libello est.

*redire volens* C. in *aevum* b; C pro v. scr. 440. *decipere*

Ed. 441. *Aut eques* k; C pro v. scr. *Domitius* in *notia*.

*mergere* D. 442. *fati* A G et duo. *facti* reliqui. *nomina* *oera*

tui Cd. 443. *Utque utinam* A. *Atque vide pereas e. de*

*gentibus* e. 444. *Sid. sparsi Grai. meliores*, ABCEGd.

*sparsis* gkl *luret. et quatuor. iacti* D. 445. *Ut quas b.*

*quae Bathiades* cum gloss.: *Callimachus a. bathiades wy. quas*

*Spretides c. quae Petuides e. Pentides Gg. Penthides* ABCH

et plurimi. *Pentheides* fortasse unus, vel alter. *Penthides fecit*

*frat. b. fecit fratrique* G. *fecit de fratre Med.* ABCF (m. pr.)

cd *luret. et quinque. fecit de patre* E. *de fratre meluse l. Me-*

*dullae* unus. *Interpretes* latius evagati *Penthiden Menoeceum, Pit-*

*theiden Theseum, matrem Medusae Hecubam, vel fratrem Eury-*

*stheum* intelligunt. *Si de Pitthide* certa res esset, legerem: — *fe-*

*cit, pariterque Molinae.* De *diris Molinae* vid. *Pausan. 5, 2, 2:—*

*ως δὲ ἡμάρτανον καὶ τοῦτον Μολλίην θεῖσθαι φασὶν ἐπὶ τοῖς*

*πολλταῖς κατάρως, ἣν Ἰσθμίων μὴ θελήσωσι εἰργεσθαι.* In

*Isthmo* vero etiam *Hippolytus* afflictus fuerat: quare *pariter* non

fortasse vacaret. Sed videant ingeniosiores. 446. *Evenient*

Bd. *Et venient* l. 447. *E quibus a. Es quibus* F (m.

pr.) beg. *Ut quibus* A. *est* omittebant Cdiklwxxy et octo alii;

in dimidiato versu ponebant ABDEFH<sup>a</sup>, in fine reliqui. *est*

*dignata* lib. a. 448. *Quae sua proi. corpora* a, *luret. Quas*

*sua deiecta* G. *Quae sua coniecta* B. *Corp. coniecta* l. 450.

*ab exequiis* a. *cultus* fi. *cultor* Ae. *abesse velit* d. Hoc disti-

chon post versum 434. interpretatur *Domitius*, et de *Osiride* qui-

dem, cui *Apim* sacrum fuisse docet *Diodor. lib. 1. c. 21.* Hunc

vero non mactatum, sed in aquam demersum fuisse tradit *mythogr.*

*Vatic. p. 31. ed. Mai.* 451. *ut quis* bc et alius. *ut quas*

unus *Patavinus*, venustè *Heinsio* iudice. *ut quo* i. *ut quos aethia*

- Incitat, ad Phrygios vilia membra modos,  
 Deque viro fias nec femina, nec vir, ut Attys;  
 Et quatiens molli tympana rauca manu.
- 455 Inque pecus subito Magnae vertare parentis,  
 Victor ut est celeri victaque versa pede.  
 Solaque Limone poenam ne senserit illam,  
 Et tua dente fero viscera carpat equus.  
 Aut ut Cassandreus, domino non mitior illo,
- 460 Saucius ingesta contumuleris humo.  
 Aut ut Abantiades, aut ut Cygneius heros,

*mater e. tibeia l.* 452. *membra domos d.* 453. *nec vir nec foemina CDHbcglwxy et sex. Athis AG, alii.*  
 455. Ita meliores ACEGdg et duo. Reliqui: *magnae subita.*  
 457. *Solaque Iynone G. senserit ullam e.* 458. *Ut tua Gacdeg. viscera pascat Gg.* 459. Hoc distichon omittunt ABCDkl et in margine tantum scriptum habet d. Eorum tres illi optimi ne supra quidem post v. 336. id habebant. Nihil igitur certius de eo affirmare ausim, quam de illo 437, 438. Utrumque cur absit a melioribus libris, adhuc nescio: si toleranda sunt omnino, quo loco sint, intelligis. *Cassandras Fabiwxy. Cassandrea efg. Cassandrus Ec et superiori loco DEdk. Cassandris alius. Cassandreus G; d pro var. scr. Domitius in notis. Cassandri reliqui libri. domino Ecik. dominus reliqui.* Superiori loco hos versus g ita concipiebat:

*Aut sicut perit pyreas Canssandrus ille  
 Quem sua gens multo disperit cinere,*

et k primum ita:

*Aut pereas perit sicut Cassandrius ille  
 Quem sua gens merito mersit in amne lyci;*

ac deinde denuo eodem, quo hic modo. Haec quoque scripturae discrepantia iudicium nostrum impedit et conturbat. Scilicet constat suppositos versus dissimili saepe forma occurrere, et potest varietas illa pentametri nata esse e cautione, ne iidem versus recurrerent: hexameter vero ille quantumvis ineptus veram nominis formam illic servavit, hoc loco paene abolitam. Nam Heinsius, ubi de hoc loco fusius agit, ad Pont. 2, 9, 43. variantem unius codicis scripturam a nobis in altero inventam ita illustravit loco Polyaei potissimum Strateg. 6, 7. et Plutarch. de s. num. vind. c. 14., ut sive cum Salvagnio, *dominus* legas et *illum* Hippomenem putas, sive cum paucioribus libris *domino* et *dominum illum* Antigonam interpreteris secundum Polyaeum 4, 6, 18., intellectus iusto non sit impeditior. 460. *Sanctius e. ingesta D. S. in gethos F pro v. scr.* 461. *ut Anthiades g. ut Lyrnesius editi et scripti non exiguo numero. Tyrnesius F pro v. scr.* Verum *Cygnaeus F* in textu testante Heinsio, nam J. F. Gronovius *Cygnaeus*

**Clausus in aequoreas praecipiteris aquas.**

**Victima vel Phoebos sacras macteris ad aras,**

**Quam tulit a saevo Theudotus hoste necem.**

**Aut te devoveat certis Abdera diebus,**

465

**Saxaque devotum grandine plura petant.**

**Aut Iovis infesti telo feriare trisulco,**

**> Vt satus Hipponoo, Dosithoësque pater:**

**Vt soror Autothoës, ut cui matertera Maia est:**

**Vt temere optatos qui male rexit equos:**

470

**Vt ferus Aeolides, ut sanguine natus eodem,**

471. cretus.

notaverat, uti etiam e suis Constantinus, unde non multum distat Ligneius Ea; lignetus A; Lignetiarius i; linguens l; Lingeius B; inicus C; Limmeius D; Leneius c; Lenius b; Ligoneius heres d; Lignesius G Hegwy; F pro v. scr. Heinsius plura de hoc loco cum se disputaturum promiserat. In schedis his tantum verbis annotatum invenio: „leg. Teneius; vide Nicolaum Damascenum (? Heracl. Pont. c. 7.) nec dubito huius argumenti Τέννην (?) Euripidis fuisse, quam laudat Stobaeus serm. 2. (p. 63. ed. Schow.)” Nec profecto opus est vel emendatione, vel post Micyllum interpretatione, si modo noveris versu sequenti triginta codices conspirare in scriptura: *Clausus*, nullum notari, qui cum editis ante Heinsium, immo Salvagnium; *Caesus* habuerit. Nam de Constantini libris non constat.

463. *Phoebi c.* 464. *Qua tulit C. tulit sono Th. i. a saevo a. Theodotus ACDEGdgi; F pro v. scr. Theodorus B. Theodotus e. Theodatus a. Thedus c. Todotus k. Theudorus l. Teudotus* reliqui scripti et editi. Quae Burmannus de Theodoto Cassandrensi habet, Heinsio sublegit. 465. *Ab d. dev. sacris Abd. ac. cunctis Abdera G. Abdere g.* In margine E scriptum erat: *Proetus*, huc vix pertinens. Historia ignota est.

466. *devotam e. sanguine plura c. petent g.* 467. *Iovis infensi c. infesto* editi ante Constantinum. *infesti aculo fer. G.* 468. *Hipomoo C. Hippomoo Fciw. Yponoo d. Hippomeo bkl. Hipomeo G. Ypomeo DEe. hipomodo y. Ypodoro A. Hippodomo a. Ypodomo g. desithoosque A. Desithoosque EGbc. Desiodesque wy.* Idem et pro v. scr.: *Desithoosque F. Dexithoosque el. Dexithoosque Cd. Dexithoosque D. Dexithoosque i. Dexithoosque vel Dexithoosque B,* ita enim differunt eius odicis quas habeo collationes. *desithoosque g. Theiphilesque a.* de Capaneo Hipponoi filio dubium non est, de altero incertum; cryphiam pono.

469. *Aut soror G. Et soror Dk. Autothoës A. antonoës g. Anthoneës d. atones l. aut cui EG gi; F pro v. scr. et cui c.* Hoc distichon post sequens collocat a.

470. *Aut temere A. Et temere CDEFGabcegi wxy et decem.* Scholiastae recte interpretantur. 471. *Et*

- Quo genita est, liquidis quae caret arctos aqua.  
 → Vt Macedo rapidis icta est cum coniuge flammis,  
 Sic, precor, aetherii vindicis igne cadas.
- 475 Praedaeque sis illis, quibus est Latonia Delos  
 Ante diem raptō non adeunda Thaso:  
 Quique verecundae speculantes labra Dianae,  
 Quique Crotopiadeū diripuerē Linum.  
 Neve venenato levius feriaris ab angue,  
 480 Quam senis Oeagri Calliopesque nurus:  
 Quam puer Hypsipyles: quam qui cava primus aenta  
 Cuspide suspecti robora fixit equi.  
 Neve gradus adeas Elpenore cautius altos;  
 Vimque feras vini, quo tulit ille modo.
- 485 Tamque cadas domitus, quam quisquis ad arma vo-  
 cantem  
 Iuvit inhumanum Thiodamanta Dryops:

## 478. Linon.

ferus D. aut sanguine b. qui sanguine H. et sanguine editi olim  
 et tres scripti. sanguine cretus k et tres. 472. Quo nota  
 est c. 473. rapidis iacta est AC cf. Macedo raptis iacta  
 est E in text. Ut Macedon iacta est rapidis cum kl (sed: ma-  
 colo). Ut Macedon iacta est rapidis cum wxy Iuret. et quatuor;  
 F pro v. scr. Ut macello iacta est rabidis e. macelo iacta est ra-  
 pid. Di. Ut macedo victa est rap. b. Ut macedo rapidis ictus  
 cum ag. Ut macedo est ictus rapidis cum G. Ut macelo rapidis  
 menedecta coniuge d. De fabula non liquet. 474. vindicis  
 ira cadas E m. pr. Post hunc versum Schraderus insertum vole-  
 bat distichon 593, 594. causa non inepta, contra libros tamen.  
 475. Praedae k. Latonia proles gk. delon l. 476. Ita A.  
 adeunda Taso a. traso eg. treso c. reso i. Reliqui libri scripti  
 et editi veteres: Thraso. De fabula vide scholia, Salvagnium et  
 Meinekium v. cl. ad Euphorionem p. 27. 477. verec. pec-  
 culatus labr. C. speculatus vel speculatur (differunt coll.) B. spe-  
 culatus b. speculantes c. spec. membra Dianae FGHbdwxy.  
 378. Crotopiadem DEabg. Cicropiadem k. Linon tres scriptos  
 habuisse dicit Heinsius: ego k tantum video. Res legitur apud  
 Pausan. I, 43. 480. Quam satius Oeagri e. 481. In-  
 philes AG. hisiphiles Be. cava pinus ac. e. De Archemoro  
 recte schol. Vide Salvagn. 482. rob. fecit eq. D. 483.  
 Elpenore AB. Ipsenore B ab alia manu. cautior Cdg. calisior  
 equos l. 484. feres G. feras vitii l. tulit ipse modo a.  
 486. Vidit inh. BDEF adg Iuret. et octo. Vide inh. c. Itho  
 hum. Ge; F pro v. scr. Ludit in h. k et duo. inhumanum k.

Quam ferus ipse suo periit mactatus in antro

Proditus inclusae Cacus ab ore bovis:

Quam qui dona tulit Nesseo tincta veneno,

Euboicasque suo sanguine tinxit aquas.

499

Vel de praecipiti venias in Tartara saxo,

Vt qui Socraticum de nece legit opus:

Vt qui Theseae fallacia vela carinae

Vidit: ut Iliaca missus ab arce puer:

Vt teneri nutrix, eadem matertera Bacchi:

495

Vt cui caussa necis serra reperta fuit:

Lydia se scopulis ut virgo misit ab altis,

Dixerat invito quae mala verba deo.

Feta tibi occurrat patrio popularis in arvo,

Sitque Phalaeceae caussa leaena necis.

500

489. Lernaeo. 500 Phaylleeae.

*Therodamanta* ADEFHbc; e graeca forma. *Therodamanta* gy; F pro v. scr. *droips* l. Scholiasta et Salvagnius rem docent, Alia testimonia multa Heinsius ascripserat praeter illa, quae Burmannus modesta immodestia sublegit. 487. *ferus ille suo e.*

*ipse sui y. ipse fuit l. suo ferunt macturus in D. periit iatatus B. in alto l.* 488. *Protinus error typographicus in*

ed. D. Heinsii. 489. *tulit Lernaeo tincta* eadem Heinsii editio et Aldina secunda: codice quantum sciam praeter l nullo suffragante. 492. *Vel qui G a.* De Cleombroto pleraque occupavit Salvagnius. 493. *Thes. fallentia af.* 494. *Ut videt Iliac. A. Vidit et Il. FH a elwy.* Cfr. Acron. ad Hor. od.

1, 15, 21: *Ulysses Astyanactem praecipitem de muro dedit.* 495. *eadem ac mat. F. eadem est mat. D. eadem et mat. CE G b c d e f g k. eademque mat. l.* 496. *sexta rep. e.*

497. *Lindia f et sex. Lidia Ggl. Ludia* unus Heinsii. *Livida* sine libris post Parrhasium emendaverat et ediderat Salvagnius, rectissime fabula illustrata. Ego in codice e deprehendo: *livida.* Nihil tamen mutaverim. Aut huc pertinet Amor. 3, 1, 14. in habitu Tragoediae describendo:

*Lydius alta pedum vincla cothurnus erat;*

aut sicuti Met. 3, 583. et 624. quos alii Tyrrenos dixerunt, Maeones et Tuscos nuncupat, ita hoc certe in loco quam Pelasgam debebat, Tyrrenam erudite poterat, Lydiam affectate dicere maluit. *ut iugo misit A. misit ad undas G.* 498. *invicto EG a d g et Constantinus,* utpote de Marte. *iniusto F pro v. scr.*

*quod mala ABCE F c d e f g l et quatuor.* 499. *Dira tibi f b. Sera tibi A. occurret a. occ. primo pop. G. in agro c.*

500. *Utque a. Sitque pesagee A. Pefageae C. Pegaseae c. Paphageae D l. Paphageae* reliqui omnes. Hominem hunc ipsum

- 400 Impius humano viscere pavit equos:  
 Ut duo diversis sub eodem vindice caesi  
 Vulneribus Nessus, Dexamenique gener:  
 Ut pronepos, Saturne, tuus, quem reddere vitam  
 Urbe Coronides vidit ab ipse sua.
- 405 Ut Sinis, et Sciron, et cum Polypemone natus:

402. Temporibus. 406. et de Pol.

*thros, papavera* Med. fac. 91, 99. Quidni igitur etiam *erva*? *Erva* equi saginabantur, Colum. 6, 26: *eoque tempore, quo vocatur a feminis, roborandus est largo cibo et appropinquante vere hordeo ervoque saginandus*. Cfr. 2, 7: *proxima deinde (pabula) cicera et ervum et farrago, quae est ex hordeo*. Pabulo autem, non legumine pastos equos intelligendos puto, uti et bovem apud Virg. ed. 3, 100. *Gramen* vero omnis herba vocatur, Serv. ad Aen. 12, 119.

400. *sanguine pavit* A B E G c; C pro v. scr. Legendum censeo ob causam supra dictam: *Ultimus humano*, vel simile quid.

401. *diversi e. iudice* Hi. *vertice l. vindice fusi* B.

402. *Temporibus* omnes libri praeter A B c d. Valde verisimile est ex Hygini verbis fab. 33. *Eurytionem* cominus clara et ex adverso occisum fuisse. *Nessi l.* Secundum nomen recte effert solus C. *dexamanique A. Deximanique BDE. dexemenique G. Diamenique H. Dexamanique k. decamanique g. dexamenique e. Dissamenique b. Dessamanique F. Desemenique a. Desemanique c. Discamenique i. Dissimanique plurimi. Desimanique genus E.*

403. *pron. Neptune tuus* Hi w y. *tuus cui reddere k* et alius, *cui credere unus. quam reddere G c e.*

404. Ita B C D a c d; A sec. m. *Urbe Cor. vid. ab urbe sua* E G l; A pr. m. Reliqui: *Ipsa Cor. vid. ab urbe sua*, nisi quod: *urbe tua c, ab orbe sui g.*

405. *Et Scinis c. Cinis* A C l et quinque. *Sinus B. Senis E. Scynis et chiron G. Ut scinius et chiron e. sciniis ciron y. Ut scopulus chiron a. Scinis* reliqui scripti. *Scynis w x z. et Scyron editi veteres. et siron l. et chiron d. et de Polyp.* Ed. *politemone l. Poliphemone* A e f g y.

*Polyphemone* F G w x z. *Polypemone nati* unus Medic. Non exiguis hic versus impeditus est difficultatibus. *Sinidis* nomen a libris satis firmatum videtur. Scripturae enim discrimina in schedis

Heinsianis ad Her. 2, 70. prorsus eadem enotata video; praeter Berolinensis et Petaviani secundi scripturas. Sed tamen quam

facile talia e glossis irrepere potuerint, intelligis. Petavianus codex ab interpolatione alias non alienus hoc loco, ut et v. 432., exhibere videtur, quod ultra captum scioli sit. Sequenti disticho de alio, quam Sinide cogitandum esse noli Salvagnio credere. Locus Pausaniae 2, 1, 3. corruptus est. Propertii versus nihil probant.

Conferendi sunt Met. 7. verss. 440 seqq. Quare non longe absum ab ea sententia, ut Petavianum chartaceum sequendum putem. Locutio erit, qualis huic carmini convenit; Met. 7, 447: *scopulis*

*nomen Scironis inhaeret.* In altera versus parte nihilo facilius in-

Quique homo parte sui, parte iuvenus erat:

Quique trabes pressas ab humo mittebat in auras,

Aequoris aspiciens huius et huius aquas:

Quaeque Ceres laeto vidit pereuntia vultu

Corpora Thesea Cercyonea manu:

Haec tibi, quem meritis precibus mea devovet ira,

Eveniant, aut his non leviora malis.

410

409. vidit laeto.

ficium. Sinis et Sciron a nonnullis veteribus Polypemonis filii dicuntur, Apollodor. 3, 16, 1., Probo ad Virg. Ge. 1, 399: a nullo Procrustes filius Polypemonis; temeritatis Burmannianae hoc erat affirmare. Quanto doctius Salvagnius, qui legebat: *et cum Polypemone nata*. Operarum certe is error est, quod in utraque eius editione extat *nata*. Nam neque accusativum orationis decursus admittit, et multo facilius est mutatio *nato* in *nata*. Sed desidero testem, qui Phaeam filiam Polypemonis faciat: nam quod Salvagnius Pityocampthen Cromyone educatum putat, nititur corrupto, quem indicavimus, Pausaniae loco. Illud non incerta fide Pausanias tradidit 1, 38, 5: *πρὸς τοῦτω τῷ Κηρισίῳ ληστῇ Πολυπήμονα ἄνομα, Προκρούσην δὲ ἐπίκλησιν, Θεσεὺς ἀπέκτεινεν*. Inde mihi nata est coniectura item „unam litterulam” mutando crucem illam interpretum sublatura: — *et cum Polypemone notus*,

h. e. Procrustes, quem noveris, si Polypemonem noveris. Ita Amor. 1, 15, 30: *Et sua cum Gallo nota Lycoris erit*, Trist. 5, 14, 5: *mecum tua fama legetur*, dictum est, nisi quod paulo argutius hic, ut par est. Si ergo parvae rei codici et infimae notae critico obtemperare quis velit, legat hunc versum ita:

*Ut scopulus Sciron, et cum Polypemone notus;*

tunc de reliquis laborandum non erit. 406. *parte sua* Hc. *parte una parte f.* 407. *trabes pressas* D et septem Heinsiani. *pransas l. in altum d.* 408. *Aequoris adspectes* Gb

iwxy et quatuor; E et F pro v. scr. *aspectans l et Herculani. aspectans g. adspersgens* Heinsius coniiciebat Advers. p. 281.

409. *vidit laeto* omnes libri praeter meliores ABCEGd, nisi quod *vidit vultu p. laeto c.* 410. *Gerionea* ABCGclw.

*gerionia g. chironaeque manu y. Geryonaea* reliqui Heinsiani omnes. Domitius verum primus in notis suis proposuit; F pro v. scr. et Aldinae habebant. Pluralis numerus, proprie hic positus in luctatore, homines indoctos sefellerat. 411. Ita ADEc.

*que meritis precibus* BC l. *tibi pro meritis precibus d. tibi quem meritis iustis mea* fk et quinque. *quae meritis iustis mea* F Ga Iuret. et quinque. *que meritis istis mea g. quae precibus iustis x. quem meritis iustissima e et Bonon. quae meritis iustissima unus. Hoc tibi pro meritis iustissima* Hiwy et duo. Si qui restant: *quem precibus iustis meu.* 412. *Eveniant ex ADF*



Qualis Achaemenides Sicula desertus in Aetna  
Troica cum vidit vela venire, fuit:

415 Qualis erat nec non fortuna binominis Iri,  
→ Quique tenent pontem, qui tibi maior erit.  
Filius et Cereris frustra tibi semper ametur,

416. quae tibi.

adefixy, quinque aliis. *Et venient cw Iuret. Et veniant Bg*  
*Eveniant reliqui. Even. multis non f. E. istis non Hiwy.*  
413. *Qua vel Ach. g, ex compendio scripturae V male reddito*  
*Achimenides ADEFGacdilwy. Acham. ef. des. in hora, nel*  
*ora ADEFGHbcefgilwxy Iuret. et undecim.* 414. *Tro-*  
*iaca C.* 415. *Et qualis nec non fortuna Heiwy et tro.*  
*In sequenti versu: Quaque g; Quodque e; Quaeque a; tenent AB*  
*DEFdegikwy et quinque; reliqui: tenet. pontum kl et dec.*  
*pontes B. quae tibi ABCDEFabdg et undecim Heiniani*  
*maior erat Bonon. Locus intricatissimus: varia virorum sagaci-*  
*rum iudicia. Salvagnius in vulgata olim scriptura: Quique tenent*  
*pontem, qui tibi maior erit explicanda non multum a veterum do-*  
*ctorum Sanctii et Turnebi ratione recedit, quorum hic Adv. 29, 7,*  
*prius hemistichium de insigni aliquo mendico Romae notissimo in-*  
*telligebat: eumque Manium, sive Mannium nominatum fuisse puta-*  
*bat ac de hoc proverbium istud apud Festum: Multi Manii Ar-*  
*ciae explicabat. Deinde verba: qui tibi maior erit exponenda qui*  
*inter maiores tuos erit. Numquid ille hoc volebat, Manio nominis*  
*et generis communionem fuisse cum personato Ibide. Manio?*  
*Hoc modo de utraque familia, Maniorum et Maniliorum disputat*  
*Ill. Weichertus de Hostio poeta §. 2. Verum unde nobis sponso-*  
*rem de proverbii istius sensu, unde de usu singularis nomen in:*  
*maior? Nugae sunt, sed memorabiles utcunque. Nic. Heinians*  
*emendabat: Quique tenent pontem, quae tibi peior erit. Incon-*  
*cinne, ne quid gravius dicam. Denique Jo. Schraderus. ita olim*  
*tentabat: Qualis erat quondam fortuna b. I.*

*Quamque tenent pontem qui, tibi peior eat.*

Sed ipse scabritiem sermonis ita non tolli intelligebat, ~~disce hoc~~  
hoc suspectum esse et ante superius, post v. 412. excidiase acute  
nonnihil censebat. Nos nihil extundere potuimus; hoc est, nihil,  
quod satis placeat. Caeterum ne istis magnis criticis timidiorem,  
vel existimationis nostrae, quam illorum amantiores putes, vide sunt  
codicibus non malis A et G auctoribus distichon hoc priori pro-  
ponendum et e coniectura ita scribendum sit:

— non leviora malis.

Qualis erat nec quam fortuna binominis Iri,  
Quique tenent pontem, quid tibi maius erit;

Qualis Achaem. —

Troica cum —

Filius et Cereris etc.

417. *Filius ut Cereris DEFGHacdefgklwy et decem impro-*

Destituatque tuas usque petitus opes.

Utque per alternos unda labente recursus

Subtrahitur presso mollis arena pedi;

420

Sic tua nescio qua semper fortuna liquescat,

Lapsaque per medias effluat usque manus.

Utque pater solitae varias mutare figuras

Plenus inexstincta destituare fame.

Nec dapis humanae tibi sint fastidia: quaque

425

Parte potes, Tydeus temporis huius eris.

Atque aliquid facias, a vespere Solis ad ortus

Cur exsternati rursus agantur equi.

Foeda Lycaoniae repetes convivium mensae,

Tentabisque cibi fallere fraude Iovem.

430

421. quo. 424. conficiare. 425. subeant. 427. rursus.  
428. Solis.

bante Constantino. *Filius ut corcis* A. *ut celeris* B. *ut Celi* Iuret. et Patav. *Eccam fraudem doctorum interpolatorum! Triptolemmum volebant. frustra sibi e.* 418. *tuas saepe petitus* biwy et duo; F pro v. scr. *Hinc sua ope, vel suam opem* Hein-sius tentabat. 419. *labente recessus* i. 420. *Subiice-retl. pede* F G b e g i k l w x y z et sex, vel plures. *merso pedi* ma-lebat Hein-sius, non serio, opinor. 421. *nescio quo a, Bonon.* Iuret. *nescio quae* H b w x y et quinque; F pro v. scr. 422. *Lassaque Mentel. defluat unda manus* k et duo. 423. *solitae in varias g.* 424. *inert, conficiare fame* libri longe plu-ri. *deficiare* Iuret. *Secuti sumus ACE et tres, tum d, qui: destituere.* Ironia eadem v. 43, 351, 560., nec multum obest, quod idem verbum sexto abhinc versu legitur. 425. *huma-nae tibi erunt fastid.* D H a b f g i k l w x y z et septem, vel octo. *tibi erit fast. e. humanae veniant fastid.* unus Vaticanus. *subeant fastid.* C pro v. scr. *fastidia quaeque d.* 426. *Parce po-tens fueris tydeus huius eris* A. 427. *Aut aliquid* g y et in nott. *Domit. facies* C deil. *a tempore solis c. vespere rursus* ad G d g l Iuret. et quinque. *in ortus* H b i w y; F pro v. scr. 428. *asternati b, Solis agantur* A C D a d g i Iuret. et quinque. 429. *repetas* A G a i et quinque. *repetens duo. repetent fl. re-petunt e. referes g. referens contagia Mentel. convivium cenae* A; C pro v. scr. 430. *Tentabunt alii* A b unus Vatic.; non sine fraude, nam vetustior Vindobonensi aliquis liber tantum pro ci scriptum habebat a et bi pro lii; mox nasutus aliquis verbum corruptit. Verum alii multo nequius: *Tentabisque aliqua fall.* Iuret. Bonon. Mentel. *Temptabuntque aliqua e. aliqua fallere* parte c. *Tentabisque iterum fallere* H i w x y et tres; F pro v. scr. 431. *Tecum aliquis* G c f k et quatuor; F pro v. scr. *aliquis po-*

Teque aliquis posito tentet vim numinis, opto:  
Tantalides tu sis, Tereidesque puer.

Et tua sic latos spargantur membra per agros,  
Tanquam quae patrias detinuere vias.

435 Aere Perilleo veros imitere iuencos

Ad formam tauri conveniente sono:

Vtque ferox Phalaris, lingua prius ensé resecta  
More bovis Paphio clausus in aere gemas.

situs Gef; F pro v scr. aliquis postus c. aliquis ponti tent. i. temnat Constantinus volebat. Teque alicui posito cui nil sit numinis d. Si quis phreneticum Burmannum fuisse negabit, legat quae huic versui annotavit in hunc modum: *Offendit fortasse in Hexametro Heinsium, et merito illud, te posito; (viden' hominem pro iis, quae Heinsio surripuit, sua obtrudere? nullo verbo tale quid se cogitasse Heinsius prodidit.) si enim positus, vel adpositus iam esset in mensa, quid opus optare a numine, ut fiat Pelops et Itys; quare non inepta lectio codicis Sarrauiani (istius quidem diversa lectio, sed trium aliorum ipsa scriptura):*

*Tecum aliquis positus, tentet vim numinis, opto  
Tantalides ut sis,*

*Ut enim pro tu cum Micyllo probo. positus aliquis tecum, id est, conviva tecum recubans, optet (quid hoc et unde?), ut deus vi tua te faciat Pelopem vel Ityn. positum vero ita sumi vidimus ad I Art. Am. 231.*

432. Scriptura *Tereidesque* nititur solius edicis a, chartacei quidem, fide. *Threiciusque*, quam Constantianus Fanensis „in manuscripto codice” se invenisse testatur, nunquam postea comparuit. *Tereos atque puer* eiusdem Constaantini coniectura editiones quasdam occupavit. *Tindareique puer* gl et alius. *tu sis tu Threique puer* Cy. *tute reique e. tu Tereique* reliqui libri omnes, viginti quinque numero.

433. *Ut tua a. sic largos* Hbiwy et quatuor.

434. *Et tanquam patr. i.*

435. *Perill. verses im. f. imitare* ACDI.

437, 438. Hoc

distichon omittunt AC, qui nec supra post v. 336. id habebant.

Eorum, qui istic posuerant, DEk prorsus hic ignorant, d in margine scriptum ostendit.

Res non facilis diiudicatu agitur. Delebit distichon, qui librorum unice vetustatem spectabit, qui in historia ipsa nusquam alibi tradita offendet, qui repetitionem eiusdem rei improbabit.

Relinquet, qui causam omissionis in supra disputatis agnoscet, qui scholiastas pro antiquis scripturae et historiae testibus admittet, qui ordinem narrationis eundem, ut v. 299. sq. 337.

sq. 363. sq. 383. sq. etc. deprehendet, qui iterationem rei venuste dissimulatam verborum ornatu iudicabit, *Paphium aere* unde arcessitum sit, nesciet.

Ego animi haereo. *Utve di. fero Phalar. D.*

*ferox fallens l. prius ore res. Gdefg* Iuret. et quinque; F pro v. scr. *aere recissa i. bovis Phario claus.* EF (pr. m.) bci et duo. *bovis calido claus.* Iuret.

439. *Cumque* F (pr. m.) b.

Dumque redire voles aevi melioris in annos,

Vt vetus Admeti decipere socer.

440

Atque eques in medii mergare voragine coeni,

Dummodo sint fati nomina nulla tui:

Atque utinam pereas, veluti de dentibus orti

Sidonia iactis Graia per arva manu.

Et quae Penthides fecit, fraterque Medusae,

445

Eveniant capiti vota sinistra tuo:

Et quibus exiguo est volucris devota libello,

Corpora proiecta quae sua purgat aqua.

Vulnera totque feras, quot dicitur ille tulisse,

Cuius ab inferiis culter abesse solet.

450

Attonitusque seces, ut quos Cybeleia mater

442. facti. 447. libello est.

*redire volens C. in aevum b; C pro v. scr. 440. decipere*

*Ed. 441. Aut eques k; C pro v. scr. Domitius in notis.*

*mergere D. 442. fati AG et duo. facti reliqui. nomina vera*

*tui Cd. 443. Utque utinam A. Atque vide pereas e. de*

*gentibus e. 444. Sid. sparsi Grai. meliores, ABCEGD.*

*sparsis gkl Iuret. et quatuor. iacti D. 445. Ut quae b.*

*quae Bathiades cum gloss.: Callimachus a. bathiades wy. quae*

*Spretides c. quae Petuides e. Penthides Gg. Penthides ABCH*

*et plurimi. Pentheides fortasse unus, vel alter. Penthides fecit*

*frat. b. fecit fratrique G. fecit de fratre Med. ABCF (m. pr.)*

*cd Iuret. et quinque. fecit de patre E. de fratre meluse l. Me-*

*dullae unus. Interpretes latius evagati Penthiden Menoeceum, Pit-*

*theum Theseum, matrem Medusae Hecubam, vel fratrem Eury-*

*stheum intelligunt. Si de Pitthide certa res esset, legerem — fo-*

*cit, pariterque Molinae. De diris Molinae vid. Pausan. 5, 2, 2: —*

*ὡς δὲ ἡμάρτανον καὶ τοῦτον Μολίνην θείσαι φασὶν ἐπὶ τοῖς*

*πολίταις κατάρως, ἣν Ἰσθμίων μὴ θείλωσι εἰργεσθαι. In*

*Isthmo vero etiam Hippolytus afflicto fuerat: quare pariter non*

*fortasse vacaret. Sed videant ingeniosiores. 446. Evenient*

*Bd. Et venient l. 447. E quibus a. Ex quibus F (m.*

*pr.) beg. Ut quibus A. est omittebant Cdiklwxxy et octo alii;*

*in dimidiato versu ponebant ABDEFHa, in fine reliqui. est*

*dignata lib. a. 448. Quae sua proi. corpora a, Iuret. Quae*

*sua deiecta G. Quae sua coniecta B. Corp. coniecta l. 450.*

*ab exequiis a. cultus fi. cultor Ae. abesse velit d. Hoc disti-*

*chon post versum 434. interpretatur Domitius, et de Osiride qui-*

*dem, cui Apim sacrum fuisse docet Diodor. lib. 1. c. 21. Hunc*

*vero non mactatum, sed in aquam demersum fuisse tradit mythogr.*

*Vatic. p. 31. ed. Mai. 451. ut queis bc et alius. ut quae*

*unus Patavinus, venuste Heinsio iudice. ut quo i. ut quos atheis*

- Incitat, ad Phrygios vilia membra modos,  
 Deque viro fias nec femina, nec vir, ut Attys;  
 Et quatiâs molli tympana rauca manu.  
 455 Inque pecus subito Magnae vertare parentis,  
 Victor ut est celeri victaque versa pede.  
 Solaque Limone poenam ne senserit illam,  
 Et tua dente fero viscera carpat equus.  
 Aut ut Cassandreus, domino non miôr illo,  
 460 Saucius ingesta contumuleris humo.  
 Aut ut Abantiades, aut ut Cygneius heros,

*mater e. tibia l. 452. membra domos d. 453. nec vir nec foemina CDHbcglwxy et sex. Athis AG, alii. 455. Ita meliores ACEGdg et duo. Reliqui: magnas subita. 457. Solaque Lynone G. senserit ulla e. 458. Ut tua Gacdeg. viscera pascat Gg. 459. Hoc distichon omittunt ABCDKl et in margine tantum scriptum habet d. Eorum tres illi optimi ne supra quidem post v. 336. id habebant. Nihil igitur certius de eo affirmare ausim, quam de illo 437, 438. Utrumque cur absit a melioribus libris, adhuc nescio: si toleranda sunt omnino, quo loco sint, intelligis. Cassandreae Fabiwxxy. Cassandrei efg. Cassandrus Ec et superiori loco DEdk. Cassandris alius. Cassandreus G; d pro var. scr. Domitius in notis. Cassandri reliqui libri. domino Ecik. dominus reliqui. Superiori loco hos versus g ita concipiebat:*

*Aut sicut perit pyreas Canssandreus ille  
 Quem sua gens multo dispersit cinere,*

et k primum ita:

*Aut pereas perit sicut Cassandrius ille  
 Quem sua gens merito mersit in amne lyci;*

ac deinde denuo eodem, quo hic modo. Haec quoque scripturae discrepantia iudicium nostrum impedit et conturbat. Scilicet constat suppositos versus dissimili saepe forma occurrere, et potest varietas illa pentametri nata esse e cautione, ne iidem versus recurrerent: hexameter vero ille quantumvis ineptus veram nominis formam illic servavit, hoc loco paene abolitam. Nam Heinsius, ubi de hoc loco fusius agit, ad Pont. 2, 9, 43. variantem unius codicis scripturam a nobis in altero inventam ita illustravit loco Polyaei potissimum Strateg. 6, 7. et Plutarch. de s. num. vind. c. 14., ut sive cum Salvagnio, dominus legas et illum Hippomenem putes, sive cum paucioribus libris domino et dominum illum Antigonum interpreteris secundum Polyaeum 4, 6, 18., intellectus iusto non sit impeditior. 460. Sanctius e. ingesta D. S. in gelica F pro v. scr. 461. ut Anthiades g. ut Lynnesius editi et scripti non exiguo numero. Tyrnesius F pro v. scr. Verum Cygneius F in textu testante Heinsio, nam J. F. Gronovius Cygneus

**Clausus in aequoreas praecipiteris aquas.**

**Victima vel Phoebos sacras macteris ad aras,  
Quam tulit a saevo Theodotus hoste necem.**

**Aut te devoveat certis Abdera diebus,**

465

**Saxaque devotum grandine plura petant.**

**Aut Iovis infesti telo feriare trisulco,**

**> Vt satus Hipponoo, Dosithoësque pater:**

**Vt soror Autonoës, ut cui matertera Maia est:**

**Vt temere optatos qui male rexit equos:**

470

**Vt ferus Aeolides, ut sanguine natus eodem,**

## 471. cretus.

notaverat, uti etiam e suis Constantinus, unde non multum distat *Ligneius* Ea; *lignetus* A; *Lignetus* i; *linguens* l; *Lingeius* B; *isaeius* C; *Limmeius* D; *Leneius* c; *Lenius* b; *Ligoneius heres* d; *Lignesius* G Hegwy; F pro v. scr. Heinsius plura de hoc loco olim se disputaturum promiserat. In schedis his tantum verbis annotatum invenio: „leg. *Teneius*; vide Nicolaum Damascenum (? Heracl. Pont. c. 7.) nec dubito huius argumenti *Τέννην* (?) Eupipidis fuisse, quam laudat Stobaeus serm. 2. (p. 63. ed. Schow.)” Nec profecto opus est vel emendatione, vel post Micylum interpretatione, si modo noveris versu sequenti triginta codices conspirare in scriptura: *Clausus*, nullum notari, qui cum editis ante Heinsium, immo Salvagnium: *Caesus* habuerit. Nam de Constantini libris non constat.

463. *Phoebi* c. 464. *Qua tulit C. tulit sono Th. i. a saevo a. Theodotus* ACDEGdgi; F pro v. scr. *Theodus* B. *Theodotus* e. *Theodatus* a. *Theodus* c. *Todothus* k. *Theodorus* l. *Teudotus* reliqui scripti et editi. Quae Burmannus de Theodoto Cassandrensi habet, Heinsio sublegit. 465. *At* d. *dev. sacris Abd. ac. cunctis Abdera* G. *Abdera* g. In margine E scriptum erat: *Proetus*, huc vix pertinens. Historia ignota est.

466. *devotam e. sanguine plura c. petent* g. 467. *Iovis infensi* c. *infesto* editi ante Constantinum. *infesti aculo fer.* G. 468. *Hipomoo* C. *Hippomoo* Fciw. *Yponoo* d. *Hippomeo* bkl. *Hipomeo* G. *Ypomeo* DEe. *hipomodo* y. *ipodoro* A. *Hippodomo* a. *Ypodomo* g. *desithoosque* A. *Desithoosque* EGbc. *Desiodesque* wy. Idem et pro v. scr.: *Desithoosque* F. *Dexithoosque* el. *Dexithoosque* Cd. *Dexithoosque* D. *Desiodesque* i. *Dexithoosque* vel *Dexithoosque* B, ita enim differunt eius codicis quas habeo collationes. *decthoosque* g. *Theiphilesque* a.

De Capaneo Hipponoi filio dubium non est, de altero incerta omnia; cryphiam pono. 469. *Aut soror* G. *Et soror* Dk. *Anthonoos* A. *antonoos* g. *Anthonees* d. *atones* l. *aut cui* EGdgi; F pro v. scr. *et cui* c. Hoc distichon post sequens collocat a. 470. *Aut temere* A. *Et temere* CDEFGabcegi wxy et decem. Scholiastae recte interpretantur. 471. *Et*

- Quo genita est, liquidis quae caret arctos aqua.  
 → Vt Macedo rapidis icta est cum coniuge flammis,  
 Sic, precor, aetherii vindicis igne cadas.
- 475 Praedaque sis illis, quibus est Latonia Delos  
 Ante diem raptō non adeunda Thaso:  
 Quique verecundae speculantem labra Dianae,  
 Quique Crotopiadeū diripuere Linum.  
 Neve venenato levius feriaris ab angue,
- 480 Quam senis Oeagri Calliopesque nurus:  
 Quam puer Hypsipyles: quam qui cava primus aenta  
 Cuspide suspecti robora fixit equi.  
 Neve gradus adeas Elpenore cautius altos;  
 Vimque feras vini, quo tulit ille modo.
- 485 Tamque cadas domitus, quam quisquis ad arma vo-  
 cantem  
 Iuvit inhumanum Thiodamanta Dryops:

478. Linon.

ferus D. aut sanguine b. qui sanguine H. et sanguine editi obia  
 et tres scripti. sanguine cretus k et tres. 472. Quo  
 est c. 473. rapidis iacta est ACcf. Macedo raptis iactis  
 est E in text. Ut Macedon iacta est rapidis cum kl (sed: ma-  
 colo). Ut Macedon iacta est rapidis cum wxy Iuret. et quator;  
 F pro v. scr. Ut macello iacta est rabidis e. macelo iacta est ra-  
 pid. Di. Ut macedo victa est rap. b. Ut macedo rapidis iactus  
 cum ag. Ut macedo est iactus rapidis cum G. Ut macelo rapidis  
 menedecta coniuge d. De fabula non liquet. 474. vindicis  
 ira cadas E m. pr. Post hunc versum Schraderus insertum volo-  
 bat distichon 593, 594. causa non inepta, contra libros tamen.  
 475. Praedave k. Latonia proles gk. delon l. 476. Ita A.  
 adeunda Taso a. traso eg. treso c. reso i. Reliqui libri scripti  
 et editi veteres: Thraso. De fabula vide scholia, Salvagnius et  
 Meinekium v. cl. ad Euphorionem p. 27. 477. verec. pec-  
 culatus labr. C. speculatus vel speculatur (differunt coll.) B. spe-  
 culatus b. speculantes c. spec. membra Dianae FGHbdwxy.  
 378. Crotopiadem DEabg. Cicropiadem k. Linon tres scriptos  
 habuisse dicit Heinsius: ego k tantum video. Res legitur apud  
 Pausan. I, 43. 480. Quam satus Oeagri e. 481. Ipsi-  
 philes AG. hisiphiles Be. cava pinus ac. e. De Archemoro  
 recte schol. Vide Salvagn. 482. rob. fecit eq. D. 483.  
 Elpemore AB. Ipsenore B ab alia manu. cautior Cdg. coluber  
 equos l. 484. feres G. feras vitii l. tulit ipse modo a.  
 486. Vidit inh. BDEF adg Iuret. et octo. Vide inh. c. Folia in  
 hum. Ge; F pro v. scr. Ludit in h. k et duo. inhumanum b.

Quam ferus ipse suo periit mactatus in antro

Proditus inclusae Cacus ab ore bovis:

Quam qui dona tulit Nesseo tincta veneno,

Euboicasque suo sanguine tinxit aquas.

499

Vel de praecipiti venias in Tartara saxo,

Vt qui Socraticum de nece legit opus:

Vt qui Theseae fallacia vela carinae

Vidit: ut Iliaca missus ab arce puer:

Vt teneri nutrix, eadem matertera Bacchi:

495

Vt cui caussa necis serra reperta fuit:

Lydia se scopulis ut virgo misit ab altis,

Dixerat invito quae mala verba deo.

Feta tibi occurrat patrio popularis in arvo,

Sitque Phalaeceae caussa leaena necis.

500

489. Lernaeo. 500 Phaylleae.

*Theodamanta* ADEFHbc; e graeca forma. *Theodamanta* gy; F pro v. scr. *droips* l. Scholiasta et Salvagnius rem docent, Alia testimonia multa Heinsius ascripserat praeter illa, quae Burmannus modesta immodestia sublegit. 487. *ferus ille suo e.*

*ipse sui y. ipse fuit l. suo ferunt macturus in D. periit iactatus B. in alto l.* 488. Protinus error typographicus in

ed. D. Heinsii. 489. *tulit Lernaeo tincta* eadem Heinsii editio et Aldina secunda: codice quantum sciam praeter l nullo suffragante. 492. *Vel qui* Ga. De Cleombroto pleraque occupavit Salvagnius. 493. *Thes. fallentia* af. 494. *Ut*

*videt Iliac.* A. *Vidit et Il.* FHaelwy. Cfr. Acron. ad Hor. od. 1, 15, 21: *Ulysses Astyanactem praecipitem de muro dedit.*

495. *eadem ac mat. F. eadem est mat. D. eadem et mat. CE* Gb c d e f g k. *eademque mat. l.* 496. *sexta rep. e.*

497. *Lindia* f et sex. *Lidia* Ggl. *Ludia* unus Heinsii. *Livida* sine libris post Parrhasium emendaverat et ediderat Salvagnius, rectissime fabula illustrata. Ego in codice e deprehendo: *Iuida*. Nihil tamen mutaverim. Aut huc pertinet Amor. 3, 1, 14. in habitu Tragoediae describendo:

*Lydius alta pedum vincla cothurnus erat;*

sicuti Met. 3, 583. et 624. quos alii Tyrrhenos dixerunt, Maeones et Tuscos nuncupat, ita hoc certe in loco quam Pelasgam debebat, Tyrrhenam erudite poterat, Lydiam affectate dicere maluit. *ut iugo misit* A. *misit ad undas* G. 498. *invicto* EG

ad g et- Constantinus, utpote de Marte. *iniusto* F pro v. scr. *quod mala* ABCE F c d e f g l et quatuor. 499. *Dira tibi*

F b. *Sera tibi* A. *occurreret a. occ. primo pop.* G. *in agro c.*

500. *Utque a. Sitque pesages* A. *Pesageae* C. *Pegaseae* c. *Paphageae* Dl. *Paphageae* reliqui omnes. Hominem hunc ipsum



Quique Lycurgiden letavit, et arbore natum,  
 Idmonaque audacem, te quoque rumpat aper.  
 Isque vel exanimis faciat tibi vulnus, ut illi,  
 Ora super fixi quem cecidere suis.  
 505 Sive idem, simili pinus quem morte peremit,

ab Aeliano hist. an. 12, 40. Phayllum dici verum est: illud nomen hic ut restituatur non tam facile libri patiuntur, quam quod apud Antoninum Liberalem f. 4. traditur, Phalaeci, quod iam Heinsio placuit, ut mirer a Kochio locum hunc contra Antoninum adhiberi. Expectaveram etiam, ut docerer, quoniam Ἀρτεμιν Ἀγορῆσιν Ambraciotarum ab Atheniensibus cultam esse annotant, numquid humani in Divinis Instit. passus sit Lactantius ob eius rei memoriam 1, 20: *Exemplum scilicet Atheniensium in ea (Lupa) figuranda Romani secuti sunt, apud quos meretrix quaedam nomine Laenas cum tyrannum occidisset, quia nefas erat simulacrum constitui meretricis in templo, animalis effigiem posuerunt, cuius nomen gerebat; equidem emendandum puto: Ambraciensium.*

501. *Lycurgiaden* Fbk. *lycurg. laceravit* Eci et duo cum editis olim. *et arbore* secundum ACEGadg Iuret. et quinque alios; atque ita Eutyches p. 21. probante olim Codro et Constantino. *in arbore* Fby. *ab arbore* reliqui libri et editi ante Salvagnium. *letavit et Arcadem Ancaem* C. Huic igitur fabulae prioris indicium additum in margine fraudi fuit, quam vide apud Pausan. 8, 45.

502. *Adonaque aud.* G. Rem narrat Apollon. Rhod. 2, 815. sqq.

503. *exanimi* A. *exanimus* Hwxy. *faciet e.*  
 504. *super saevi quem* Hwx; F pro v. scr. et editi quidam. *quae cecidere* bg. *cecidere foci* l.

505. *Utque idem* H. *Sive idem* FGbdfgk Iuret. et decem. *Atque idem* reliqui scripti. *Sisque idem v. simili quem pinus* GHw. *simili pinus d. morte peremit* b. Versu sequenti vulgata erat: *Venator Phrygia sisque Berentiades. Phrygia venator* H. *Frigia venator sis* AD b c g et undecim. *Phrygia* fwy. *Frigida venator sis* Ea et tres; F pro v. scr. *Frixia venator* G et quatuor. *Phrixia* Cdk. *Phria ven. e. Phrys tu venator* C pro v. scr. *sis Berecynthiades*, vel quod non longius inde absit, quam *sis here cinthiades* in A, omnes scripti praeter bil et quatuor fortasse. Salvagnius scribendum censebat:

*Sive idem, simili pinus quem morte redemit,*

*Venator Phrygias sis Berecynthiades,*

et interpretabatur de Aty ab apro discerpto testibus Pausan. 7, 17, 10. et schol. ad Nicandri Alexiph. init., mox in pinum transformato, Met. 10, 104. Correctio lenis est: enarratio non facit, quin *idem* languere videatur. Heinsius emendabat:

*Idaea, aut simili pinus quem morte peremit,*

*Phryx venator Atyn ut Berecynthiaden,*

et interpretabatur *Phrygem* venatorem de Adrasto Herodoteo illo, ex Excerpt. Diodori de virt. et vit. p: 553, 33. Wessel.: *Atyn*

Phryx et venator sis Berecynthiades.

Si tua contigerit Minoas puppis arenas,

Te Corcyraeum Cressia turba putet.

Lapsuramque domum subeas, ut sanguis Aleuae,

Stella Leoprepidae cum fuit aequa viro.

Vtque vel Euenus torrenti flumine mersus

Nomina des rapidae, vel Tiberinus, aquae.

Astacidaeque modo decisa cadavere trunco,

510

508. Corcyreum Cressia.

*Berecynthiaden*, qui Lydus fuit, et totum hexametrum non explicat. Burmannus more suo: quaerendum esse aliquem, cuius nomen in *sive idem* lateat, qui similiter lapsu arboris pinus occisus fuerit, atque Atys. Quaero, quis de Attine hoc tradiderit. Ouwenius Noct. Hag. p. 287. legebat: *Berecynthiade*, quod feminini generis esse perperam putabat. Igitur *peremit*, vel *peregit* figurate receperim, ut illa F. 2, 236: *Ad bellum missos perdidit una dies*; Amor. 1, 15, 24: *Exitio terras cum dabit una dies*. Illi vero, qui simili morte obierunt, videntur fuisse Marsyas Phryx in pinu excoriatus, vide Nicandri fragmentum apud Tzetzem Chil. v. 360., et Attis sub pinu virum exuens, narrante Arnobio adv. gent. 5, 6. Uterque testis etiam de morte tradunt. Hoc fatum *idem* Ibis habebit, h. e. *simul utriusque*.

507. *arenis d. puppis ad undas* DGHbfgw et octo; E pro v. scr. *contigerit puppis Minoas undas* F: interpolatio ex illa corruptione. 508. *Te coricacerum A. Corcyrenum d. Cressia* omnes praeter ABG, qui: *Cressia*, l, qui: *tregia. turba petat* quatuor scripti.

509. *sanguis Alene d. Aleuae AFC. Alabae b. Alebi w. Alebae* reliqui omnes. Distichon totum deerat in H.

510. *Stella Leoprepido f. Sella leothepide e. leotepidae b. Leoquoridae D. Leoridae gk; F pro v. scr. Lyquoristae a. letoridae Cl. licoriden A. Stella Lycoridae vel licoridae* reliqui omnes. Vides codices non eximios verae scripturae proximos, quam coniectura prius assecutus est Scaliger Auson. lett. 2, 30. Collecta a Myllo et Salvagnio insigniter auxerat Heinsius, quae nostri non est propositi transcribere. Historiam apud Callimachum et Euphorionem olim extitisse discas a Meinekio ad Euphor. fr. p. 81. cui sunt DEFagklwxy et octo. *aequa dei* Schraderus coniciebat.

11. *Ebenus Bdegk. Hebenus DEF (m. pr.) Gab. habenus A.* scholiastae egregie, vid. Salvagn.

513. Codices duobus exceptis omnes: *Hyrtacidaeque* vel simillima, *Irtacideque* B1; *Yrtacideque* g; *Uracidaeque* f; *hircatideque* e; *Hyrthacidaeque* F; non sine fraude, ut puto. Igitur A proxime verum, paulum distractis litterarum lineis: *Lirtacideque*; nam L<sup>1</sup> est A; ipsum genuinum elut gemmam in stercore servavit Iuretanus, ita:

*Astacidesque modo qui Tydea misit ad umbras*

*Non impune tamen sit caput esca tuum.*

fabulam Menalippi certe iam intelligis. *decisa a et alius Heinsii*

- Digna feris, hominis sit caput esca tuum.  
 515 → Quodque ferunt Brotean fecisse cupidine mortis,  
 Des tua succensae membra cremanda pyrae.  
 Inclususque necem cavea patiaris, ut ille  
 Non profecturae conditor historiae.  
 Vtque repertori nocuit puguacis iambi,  
 520 Sic sit in exitium lingua proterva tuum.  
 Vtque parum stabili qui carmine laesit Athenas,

514. homini.

servarant. modo des fixa ead. F. modo det fixa duo. desus n-  
 liqui omnes. *diffissa* Salvagnius emendaverat. *cadavera* omnes  
 consensu. Salvagnius iam hoc mutavit. 514. *Digna feris*

hom. omnes libri praeter CDEFGabgl et quinque Heinsii scrip-  
 ptos, editiones Aldinam secundam et Gryphianam maiorem. *homini*  
 ACKlwxy et tres, nihilo vulgata concinnius aut sonorius.

515. *ferans brot.* y. *Brotean* F. *Broteam* CEGH abedw et  
 septem. *Proitheam* g. *prothica* A. *Brotesum* reliqui libri. De fa-  
 bula historiave nihil constat. Nam quae de Brotea venatore la-  
 Parrhasius graeca refert ep. 9. confictitia puto. In scripturae di-  
 crepantia invenias quae Alciati suspicioni faveant, distichon hoc im-  
 pridem e Gellii loco 22, 2. et Luciani libro de Peregrino Protes-  
 effectum atque a librariis in ordinem receptum fuisse. 517.

*Illususque necis* cav. A. De Callisthrene vide Salvagn. 518.  
*Non profuturae* Ge. 519. *iambus* k. 520. *in exitium*

Hbw; recte, quod ad sermonem pertinet, vid. Hand. Tarsell. 3,  
 p. 322, n. 35., et sententia paulo, quam in vulgata, commodiore.  
 Nam Archilochus gravius nihil a Lacedaemoniis passus est, quam  
 exilium tum suum, tum carminum suorum. Quamvis nihil impediat,  
 quo minus Ithidi gravius quid noster impreceatur. 521. *Ut*

*parum* DHbekwxy et sex. *Ut parum* f. In marginae E per-  
 scriptum erat: *Licofronus*, in a: *Lycostabus Tragicus*. Alciatus  
 legendum censebat: *qui laesit Athenas*; Heinsius:

*Utque parum stabili cui carmine laesa Lacaena est*;  
 Schraderus: *Utque parum stabiles qui* etc. Verum de Hipponacte  
 vel Stesichori morte nihil hoc quadrat, Schraderi interpretatio: *quod*  
*ut inconstantes Athenienses vituperaverat* verborum structuram tur-  
 batam, nec sermonem latinum quidem exhibet. Welckerus v. de  
 Atticum aliquem miniamborum auctorem intelligebat, cuius nomen  
 suppresserit Terentianus Maurus p. 81. v. 2417. ed. Lachm. de  
 Hipponacte et Anan. p. 22. *Mihi carminis instabilis* appellatio  
 nulli melius metro convenire videtur, quam Sotadico, de quo v.  
 Herm. El. p. 444. Spalding. ad Quintil. Inst. 1, 8, 95. Gaisford.  
 ad Hephaest. p. 347. sq. ed. Lips. Atque mortis genus, quod  
 dicitur, valde congruit cum Plutarchi de educ. liber. c. 14. v.  
 de Sotade: *ἐν δεσμωτηρίῳ πολλὰς κατεσάπη χρόνους*. S.  
 illic Ptolemaeum Philadelphum et Arsinoen, apud Athenaeum  
 p. 620. a Lysimachum laesisse dicitur; Athenas, nequam. H

Invisus pereas deficiente cibo.

Vtque lyrae vates fertur periisse severae,

Caussa sit exitii dextera laesa tui.

Vtque Agamemnonio vulnus dedit anguis Orestae, 525

Tu quoque de morsu virus habente cadas.

Sit tibi coniugii nox prima novissima vitae:

Eupolis hoc periit et nova nupta modo.

Vtque cothurnatum periisse Lycophrona narrant,

Haereat in fibris fixa sagitta tuis. 530

Aut lacer in silvis manibus spargare tuorum,

Sparsus ut est Thebis angue creatus avo.

Perque feros montes tauro rapiente traharis,

Vt tracta est coniux imperiosa Lyci.

Quodque suae passa est pellex invita sororis,

Excidat ante pedes lingua resecta tuos. 535

Conditor ut tardae, blaesus cognomine, Cyrae,

523. Utve. 531. sylva. 537. Cyrrhae.

itur iam docemur; nec qui doceri se pati potest, coniciet: *lucis*  
Idonia, secundum Hephaest. 1, 3, p. 9. ed. Lips. 522. In-

itus a. 523. *Utve* Facdfg. *Utque velymates fertur* G.

*Et linguae vates* Cb. *Dicitur utque lyrae vates* E. *periisse so-*  
*rae* unus Vatic. et unus Ciofani. 524. *sit excidi* w. *ex-*

*idii* xy. *faemina laesa* Iuret. Malim scholiasten audire, quam  
salvagni inficetissimam probare sententiam, Alcaeum, qui *dextram*

*reserit*, h. e. fidem violaverit, quam Pittaco „sine dubio“ olim ob-

trinxisset, intelligendum esse, et legendum *exilii*, quod sane in H

t fortasse in Francofurtano extat. 525. *Oreste* B1 et unus

lediceus. Reliqui omnes: *Orestis*. 528. *Hubolis hoc* A. *Heu*

*olis hoc* e. Historia extat in epigrammate Anthologiae inter

desp. Jacobs. 674. tom. 4. p. 260. Hic et sequens versus deat

l. 529. *cothurnatum cecidisse* EFGag et duo, probatum

b Heinsio, quia *periit* praecessisset. *lycophora* G. *Licofora*

eg. *Lyconida* H. *Lycorida* bi. De Lycophronis tragici morte

liunde nihil huius modi traditur. 530. *Haereat in manis*

Iuret. *Lateat in* f. l. 531. *in sylva* ADFGHbefgiwxy.

*spargere* DEcd. Hinc fortasse est, quod Sosipater Charisius

. 109. P. ex Ovidio citat: *Mille lacer spargere locis*:

32. *ut ethemis* A. post hunc versum G inserit 537, 538.

34. *coniunx* — *lici* AG. De fabula scholiastes recte. 535.

*pellex invisita* fikx et tres; E pro v. scr. *invicta* l. *sororis ex*

CDEFHabd. *sorori* reliqui. 537. Libri non longe re-

cedant a vulgata olim in editis scriptura: *Cognitor ut tarde laesus*  
*cognomine Myrrhae*. Nimirum *Conditor* Fck et quinque. *tardus*

Teque aliquis posito tentet vim numinis, opto:  
Tantalides tu sis, Tereïdesque puer.

Et tua sic latos spargantur membra per agros,  
Tanquam quae patrias detinuere vias.

435 Aere Perilleo veros imitere iuencos

Ad formam tauri conveniente sono:

Vtque ferox Phalaris, lingua prius ensē resecta  
More bovis Paphio clausus in aere gemas.

situs Gef; F pro v scr. aliquis postus c. aliquis ponti tent. i. temnat Constantinus volebat. Teque alicui posito cui nil sit numinis d. Si quis phreneticum Burmannum fuisse negabit, legat quae huic versui annotavit in hunc modum: *Offendit fortasse in Hexametro Heinsium, et merito illud, te posito; (viden' hominem pro iis, quae Heinsio surripuit, sua obtrudere? nullo verbo tale quid se cogitasse Heinsius prodidit,) si enim positus, vel adpositus iam esset in mensa, quid opus optare a numine, ut fiat Pelops et Itys; quare non inepta lectio codicis Sarraviani (istius quidem diversa lectio, sed trium aliorum ipsa scriptura):*

*Tecum aliquis positus, tentet vim numinis, opto*

*Tantalides ut sis,*

Ut enim pro tu cum Micyllo probo. positus aliquis tecum, id est, conviva tecum recubans, optet (quid hoc et unde?), ut deus vi sua te faciat Pelopem vel Ityn. positum vero ita sumi vidimus ad I Art. Am. 231.

432. Scriptura Tereidesque nititur solius codicis a, chartacei quidem, fide. Threiciusque, quam Constantius Fanensis „in manuscripto codice” se invenisse testatur, nunquam postea comparuit. Tereos atque puer eiusdem Constantini coniectura editiones quasdam occupavit. Tindareique puer gl et alius. tu sis tu Threique puer Cy. tute rei que e. tu Tereique reliqui libri omnes, viginti quinque numero.

433. Ut tua a. sio largos Hbiwy et quatuor.

434. Et tanquam patr. i.

435. Perill. verses im. f. imitare ACDI.

437, 438. Hoc distichon omittunt AC, qui nec supra post v. 336. id habebant.

Eorum, qui istic posuerant, DEk prorsus hic ignorant, d in margine scriptum ostendit. Res non facilis diiudicatu agitur. Delebit distichon, qui librorum unice vetustatem spectabit, qui in historia ipsa nusquam alibi tradita offendet, qui repetitionem eiusdem rei improbabit. Relinquet, qui causam omissionis in supra disputatis agnoscet, qui scholiastas pro antiquis scripturae et historiae testibus admittet, qui ordinem narrationis eundem, ut v. 299. sq. 337.

sq. 363. sq. 383. sq. etc. deprehendet, qui iterationem rei venuste dissimulatam verborum ornatu iudicabit, Paphium aere unde arcessitum sit, nesciet. Ego animi haereo. Utve di. fero Phalar. D.

ferox fallens l. prius ore res. Gdefg Iuret. et quinque; F pro v. scr. aere recissa i, bovis Phario claus. EF (pr. m.) bci et duo. bovis calido claus. Iuret.

439. Cumque F (pr. m.) b.

Dumque redire voles aevi melioris in annos,  
 Vt vetus Admeti decipiare socer. 440  
 Atque eques in medii mergare voragine coeni,  
 Dummodo sint fati nomina nulla tui:  
 Atque utinam pereas, veluti de dentibus orti  
 Sidonia iactis Graia per arva manu.  
 Et quae Penthides fecit, fraterque Medusae, 445  
 Eveniant capiti vota sinistra tuo:  
 Et quibus exiguus est volucris devota libello,  
 Corpora proiecta quae sua purgat aqua.  
 Vulnere totque feras, quot dicitur ille tulisse,  
 Cuius ab inferiis culter abesse solet. 450  
 Attonitusque seces, ut quos Cybeleia mater

442. facti. 447. libello est.

redire volens C. in aevum b; C pro v. scr. 440. docipere  
 E.d. 441. Aut eques k; C pro v. scr. Domitius in notis.  
 mergere D. 442. fati A G et duo. facti reliqui. nomina vera  
 tui Cd. 443. Utque utinam A. Atque vide pereas e: de  
 gentibus e. 444. Sid. sparsi Grai. meliores, ABCEGd.  
 sparsis gkl luret. et quatuor. iacti D. 445. Ut quae b.  
 quae Bathiades cum gloss.: Callimachus a. bathiades wy. quae  
 Spretides c. quae Petuides e. Pentides Gg. Penthides ABCH  
 et plurimi. Penthides fortasse unus, vel alter. Penthides fecit  
 frat. b. fecit fratrique G. fecit de fratre Med. ABCF (m. pr.)  
 cd luret. et quinque. fecit de patre E. de fratre meluse l. Me-  
 dullae unus. Interpretes latius evagati Penthiden Menoeceum, Pit-  
 theiden Theseum, matrem Medusae Hecubam, vel fratrem Eury-  
 stheum intelligunt. Si de Pitthide certa res esset, legerem: — fe-  
 cit, pariterque Molinae. De diris Molinae vid. Pausan. 5, 2, 2: —  
 ὡς δὲ ἡμάρτανον καὶ τοῦτου Μολίην θεῖσαι φασὶν ἐπὶ τοῖς  
 πόλιταις κατάρας, ἣν Ἰσθμίων μὴ θελήσωσι εἰργεσθαι. In  
 Isthmo vero etiam Hippolytus afflicto fuerat: quare pariter non  
 fortasse vacaret. Sed videant ingeniosiores. 446. Eveniant  
 Bd. Et venient l. 447. E quibus a. Ex quibus F (m.  
 pr.) beg. Ut quibus A. est omittebant Cdiklwxxy et octo alii;  
 in dimidiato versu ponebant ABDEFHa, in fine reliqui. est  
 dignata lib. a. 448. Quae sua proi. corpora a, luret. Quae  
 sua deiecta G. Quae sua coniecta B. Corp. coniecta l. 450.  
 ab exequiis a. cultus fi. cultor Ae. abesse velit d. Hoc disti-  
 chon post versum 434. interpretatur Domitius, et de Osiride qui-  
 dem, cui Apim sacrum fuisse docet Diodor. lib. 1. c. 21. Huic  
 vero non mactatum, sed in aquam demersum fuisse tradit mythogr.  
 Vatic. p. 31. ed. Mai. 451. ut queis bc et alius. ut quae  
 unus Patavinus, venuste Heinsio iudice. ut quo i. ut quos athena

- Incitat, ad Phrygios vilia membra modos,  
 Deque viro fias nec femina, nec vir, ut Attys;  
 Et quatiás molli tympana rauca manu.
- 455 Inque pecus subito Magnae vertare parentis,  
 Victor ut est celeri victaque versa pede.  
 Solaque Limone poenam ne senserit illam,  
 Et tua dente fero viscera carpat equus.  
 Aut ut Cassandreus, domino non miſior illo,
- 460 Saucius ingesta contumuleris humo.  
 Aut ut Abantiades, aut ut Cygneius heros,

*mater e. tibia l.* 452. *membra domos d.* 453. *nec vir nec foemina CDHbcglwxy et sex. Athis AG, alii.*  
 455. Ita meliores ACEGdg et duo. Reliqui: *magnae subita.*  
 457. *Solaque Limone G. senserit ulla e.* 458. *Ut tua Gacdeg. viscera pascat Gg.* 459. Hoc distichon omittunt ABCDKl et in margine tantum scriptum habet d. Eorum tres illi optimi ne supra quidem post v. 336. id habebant. Nihil igitur certius de eo affirmare ausim, quam de illo 437, 438. Utrumque cur absit a melioribus libris, adhuc nescio: si toleranda sunt omnino, quo loco sint, intelligis. *Cassandrae Fabi wxy. Cassandri efg. Cassandrus Ec et superiori loco DEdk. Cassandris alius. Cassandrus G; d pro var. scr. Domitius in notis. Cassandri reliqui libri. domino Ecik. dominus reliqui.* Superiori loco hos versus g ita concipiebat:

*Aut sicut perit pyreas Canssandrus ille  
 Quem sua gens multo dispersit cinere,*

et k primum ita:

*Aut pereas perit sicut Cassandrius ille  
 Quem sua gens merito mersit in amne lyci;*

ac deinde denuo eodem, quo hic modo. Haec quoque scripturae discrepantia iudicium nostrum impedit et conturbat. Scilicet constat suppositos versus dissimili saepe forma occurrere, et potest varietas illa pentametri nata esse e cautione, ne iidem versus recurrerent: hexameter vero ille quantumvis ineptus veram nominis formam illic servavit, hoc loco paene abolitam. Nam Heinsius, ubi de hoc loco fusius agit, ad Pont. 2, 9, 43. variantem unius codicis scripturam a nobis in altero inventam ita illustravit loco Polyaeni potissimum Strateg. 6, 7. et Plutarch. de s. num. vind. c. 14., ut sive cum Salvagnio, *dominus* legas et *illum* Hippomenem putes, sive cum paucioribus libris *domino* et *dominum illum* Antigonum interpreteris secundum Polyaenum 4, 6, 18., intellectus iusto non sit impeditior. 460. *Sanctius e. ingesta D. S. in gestis F pro v. scr.* 461. *ut Anthiades g. ut Lyrnesius editi et scripti non exiguo numero. Tyrnesius F pro v. scr.* Verum *Cygnaeus F* in textu testante Heinsio, nam J. F. Gronovius *Cygnaeus*

**Clausus in aequoreas praecipiteris aquas.**

**Victima vel Phoebos sacras macteris ad aras,**

**Quam tulit a saevo Theodotus hoste necem.**

**Aut te devoveat certis Abdera diebus,**

465

**Saxaque devotum grandine plura petant.**

**Aut Iovis infesti telo feriare trisulco,**

**> Vt satus Hipponoo, Dosithoësque pater:**

**Vt soror Autothoës, ut cui matertera Maia est:**

**Vt temere optatos qui male rexit equos:**

470

**Vt ferus Aeolides, ut sanguine natus eodem,**

471. cretus.

notaverat, uti etiam e suis Constantinus, unde non multum distat *Ligneius* Ea; *lignetus* A; *Lignetus* i; *linguens* l; *Lingeius* B; *laineius* C; *Limmeius* D; *Leneius* c; *Lenius* b; *Ligoneius heres* d; *Lignesius* G Hegwy; F pro v. scr. Heinsius plura de hoc loco alium se disputaturum promiserat. In schedis his tantum verbis annotatum invenio: „leg. *Teneius*; vide Nicolaum Damascenum ? Heracl. Pont. c. 7.) nec dubito huius argumenti *Τέννην* (?) Eupipidis fuisse, quam laudat Stobaeus serm. 2. (p. 63. ed. Schow.)” Nec profecto opus est vel emendatione, vel post Micillum interpretatione, si modo noveris versu sequenti triginta codices conspirare in scriptura: *Clausus*, nullum notari, qui cum editis ante Heinsium, immo Salvagnium; *Caesus* habuerit. Nam de Constantini libris non constat.

463. *Phoebi* c. 464. *Qua tulit C. tulit sono* Th. i. a saevo a. *Theodotus* ACDEGdgi; F pro v. scr. *Theodus* B. *Theodotus* e. *Theodatus* a. *Theodus* c. *Todothus* k. *Theodorus* l. *Teudotus* reliqui scripti et editi. Quae Burmannus de Theodoto Cassandrensi habet, Heinsio sublegit.

465. *At* e d. *dev. sacris Abd.* ac. *cunctis Abdera* G. *Abdera* g. In margine E scriptum erat: *Proetus*, huc vix pertinens. Historia ignota est.

466. *devotam e. sanguine plura c. petent* g. 467. *Iovis infensi* c. *infesto* editi ante Constantinum. *infesti aculo fer.* G.

468. *Hipomoo* C. *Hippomoo* Fciw. *Yponoo* d. *Hippomeo* bkl. *Hipomeo* G. *Ypomeo* DEe. *hipomodo* y. *hipodoro* A. *Hippodomo* a. *Ypodomo* g. *desithoosque* A. *Desithoosque* EGbc. *Desiodesque* wy. Idem et pro v. scr.: *Desithoosque* F. *Dexithoosque* el. *Dexithoosque* Cd. *Dexithoosque* D. *Desithoosque* i. *Dexithoosque* vel *Dexithoosque* B, ita enim differunt eius odicis quas habeo collationes. *decthoosque* g. *Theiphilesque* a.

De Capaneo Hipponoi filio dubium non est, de altero incertum; cryphiam pono.

469. *Aut soror* G. *Et soror* Dk. *Anthoones* A. *antonoos* g. *Anthoones* d. *atones* l. *aut cui* EGgi; F pro v. scr. *et cui* c. Hoc distichon post sequens collo-

at a. 470. *Aut temere* A. *Et temere* CDEFGabcegi wxy et decem. Scholiastae recte interpretantur. 471. *Et*



- Quo genita est, liquidis quae caret arctos aquis.  
 → Vt Macedo rapidis icta est cum coniuge flammis,  
 Sic, precor, aetherii vindicis igne cadas.
- 475 Praedaeque sis illis, quibus est Latonia Delos  
 Ante diem raptō non adeunda Thaso:  
 Quique verecundae speculantes labra Dianae,  
 Quique Crotopiadeū diripuerē Linum.  
 Neve venenato levius feriaris ab angue,  
 480 Quam senis Oeagri Calliopesque nurus:  
 Quam puer Hypsipyles: quam qui cava primus aenta  
 Cuspide suspecti robora fixit equi.  
 Neve gradus adeas Elpenore cautius altos;  
 Vimque feras vini, quo tulit ille modo.
- 485 Tamque cadas domitus, quam quisquis ad arma vo-  
 cantem  
 Iuvit inhumanum Thiodamanta Dryops:

478. Linon.

ferus D. aut sanguine b. qui sanguine H. et sanguine editi olim et tres scripti. sanguine cretus k et tres. 472. Quo nati est c. 473. rapidis iacta est ACcf. Macedo raptis iacta est E in text. Ut Macedon iacta est rapidis cum kl (sed: macolo). Ut Macedon iacta est rapidis cum wxy Iuret. et quatuor; F pro v. scr. Ut macello iacta est rabidis e. macelo iacta est rapid. Di. Ut macedo victa est rap. b. Ut macedo rapidis ictus cum ag. Ut macedo est ictus rapidis cum G. Ut macelo rapidis menedecta coniuge d. De fabula non liquet. 474. vindicis ira cadas E m. pr. Post hunc versum Schraderus insertum volebat distichon 593, 594. causa non inepta, contra libros tamen.

475. Praedae k. Latonia proles gk. delon l. 476. Ita A. adeunda Taso a. traso eg. treso c. reso i. Reliqui libri scripti et editi veteres: Thraso. De fabula vide scholia, Salvagnium et Meinekium v. cl. ad Euphorionem p. 27. 477. verec. pecculatus labr. C. speculatus vel speculatur (differunt coll.) B. speculatus b. speculantes c. spec. membra Dianae FGHbdwxy.

378. Crotopiadem DEabg. Cicropiadem k. Linon tres scriptos habuisse dicit Heinsius: ego k tantum video. Res legitur apud Pausan. 1, 43. 480. Quam satus Oeagri e. 481. hisiphiles AG. hisiphiles Be. cava pinus ac. e. De Archemoro recte schol. Vide Salvagn. 482. rob. fecit eq. D. 483. Elpenore AB. Ipsenore B ab alia manu. cautior CdG. caliam equos l. 484. feres G. feras vitii l. tulit ipse modo a. 486. Vidit inh. BDEF ad g Iuret. et octo. Vide inh. c. Iovis in hum. Ge; F pro v. scr. Ludit in h. k et duo. inhumanus h

nam ferus ipse suo periit mactatus in antro

Proditus inclusae Cacus ab ore bovis:

quam qui dona tulit Nesseo tincta veneno,

Euboicasque suo sanguine tinxit aquas.

Vel de praecipiti venias in Tartara saxo,

Vt qui Socraticum de nece legit opus:

Vt qui Theseae fallacia vela carinae

Vidit: ut Iliaca missus ab arce puer:

Vt teneri nutrix, eadem matertera Bacchi:

Vt cui caussa necis serra reperta fuit:

Lydia se scopulis ut virgo misit ab altis,

Dixerat invito quae mala verba deo.

Feta tibi occurrat patrio popularis in arvo,

Sitque Phalaeceae caussa leaena necis.

489. Lernaeco. 500 Phayllesae.

*Theodamanta* ADEFHbc; e graeca forma. *Theodamanta* gy; F pro v. scr. *droips* l. Scholiasta et Salvagnius rem docent. Alia testimonia multa Heinsius ascripserat praeter illa, quae Burmannus modesta immodestia sublegit. 487. *ferus ille suo e.*

*ipse sui y. ipse fuit l. suo ferunt macturus in D. periit iactatus B. in alto l.* 488. *Protinus error typographicus in*

*ed. D. Heinsii.* 489. *tulit Lernaeco tincta* eadem Heinsii editio et Aldina secunda: codice quantum sciam praeter l nullo suffragante. 492. *Vel qui* Ga. De Cleombroto pleraque occupavit Salvagnius. 493. *Thea. fallentia* af. 494. *Ut*

*videt Iliac. A. Vidit et Il. FHaelwy.* Cfr. Acron. ad Hor. od. 1, 15, 21: *Ulysses Astyanactem praecipitem de muro dedit.*

495. *eadem ac mat. F. eadem est mat. D. eadem et mat. CE Gbcdefgk. eademque mat. l.* 496. *sexta rep. e.*

497. *Lindia f et sex. Lidia* Ggl. *Ludia* unus Heinsii. *Livida* sine libris post Parrhasium emendaverat et ediderat Salvagnius, rectissime fabula illustrata. Ego in codice e deprehendo: *Iuida*. Nihil tamen mutaverim. Aut huc pertinet Amor. 3, 1, 14. in hanc Tragoediae describendo:

*Lydius alta pedum vincla cothurnus erat;*

ut sicuti Met. 3, 583. et 624. quos alii Tyrrhenos dixerunt, Laeones et Tuscos nuncupat, ita hoc certe in loco quam Pelasgam credebatur, Tyrrhenam erudite poterat, Lydiam affectate dicere matris. ut iugo misit A. misit ad undas G. 498. *invicto EG*

*idg et Constantinus, utpote de Marte. iniusto F pro v. scr. quod mala ABCE Fcdefgl et quatuor.* 499. *Dira tibi*

*b. Sera tibi A. occurrat a. occ. primo pop. G. in agro c.*

500. *Utque a. Sitque posages A. Pefageas C. Pegaseas c. Paphageas Dl. Paphageas* reliqui omnes. Hominem hunc ipsum

Quique Lycurgiden letavit, et arbore natum,  
 Idmonaque audacem, te quoque rumpat aper.  
 Isque vel exanimis faciat tibi vulnus, ut illi,  
 Ora super fixi quem cecidere suis.  
 505 Sive idem, simili pinus quem morte peremit,

ab Aeliano hist. an. 12, 40. Phayllum dici verum est: illud nomen hic ut restituatur non tam facile libri patiuntur, quam quod apud Antoninum Liberalem f. 4. traditur, Phalaeci, quod iam Heinsio placuit, ut mirer a Kochio locum hunc contra Antoninum adhiberi. Expectaveram etiam, ut docerer, quoniam *Ἀρτεμὶν Ἀγορῆσαν* Ambraciotarum ab Atheniensibus cultam esse annotant, numquid humani in Divinis Instit. passus sit Lactantius ob eius rei memoriam 1, 20: *Exemplum scilicet Atheniensium in ea (Lupa) figuranda Romani seculi sunt, apud quos meretrix quaedam nomine Leanae cum tyrannum occidisset, quia nefas erat simulacrum constitui meretricis in templo, animalis effigiem posuerunt, cuius nomen gerebat; equidem emendandum puto: Ambraciensium.*

501. *Lycurgiaden* Fbk. *lycurg. laceravit* Eci et duo cum editis olim. *et arbore* secundum ACEGadg Iuret. et quinque alios; atque ita Eutyches p. 21. probante olim Codro et Constantino. *in arbore* F by. *ab arbore* reliqui libri et editi ante Salvagnium. *letavit et Arcadem Ancaeum* C. Huic igitur fabulae prioris indicium additum in margine fraudi fuit, quam vide apud Pausan. 8, 45. 502. *Adonaque* aud. G. Rem narrat Apollon. Rhod. 2, 815. sqq. 503. *exanimi* A. *exanimus* Hwx. *faciē e.*

504. *super saevi quem* Hwx; F pro v. scr. et editi quidam. *quae cecidere* bg. *cecidere foci* l. 505. *Utque idem* H. *Sive idem* F G b d f g k Iuret. et decem. *Atque idem* reliqui scripti. *Sisque idem* w. *simili quem pinus* G H w. *simili pinus* d. *morte peremit* b. Versu sequenti vulgata erat: *Venator Phrygiae* *sisque Berentiades*. *Phrygia venator* H. *Frigia venator* sis AD b c g et undecim. *Phrygia* fwy. *Frigida venator* sis Ea et tres; F pro v. scr. *Fricia venator* G et quatuor. *Phrixia* Cdk. *Phria ven.* e. *Phrys tu venator* C pro v. scr. *sis Berecynthiades*, vel quod non longius inde absit, quam *sis here cinthiades* in A, omnes scripti praeter bil et quatuor fortasse. Salvagnius scribendum censebat:

*Sive idem, simili pinus quem morte redemit,*

*Venator Phrygiae sis Berecynthiades,*

et interpretabatur de Aty ab apro discerpto testibus Pausan. 7, 17, 10. et schol. ad Nicandri Alexiph. init., mox in pinum transformato, Met. 10, 104. Correctio lenis est: enarratio non facit, quia *idem* languere videatur. Heinsius emendabat:

*Idaea, aut simili pinus quem morte peremit,*

*Phryx venator Atyn ut Berecynthiaden,*

et interpretabatur *Phrygem venatorem* de Adrasto Herodoteo illo, ex Excerpt. Diodori de virt. et vit. p. 553, 33. Wessel.: *Atyn*

**Phryx et venator sis Berecynthiades.**

**Si tua contigerit Minoas puppis arenas,**

**Te Corcyraeum Cressia turba putet.**

**Lapsuramque domum subeas, ut sanguis Aleuae,**

**Stella Leoprepidae cum fuit aequa viro.**

**Vtque vel Euenus torrenti flumine mersus**

**Nomina des rapidae, vel Tiberinus, aquae.**

**Astacidaeque modo decisa cadavere trunco,**

510

508. Corcyreum Cressia.

*Berecynthiaden*, qui Lydus fuit, et totum hexametrum non explicat. Burmannus more suo: quaerendum esse aliquem, cuius nomen in *sive idem* lateat, qui similiter lapsu arboris pinus occisus uerit, atque Atys. Quaero, quis de Attine hoc tradiderit. Ouwenius Noct. Hag. p. 287. legebat: *Berecynthiade*, quod femini generis esse perperam putabat. Igitur *peromit*, vel *peregit* figurate ceperim, ut illa F. 2, 236: *Ad bellum missos perdidit una dies*; Amor. 1, 15, 24: *Exitio terras cum dabit una dies*. Illi vero, qui simili morte obierunt, videntur fuisse Marsyas Phryx in pinu excoriatus, vide Nicandri fragmentum apud Tzetzem Chil. v. 360., et Attis sub pinu virum exuens, narrante Arnobio adv. gent. 5, 6. Uterque testis etiam de morte tradunt. Hoc fatum *idem* Ibis habebit, h. e. *simul utriusque*.

507. *arenis d. puppis ad undas* DGHbfgw et octo; E pro v. scr. *contigerit puppis Minoias undas* F: interpolatio ex illa corruptione.

508. *Te corcyraeum A. Corcyrenum d. Cressia omnes praeter ABG, qui: Cressia, l, qui: tregia. turba petat* quatuor scripti.

509. *sanguis Aleuae d. Aleuae AFC. Alabae b. Alebi w. Alebae reliqui omnes.*

510. *Stella Leoprepidae f. Sella leothepidae e. leotepidae b. Leoquoridas D. Leoquorididae gk; F pro v. scr. Lyquoristae a. letorididae Cl. licorididae A.*

*Stella Lycorididae vel licorididae* reliqui omnes. Vides codices non eximios verae scripturae proximos, quam coniectura prius assecutus est Scaliger. Auson. lect. 2, 30. Collecta a Millo et Salvagnio insigniter auxerat Heinsius, quae nostri non est ropositi transcribere.

Historiam apud Callimachum et Euphorionem olim exstitisse discas a Meinekio ad Euphor. fr. p. 81. cuius D E F a g k l w x y et octo. *aequa dei* Schraderus coniciebat.

11. *Ebenus B degk. Hebenus* D E F (m. pr.) Gab. *habenus* A. Scholiastae egregie, vid. Salvagn.

513. Codices duobus exceptis omnes: *Hyrtaoideaeque* vel *simillima, Irtacideae* B1; *Yrtacideae* g; *Uracidaeque* f; *hircatideae* e; *Hyrthacidaeque* F; non sine fraude, ut puto. Igitur A proxime verum, paulum distractis litterarum lineis: *Lirtacideae*; nam *L* est *A*; ipsum genuinum elut gemmam in stercore servavit Iurretanus, ita:

*Astacidaeque modo qui Tydea misit ad umbras*

*Non impune tamen sit caput esca tuum.*

*Abulam Menalippi certe iam intelligis. decisa a et alius Heinsii*

Digna feris, hominis sit caput esca tuum.  
 515 → Quodque ferunt Brotean fecisse cupidine mortis,  
 Des tua succensae membra cremanda pyrae.  
 Inclususque necem cavea patiaris, ut ille  
 Non profecturae conditor historiae.  
 Utque repertori nocuit puguacis iambi,  
 520 Sic sit in exitium lingua proterva tuum.  
 Utque parum stabili qui carmine laesit Athenas,

514. homini.

servarunt. modo des fixa cad. F. modo dei fixa duo. desersu m-  
 liqui omnes. diffissa Salvagnius emendaverat. cadavers omnes  
 consensu. Salvagnius iam hoc mutavit. 514. Digna feris

hom. omnes libri praeter CDEFGabgl et quinque Heinsii scrip-  
 ptos, editiones Aldinam secundam et Gryphianam maiorem. homini  
 ACklwxy et tres, nihilo vulgata concinnius aut sonorius.

515. ferans brot. y. Brotean F. Broteum CEGH abedw et  
 septem. Protheam g. protheca A. Broteum reliqui libri. De fa-  
 bula historiae nihil constat. Nam quae de Brotea venatore iam  
 Parrhasius graeca refert ep. 9. confictitia puto. In scripturae di-  
 crepantia invenias quae Alciati suspicioni faveant, distichon hoc iam  
 pridem e Gellii loco 22, 2. et Luciani libro de Peregrino Proteo  
 effectum atque a librariis in ordinem receptum fuisse. 517.

Illususque necem cav. A. De Callisthene vide Salvagn. 518.

Non profuturas Ge. 519. iambus k. 520. in exitium

Hbw; recte, quod ad sermonem pertinet, vid. Hand. Tarsell. 3,  
 p. 322, n. 35., et sententia paulo, quam in vulgata, commediora.  
 Nam Archilochus gravius nihil a Lacedaemoniis passus est, quam  
 exitium tum suum, tum carminum suorum. Quamvis nihil impediat,  
 quo minus ibidem gravius quid noster imprecetur. 521. Utque

parum DHbekwxy et sex. Ut parum f. In margine E per-  
 scriptum erat: Lycosfronus, in a: Lycostabus Tragicus. Alciatus  
 legendum censebat: qui laesit Athenas; Heinsius:

Utque parum stabili cui carmine laesa Laecena est;

Schraderus: Utque parum stabiles qui etc. Verum de Hipponacte  
 vel Stesichori morte nihil huc quadrat, Schraderi interpretatio: quae  
 ut inconstantibus Athenienses vituperaverat verborum structuram tur-  
 batam, nec sermonem latinum quidem exhibet. Welckerus v. de  
 Atticum aliquem mimiamborum auctorem intelligebat, cuius nomen  
 suppresserit Terentianus Maurus p. 81. v. 2417. ed. Lachm. de  
 Hipponacte et Anan. p. 22. Mihi carminis instabilis appellatus  
 nulli melius metro convenire videtur, quam Sotadico, de quo vid.  
 Herm. El. p. 444. Spalding. ad Quintil. Inst. 1, 8, 95. Geisford.  
 ad Hephaest. p. 347. sq. ed. Lips. Atque mortis genus, quod in-  
 dicatur, valde congruit cum Plutarchi de educ. liber. c. 14. verum  
 de Sotade: ἐν δεσμοῦ τῶν πολλῶν κατεσάνη χρόνου. Sed  
 illic Ptolemaeus Philadelphus et Arsinoe, apud Athenaeum 14,  
 p. 620. a Lysimachum laesisse dicitur; Athenas, nusquam. He

Invisus pereas deficiente cibo.

Utque lyrae vates fertur periisse severae;

Causa sit exitii dextera laesa tui.

Utque Agamemnonio vulnus dedit anguis Orestae; 525

Tu quoque de morsu virus habente cadas.

Hic tibi coniugii nox prima novissima vitae:

Eupolis hoc periit et nova nupta modo.

Utque cothurnatum periisse Lycophrona narrant;

Haereat in fibris fixa sagitta tuis. 530

Sicut lacer in silvis manibus spargare tuorum,

Sparsus ut est Thebis angue creatus avo.

Perque feros montes tauro rapiente traharis,

Vt tracta est coniux imperiosa Lyci.

Quodque suae passa est pellex invita sororis,

Excidat autem pedes lingua resecta tuos. 535

Conditor ut tardae, blaesus cognomine, Cyrae,

523. Utve.

531. sylva.

537. Cyrrhae.

igitur iam docemur; nec qui doceri se pati potest, coniciet: *Lucis*  
*Idonia*, secundum Hephaest. 1, 3, p. 9. ed. Lips. 522. *In-*

*tus a.* 523. *Utve* Facdfg. *Utque velynates fertur G.*  
*Ut linguae vates Cb.* Dicitur *utque lyrae vates E.* periisse so-  
*rae* unus Vatic. et unus Ciofani. 524. *sit excidi w.* *ex-*

*idii xy.* *faemina laesa Iuret.* Malim scholiasten audire, quam  
alvagni inficetissimam probare sententiam, Alcaeam, qui *dextram*  
*teserit*, h. e. fidem violaverit, quam Pittaco „sine dubio“ olim ob-  
rinxisset, intelligendum esse, et legendum *exilii*, quod sane in H  
t fortasse in Francofurtano extat. 525. *Oreste* Bl et unus

lediceus. Reliqui omnes: *Oresti.* 528. *Hubolis hoc A.* *Heu*

*olis hoc e.* Historia extat in epigrammate Anthologiae inter  
desp. Jacobs. 674. tom. 4. p. 260. Hic et sequens versus deest  
l. 529. *cothurnatum cecidisse* EFGag et duo, probatum

o Heinsio, quia *periit* praecessisset. *lycophora G.* *Lycophora*  
eg. *Lyconida H.* *Lycorida bi.* De Lykophronis tragici morte  
liunde nihil huius modi traditur. 530. *Haereat in manto*

*aret.* *Lateat in f. l.* 531. *in sylva* ADFGHbfgiwxv.

*argere* DEcd. Hinc fortasse est, quod Sosipater Charisius  
109. P. ex Ovidio citat: *Mille lacer spargere locis.*

32. *ut ethobis A.* post hunc versum G inserit 537, 538.

34. *coniux — lici* AG. De fabula scholiastes recte. 535.

*alex invisa fikx et tres; E pro v. scr. invicta l. sororis ex*  
CDEFHabd. *sorori* reliqui. 537. Libri non longe re-

cedant a vulgata olim in editis scriptura: *Cognitor ut tarde laesus*  
*cognomine Myrrhae.* Nimirum *Conditor* Fck et quinque. *tardus*

Orbis in innumeris inveniare locis.

Inque tuis opifex, vati quod fecit Achaeo,

540 Noxia luminibus spicula condat apis.

538 Fixus et in duris carparis viscera saxis,

Vt cui Pyrrha sui filia fratris erat.

Vt puer Harpalyces referas exempla Thyestae,

Inque tui caesus viscera patris eas.

545 Trunca geras saevo mutilatis partibus ense,

532 → Qualia Mamertae membra fuisse ferunt.

543. Harpagides. 546. Mimnermi.

EFGbcæfgik et septem. tardas a. raptas d. lacus E. blaesus H, Herculani et unus Mediceus. mirre Ag. myre G. mitte a terre l. Tamen coniectura sagacissima iam olim a Paulo Leopardio Emendatt. 3, 2. ita emendatum est:

Conditor ut tardas Blaesus cognomine Cyrae,  
et expositum de Batto id nomen propter linguae obligationes adepti, feste Iustino 13, 7., de cuius erroribus Herod. 4, 154 – 56. Cyra, nomen montis, vid. Iustin. l. l., Wernsdorf. ad Valer. Cat. v. l., vel fontis, vid. Callim. hymn. in Apoll. v. 88., et schol., pro urbe, sive per metonymiam, sive per synecdochen, offensionem vix habet. Vid. Thirge, res Cyren. p. 77. n. 75. Gravior est altera Schraderi observatio, reprehendentis distichi huius sententiam inter dissimillima tot exempla. Sane linguae vitium si ibidem imprecaretur Ovidius, melius haec convenirent, sed quid facias contra tot libros? nam quod G ordinem mutat, factum id est hac quidem re intellecta, sed perperam accepto breviori versu, quasi disceptat et per orbem sparsus fuerit homo. 538. Orbis in bxy et tres. Orbis et inn. a. Urbis BE. innum. innumerare a cem H. 539. Utque l. apifex A. Atheo F pr. m. Scholiastae solum testimonium habetur. 540. spic. figat ap. e sp. credat l. apes ef. 541. ut in E. viscere Aefg. visc flammis AFbegl Iuret. et duo. 542. pirri sui A. fil patris E m. pr. 543. Harpagides k et Constantinus. Harpagides a. Arpacides f. Arpiges E. Arpagigae CDG dg; F p v. scr. arpapige A. Argiadae H. arpigige e. Arpagias BE Arpiagae b et dno. Aspargie i. Harpacidae F. Harpagidas reliqui. Astyagae Politianus coniecerat. Codicis Sanvictoriani lectionem, vel Salvagnii coniecturam exhibemus, quam illustrat Hyginus fab. 106. et aliis in locis. Nimirum interdum satius est vel coniecturam facere e vetustorum librorum mendis, quam interpolatorum quantumvis disertam scripturam Burmanniano more admittere. 544. Inque tui excisus A. Thyestos B. Thyestes c. 546. Codicum ABk scripturam et variam lectionem in F inventam exhibemus. Nam ubi rem ignores, noli lacreris, si cum veteribus interpolatoribus et Burmanno nomen par-

'tque Syracosio praestricta fauce poetae,  
 Sic animae laqueo sit via clausa tuae.  
 Udaeve derepta pateant tua viscera pelle,  
 Vt Phrygium cuius nomina flumen habet. 550  
 axificae videas infelix ora Medusae,  
 Cephenum multos quae dedit una neci.  
 Poniadum morsus subeas, ut Glaucus, equarum,  
 Inque maris salias, Glaucus ut alter, aquas.  
 'tque duobus idem dictis modo nomen habenti, 553  
 Praefocent animae Gnosia mella viam.  
 Pollicitoque bibas, Anyti doctissimus olim  
 Imperturbato quod bibit ore reus.  
 Nec tibi si quid amas, felicius Haemone cedit:  
 Vtque sua Macareus, sic potiare tua. 560  
 Et videas, quod iam cum flammae cuncta tenerent,

tius reponas. *Mimmeri C. Minnermi d. Minermi EFG.*  
*Inermi D. uimerni e. Minervi Habg; F pro v. scr. Miner-*  
*is c. micernus y. meminermi w. Mycerni reliqui. Versum*  
*nittit l. 547. Utve codices praeter AFGakl omnes. Si-*  
*cusio vel Syracusio omnes. constricta Iuret. perstricta e.*  
*19. Nudaque CDFGabdiz et novem. Nullaque Mentel. di-*  
*cta A. derepta Cd, quod Salvagnius et Heinsius receperunt.*  
*repta reliqui. 550. Phrygii EHabiklwxy et quinque.*  
*1. Saxiflae e. inf. colla Med. E. 552. Phineum mul-*  
*is b. Cyniphios populos quas k et alius. Cephenum populos quas*  
*us Medic. qui dedit A. 553. Poniadum A. Prothnia-*  
*m B. Popniadum G. Pegniadum C. Postniadum g. Postima-*  
*m d. Innaidum e. subeas morsus EG et duo. morsu sub-*  
*is e. glauc. sub. ut mors. l. aquarum egl. 554. maris*  
*beas H. aquis e. 555. dictae modo k. dictis mihi Hw.*  
*556. Praecludant Iuret., alius. Inter Prae et animae lacuna*  
*et in G. Eripiant animae unus. Diripiant alius. Praevocent g.*  
*nosia mella DHabdeiwxxy et sex; F pro v. scr. noxia mella*  
*liqui. dulcia mella glossator codicis Lugdunensis Prisciani nescio*  
*si, notante Heinsio, quemodo in hac ipsa fabula Claudian. bell.*  
*ldon. v. 446. 557. bibas aneti doct. E. bibas avini*  
*et. c. bibas animo doct. G. bibas veluti doct. ABDFHbci*  
*xy. Hinc vultu Constant. Fanensis, Meliti Heinsius tentabant.*  
*bas Socrates dignissimus olim d. bib. Socrates quod doctior*  
*im k. 558. qui bibit e. 559. Amnone D. emone*  
*urimi. 560. sua Canaceus sic pot. B sec. m. sic potiare*  
*DEFGHaeilwxy. tu potiare reliqui. 561. Et videas*  
*et Constantinus. Ut vid. wxy. Qualem iam capta cum flam-*  
*me dg. 562. vidit ab arce-EFk et tres. in arce C. pro*



- Hectoreus patria vidit ab arce puer.  
 Sanguine probra luas, ut avo genitore creatus,  
 Per facinus soror est cui sua facta parens.  
 565 Ossibus inque tuis teli genus haereat illud,  
 Traditur Icarii quo cecidisse gener.  
 Utque loquax in equo est elisus guttur acerno,  
 Sic tibi claudatur pollice vocis iter.  
 Aut ut Anaxarchus, pila minuaris in alta,  
 570 Ictaque pro solitis frugibus ossa sonent.  
 Utque patrem Psamathes, condat te Phoebus in ima  
 Tartara; quod natae fecerat ille suae.  
 Inque tuos ea pestis eat, quam dextra Coroebi  
 Vicit, opem miseris Argolicisque tulit.  
 575 Utque nepos Aethrae, Veneris moriturus ob iram,  
 Exsul ab attonitis excutiaris equis.

570. solidis. 573. Coroebi. 575. periturus.

v. scr. in urbe ACDGacdeg Iuret. et sex; F pro v. scr. in urbe reliqui. 564. Proh facinus DEFd. 566. Icariei A. Icarei FG. Vide doctam Salvagnii annotationem.

567. loquax medio est h. elisum ABC. guttur acerbo C et unus, perperam ab Heinsio notatus. guttur acerbum c. guttur egenor g. guttur agenor AEFbefky et undecim; C pro v. scr. guttura agenor Hiw. gutture agenor DGal Iuret. guttura ignem B. Reliqui recte; vide locum Tryphiodori v. 476—481 a Politiano Miscellan. c. 75. primum indicatum. 569. Anaxareus B (alt. coll.) CDg; F pro v. scr. Anaxareus AEk. Anaxareus e. Anasareus a. Anazareus c. Haec Italorum orthographiae debentur et derivata sunt a scriptura: Anaxarous. Anaxares B (alt. coll.) Anagores h. min. in ulta k et alius. in una Gdegi et quinque; CF pro v. scr. in ima DEHwy et tres Historiam satis illustravit Salvagnius, quamvis addiderit quaedam Heinsius.

570. Ictaque ex ABCEk et duobus. Lectura duo. Iactaque reliqui. solidis biwy et tres, defensum a Burmanno. Mihi vulgata praestare videtur. ossa solent A. 571. Psamathes F et codd. Constantini plures. Samates E. samatis G. Samacis Bc Iuret. et tres. Sanacis A. patrem Salmacis k. Salmacis utque patrem wxy, duo scripti. Psamatis reliqui. te condat Phoebus Bg. te Phoebus condat E. in una Gde. in ipse i.

572. quas natas Gg. ipse suae Hb wxy. 573. quae dextra f. Vide Pausan. 1, 43, 7. et inde corrige Burmanni et ceterorum omnium enunciationem. 574. Argolicisque tuis wy. 575. Utve a. Ven. moribundus EHbl et quinque cum edd. ante Albinam secundam, quas secutus Salvagnius. Ven. periturus Fa et tres. moris. ab ira D. 576. excutiaris BE. excruciaris A.

Propter opes magnas ut perdidit hospes 'alumnus,  
 Perdat ob exiguas te tuus hospes opes.  
 Utque ferunt caesos sex cum Damasichthone fratres:  
 Intereat tecum sic genus omne tuum; 580  
 Addidit ut fidicen miseris sua funera natis:  
 Sic tibi sint vitae taedia iusta tuae;  
 Utve soror Pelopis, saxo indureris oborto,  
 Et laesus lingua Battus ab ipse sua.  
 Aera si misso liquidum iaculabere disco, 585  
 Quo puer Oeбалides, ictus ab orbe cadas.  
 Si qua per alternos pulsabitur unda lacertos,  
 Omnis Abydena sit tibi peior aqua.  
 Ironicus ut mediis periit, dum nabat, in undis:

79. fratres — caesos. 583. saxo dureris. 585. vacuum.

577. opes minimas b. nimias FHiwxy. ut perfidus hospes Bononiensis. Ab hoc versu ad 624. quae leguntur omittit l.

78. ob exequias e. 579. Sicque B. ferunt natos Gk et uo. fratres sex cum D. caesos libri omnes praeter ABC E c g, quos sequimur. tot cum iw y et quinque. se cum D. damasichthone G. Utque ferunt natos septem natasque peremptas unus leinsii. 580. Intereat totum wxy. 582. Sic tua.

int B. Sint tibi sic i. taedia victa et pro v. scr. iuncta E. taedia visa G. 583. Utque Bg. indureris recepimus ex A B C: bene enim Ovidianum esse docent loci Mett. 6, 692; 11, 0; 14, 503.; elegantius necne existimes, ipse vide: ego codicibus lurimum tribuo. saxo duceris e. saxo dureris reliqui omnes. oborto Cabcgwi y et septem. ab orto f. ab ovo A. 584.

ritus ut ipse sua G. Hoc probaturus fuisset Heinsius. 585. Aera si inmisso A. Aera sic misso Gb. Aera discusso a. submisso F e et tres. summisso C; structura certe alias nostro valde vitata. liquidum iacul. ex ABCE F ad g et quatuor. vacuum reliqui. 586. victus ab hoste cad. G. ictus ab ore d.

37. alt. iactabitur unda A Cc. iaculabitur d. 588. Abi- ta Da. 589. Comminus ut d. ut liquidis per. ABDEFH

bcdefgiwxy et octo. ut periit liquidis dum Gk et duo. iam narrat D. dum navit duo. De eo, qui intelligendus sit, si Choliastae fidem habendam negas, libera optio erit inter Eupolin Terentiae. Ille enim a Suida, hic a Donato naufragio peruisse dicitur, aliud vero nihil hic a poeta indicatur; dum nabat explicata ex illis Her. 19, 185.:

Quod cupis, hoc nautae metuunt, Leandre, natare;

Exitus hic fractis puppibus esse solet.

lud de Stygio liquore recte intelliges comparatis illis Tr. 4, 5, 21:

- 590 **Et tua sic Stygius strangulet ora liquor.**  
**Aut ubi ventosum superaris naufragus aequor,**  
**Contacta pereas, ut Palinurus, humo.**  
**Vtque cothurnatum vatem tutela Dianae,**  
**Dilaniet vigilum te quoque turba canum.**  
 595 **Aut ut Trinacrius salias super ora gigantis,**  
**Plurima qua flammās Sicanis Aetna vomit.**  
**Diripiantque tuos insanis unguibus artus**  
**Strymoniae matres, Orpheos esse ratae.**

594. Dilanient.

*Et tutare caput nulli servabile, si non  
 Qui meruit Stygia sublevet illud aqua;*

**Met. 10, 697:** *An Stygia soutes dubitavit mergeret unda;*  
 et, ut puto, **ibid. 3, 272:**

*Ab Iove mersa suo Stygias penetrabit in undas;*  
**tum Pont. 4, 9, 74:**

*Et si quem dabit aura sinum, laxate rudentes,  
 Exeat e Stygiis ut mea navis aquis.*

**Cfr. Met. 12, 523.** Vides pro formula haec a poeta usurpari;  
 quod monendum duxi, ne quid altioris indaginis latere quis putet  
 et *Stygiam aquam* de Malea promontorio, vel Taenaro illi pro-  
 ximo, accipiat, quae confundi videntur in scriptura multorum ac  
 proborum codd. **Trist. 3, 7, 16:**

*Ne Maleae fundo vena periret aquae,*

**coll. Serv. ad Virg. Georg. 4, 467:** *Taenarus Laconicas pro-*  
*montorium est circa finem Maleae, ubi inferorum dicitur descensus.*  
 Tale somnium qui somniaret, de solo Terentio cogitaret, qui in  
 Asiam Roma nave soluta naufragium fecisse dicitur.

**590. sic**  
*studiis strang. d. sic liquidus str. k et quatuor.* **591. su-**  
*perabis gx.*

**592. Cum tacta H.** **593. coturnicum va-**  
*tem B.* Hoc distichon sequenti postponit a. Testimoniis a Salvagnio  
 de Euripidis morte adhibitis adde Hermesianactem apud Athen.  
**13, 598, d, e.** **594. Dilaceret ACEFd. Dilacerent Bc.**

Nihil praeterea in hoc verbo discrepantiae. **iugulum AG. iu-**  
**gulo F.** **595. Ita prorsus CEFabd gk et octo.** **Aut te**

**Trinacrii Hiwy unus Patav. et Constantini libri. ut Tenacrius**  
**AD. ut Trinacrius e. ut Trinacrium c. ut trinacrii G. Aut ubi**  
**Trinacrii reliqui omnes. Empedoclis nomen in margine E lege-**  
**batur.** **596. Sicelis Aetna unus Patav. Sic. ora g et Bo-**  
**non. ora movet g.** **597. Dirumpantque E.** **598. Ita**

**unus Vaticanus. Orphean Ad et duo. Orpheam C. Orpheos**  
**reliqui.** Coniecerat Heinsius: *Orphea adesse, Orphea te esse,* ut

etiam Bersm., sed Vaticani scripturam his exemplis astruxerat:  
**Stat. Silv. 2, 7, 40: Longos Orpheos exiit dolores;**

**Petron. Satir. e. 139:**

*Me quoque per terras, per cani Nereos aequor.*

**Natus ut Althaeae flammis absentibus arsit:**

**Sic tuus ardescat stipitis igne rogas.**

600

**Vt nova Phasiaca compressa est nupta corona,**

**Vtque pater nuptae, cumque parente domus:**

**Vt cruor Herculeos abiit diffusus in artus:**

**Corpora pestiferum sic tua virus edat.**

**→ Qua sua Penthiden proles est ulta Lycargum,**

605

**Haec maneat teli te quoque plaga novi.**

**Vtque Milo robur diducere fissile tentes,**

**Nec possis captas inde referre manus.**

**Muneribusque tuis laedaris, ut Icarus; in quem**

**Intulit armatas ebria turba manus.**

610

**Quodque dolore necis patriae pia filia fecit,**

**Vincula per laquei fac, tibi guttur eat.**

**Obstructoque famem patiaris limine tecti,**

607. Milon. 612. eant.

599. *Althen i. flammis ardentibus* E H b c e i w y et tres. *flam-*  
*mis fatalibus* unus. 600. *stipitis ira rogas* E. *ipse rogas*

w y. *rogo* verbum restituere volebat Salvagnius, metuo, ut satis  
efficaciter; certe praeter necessitatem. 601. *compressa est*

ABDEFGH a b c d e g i k w x y et octo. Heinsius vulgatam defendit  
tum suo nomine, tum personatus in Burmanno. 603. *Hercu-*

*leus* A. *ab. dimissus* g. *in armis* w y. 604. *tua vul-*  
*nus ed.* D m. pr. 605. *Quae sua* f g. *Quam sua* e. *Pen-*

*thiden* b et tres. *Penthidem* E a. *Pentheliden* A C F G d Iuret. et  
decem alii. *penteliden* g. *Pentiladen* B. *Penthiladem* c. *Pentha-*

*liden* k et alius. *Pantalidem* i. *Pentheiden* reliqui. *Ligurgum* A  
et multi. Fabula ignota est. 606. *Hic man. a. maneat*

*teli* A. *maneat lethi te* unus Patav. 607. *Milon* B a g et  
unus Patav. *deducere* E G b g et decem. 608. *Non poss.* k.

609. *Mun. sacris laed.* E. *caedaris* unus. *laeteris* d g k et  
tres. Hoc dist. hoc loco omittit G. 610. *Contulit* B, unus  
Patav.

611. *Quidque* B. *necis patrii* k et duo. *patri. sua*  
*filia* C i. 612. *fac quoque gutt.* H b i w x y. *eant* ex g, uno

Politiani et alio se dicit edidisse Heinsius; accedit e. Nihil aliud  
in illa scriptura video, nisi versum misere constrictum; *guttur per*

*laqueum* it, cum *implicatur*, Her. 2, 192., sicut *ensis per latus* it  
Her. 10, 88. cum *impingitur*. Met. 10, 381: *aptabat pallenti vin-*

*cula collo.* 613. *Obstructoque* e Iuretano. *Obstructoque* B F.  
*Obstructusque* C d e w y tres Heinsii et Constantini libri. *Obstru-*

*susque* A. *Constrictusque* D. *Abiectusque* Mentelii. *Obstrictusque* G.  
*Obstrictusque* reliqui omnes. *fame* c. *necem patri.* E. *patieris* k.

*lumine* b c. *limite* D. *recti* g. In margine E scriptum erat: Po-

- Vt legem poenae cui dedit ipsa parens.  
 615 Illius exemplo vires simulacra Minervae,  
 Aulidis a portu qui leve vertit iter.  
 Naupliadaeve modo poenas pro crimine falso  
 Morte luas: nec te non meruisse iuuet.  
 → Aethalon ut vita spoliavit Isidius hospes,  
 620 Quem memor a sacris nunc quoque pellit Io:  
 Vtque Melanthea tenebris a caede latentem  
 Prodidit officio luminis ipsa parens:  
 Sic tua coniectis fodiantur pectora telis;  
 Sic precor auxiliis impedire tuis.  
 625 Qualis equos pacto, quos fortis agebat Achilles,  
 Acta Phrygi timido est, nox tibi talis eat.

615. Dianae. 617. ficto pro crimine poenas. 719. Aethalon vita spol. ut Isidis h. 620. Ion. 622. orba.

*lysis*; in a ita: *Polyxis puella, quam appetentes a matre inclusi fame perire cogebantur.* Aliter schol. Salvagn. De Pausania Lacedaemoniorum reges accipi potest. 614. *ipse par.* Bonon.; F pro v. scr., editio Veneta Heinsii. 615. *viros secreta G. simulacra Dianae* Cdgk Iuret. et quinque. 616. *in portu bi. leve versat it. c.* 617. *Naupliadaeve* Fbik et alii. *Naupliadique* g. Reliqua eo modo, quo edimus, ABCDacd. crimine ficto EGefg et septem; F pro v. scr. pro ficto crimine poenas Fb. ficto pro crimine poenas reliqui. 618. *te sic meruisse a. meruisse putes* Fab. 619. In loco desperatissimo expulsa precaria Burmanni scriptura ipsam vulgatam qualis per veteres editiones tradita est proposuimus, librorum ab illa discrepantiam integram ascribemus. Ita demum fieri poterit, ut alii manum feliciorum admoveant. *Aethalon* BFG e. *Etchalon* g. *Atalton* Dd. *Athalon* b et duo. *Attalan* c. *Ethalion et vita i. spoliavit insidius hosp.* A. *Ysindius* Dfg et sex. *Isindius* k. *Hyfidius* i. *Iscindius* unus. *Hisidius* alius. *Iasius* alius. *spol. Indius* B. *spol. hispidis hosp.* c. *spol. Isidis hosp.* H. *Attalon ut vita spoliaverit Isidis hostes* Politiani codex. *spol. Osiridis hospes* Heinsius olim tentaverat. 620. *pellit Isis d. pellit Ion* AC Dbi et duo. 621. *Quemque* Cc. *Melanthea* b. *Melantheam* B. *Melantheum* CEFabi et tres. *Menaltheum* H. *se caede* B et duo. 622. *Perdidit ce. Edidit E m. pr. lwn. orba parens k Iuret.* 623. *fod. corpora* Dhefi. *fod. vincula telis* Iuret. 625. *Que vel equos e. equis pactis* Hbi wxy et quatuor. *quos fortis duxit Ach. e. quos duxit fortis Ach. b.* 626. *Acta fritumido nos e. est procul habent* E Gbg et quinque. *talis erat lw, tal. erit y.* 627. *meliore*

**Nec tu quam Rhesus, somno meliore quiescas:**

**Quam comites Rhesi tum necis, ante viae:**

**Quam quos cum Rutulo morti Ramnete dederunt**

**Impiger Hyrtacides Hyrtacidaeque comes.**

630

**Cliniadaeque modo circumdatus ignibus atris**

**Membra feras Stygiae semicremata neci.**

**Vtque Remo muros auso transire recentes,**

**Noxia sint capiti rustica tela tuo.**

**Denique Sarmaticas inter Geticasque sagittas**

635

**His precor ut vivas et moriari locis.**

**Haec tibi tantisper subito sint missa libello,**

**Immemores ne nos esse querare tui.**

**Pauca quidem, fateor; sed di dent plura rogatis,**

**Multiplicentque suo vota favore mea.**

640

627. fruaris. 636. et vivas.

*fruaris Habwxy. quiescat l. 628. comites thesi G. tunc necis B luret. et duo. tu necis Hadglwxy et duodecim; F pro v. scr. qui necis k et duo. quam necis unus. necis ante utris g. ante diem ADEFGHaediwxy et tredecim. 629. Ut quos luret. Et quos duo. Rutulo ABGeg. rannete A. rannete e. rutulo morte favente l. mort. relinere ded. d. mort. rannete ded. g. 630. Integer Hyrt. B. hirtacidesque Ag.*

*631. Cliniadeve AGcdefgk et septem. Clinia decie modo B. In marg. E: Persicus. Clitiad. w. Clitiad. y. Deest hoc distichon in l. 632. feras Phrygiae sem. a, fortassis ex Art. am. 2, 714., sed tamen non pessime. semicremanda f. Pro: neci Salvagnius Stygio seni repositurus erat; Heinsius ex g et codice Politiani: rati ediderat. Non assentior: primum enim Met. 3, 694:*

*— cruciataque diris*

*Corpora tormentis Stygiae demittite morti*

*corrigenam esse nondum credo, donec praestantiores illos libros nocti exhibentes penitus perspexero. Deinde Alcibiadis historiae, qui incendium effugit, sed iaculis interfectus a muliere crematus est; vulgata scriptura convenit. In altera qui rem ignoret, dubitare possit fueritne fumo suffocatus. 633. Utve Accl et alius.*

*transire nocentes A. 634. rust. rastra tuo G. 635. Deest hoc distichon in ACDk. Eorum, qui supra post 336. id habebant; inter Scythicasque sag. c, et ita H hoc loco. interiectasque sag. l. 636. Hic y. Hisque precor vivas g. Supra: et vivas i, et H et loco. nec moriari c. 637. sub. sunt missa*

*CFGbcd et quinque. 639. sed dum dent l. plura rogatis B wy; F et duo pro v, scr. plura precanti a. plura predicta b*

Postmodo plura leges, et nomen habentia verum,  
Et pede quo debent acria bella geri.

precatis H. 640. suo fata fav. a. 641. leges sed  
nomen kl et quatuor.

*Hic liber Ovidii Nasonis finit in Ibin f.*

*Explicit hic actus Nasonis in Ibide factus i.*

*Optate mortis liber explicit ybidis hostis e.*

### VETUS INTERPRES IBIDIS.

*Hunc interpretem eo examussim modo descriptum dabo, quem ad modum deprehendi in codice meo G. Non eadem accuratione usum fuisse Salvagnium apparet, qui eundem e duobus libris scriptis primum edidit in volumine inscripto: Dionys. Salvagnii Boesii Regi ab inter. consill. et in suprem. rattonn. fisci apud Delphinates Curia primarii praesidis Miscella. Lugduni ap. Laur. Anisson. 1661. Quare non nisi quas paulo maioris rei illic diversa, vel copiosiora extant, cancellis distincta apposui.*

*Id quod Amynthorides. Phenix Amynthoris fuit filius: qui filios suos totilam et dorissam [Othryllum et Dorilan] falso crimine adulterij ab Asa [Lycostrata] noverca Reguli gothorum regis filia apud se accusatos excaecavit nimia commotus ira. Ut vero falsum crimen cognovit prae nimio dolore sibi ipse oculos eruit. Unde bacchus [Battus] poeta*

Est mala femina res, peccati femina origo est.

Noluerant fratres male consentire novercae:

Noluerantque thorum nati incestare parentis.

Illa repulsa dolens transfigit crimen in illos:

Accusavit eos patri: pater incitus ira

Nec rectum inspiciens (neque enim rectum inspicit ira)

Ipse pater sed iam non tunc pater eruit illis

Quod dederat lumen: poenamque secutus eandem est.

„Nec levius doleas”. Daretus phalaris rex filius milesij tormentorum genera inquirens: quibus homines suos posset affligere: lac cervinum quod nimiae est amaritudinis cogebat eos potare. Ideoque tandem a civibus suis deprehensus coactus est idem pati Eupolio testante.

Lac cervae pressando suos perimebat eosdem:

Exemploque suo potuque peremptus eodem est.

„Quique ab equo praiceps”. Bellerophon preti fratris Acrisij filius accusatus a Stenobea noverca de adulterij crimine patri more hyppoliti a noverca phedra accusati, a patre autem suo quia durum erat ei de filio dignam tanti criminis poenam suscipere ad Eribaten regem Calistrati Stenoe uxoris suae patrem missus est ut ei poenam crimine dignam iniungeret. Ille vero sub specie probitatis ad chimeram monstrum ut vinceret misit. Chimera monstrum est in prima parte leo: media serpens: ultima capra. Sed pallas eius miserta quia pro castitate perimebatur: misit ei pegaseum equum alatum, de quo cecidit et crus sibi fregit. Unde Propertius

Bellerophon potuit bello superare chimeram:

Crus fregisse tamen dicitur ipse suum.

Omnia ni fallor pereunt bona: vi mala crescunt.

Huic sua prohi facinus poena fuit pietas.

Prohi pudor et pietas, prohi numina sancta deorum

Hanc iuvit facinus huic nocuit pietas.

Haec potui monstrum: nequeo superare puellam

Vitam [Vincam] si potero tutius ipse quidem.

„Qualis et ipse”. Phineus captus amore Nicostratae filios suos polidetorem et polidephon [Polydectorem et Polydorum] accusatos ab ipsa [a Cleopatra] crimine adulterij excaecavit: propter quod ipse est excaecatus a Iove, et diana misit Arpias volucres virgineas facies habentes ut foedarent eius mensas. Sed quoniam Iason ad colchos pergebat contigit eum transire per terram phinei. Et quia rectam viam ignorabat mandavit phineo per zetum et calaim filios boreae ut eis ducem itineris daret: quibus respondit se facturum eo pacto ut arpias longe ab eo loco fugaret: quas zetum et calaim usque ad strophadas insulas fugarunt. liberatus itaque phineus ab Arpijs dedit columbam argo et nautis: quae eos duxit usque in colchidem insulam.

„Ut duo phinidae”. .s. Polidetor et polidephus a phineo eorum patre excaecati sunt. hic de excaecatione filiorum, supra de excaecationi patris a Iove, et sic non superfluit.

„Qui dedit”. Et hic tangit fabulam tamirae: quem certantem cum musis Musae vicerunt et interfecerunt. Et tangit fabu-



Iam demophoni: quem certantem cum phoebo phoebus vicit et interemit.

[Sic aliquis tua membra.' Saturnus Coelo patri abscidit virilia, unde Callisthenes.

Saturnus credens unum laesisse parentem,

Tres simul iratus laeserat ille patres.

Non impune tamen; nam parte est laesus eadem,

Poenamque a nato, quam dedit, ipse tulit.

Peccat uterque; male ille, male hic, male peccat uterque,

Hic peccat peius, qui prius ista facit.

Crede vix ausim esse Deos, me iudicè nempè

Tam male qui peccat, nec Deus est nec homo.]

,Solertique uno.' Sisiphus Athamas et Salmoneus Aeoli filij fuerunt. Sisiphus autem matrem ulyssis habuit antequam ulysses generaretur. Unde et filius sisiphi a multis creditur: quod obicit ei Aiax in principio xij Metamorpho. ,Reddit ubi aeolidem saxum grave sisiphon urget'. Et ulysses ita fuit de genere Athamantis. Quare Ino uxor Athamantis Cadmi filia facta dea maris ulyssi saepe succurrit naufraganti. de Athamante et Inone dicitur iijjo Meta. tibi ,protinus Aeolides.'

,Vel tua.' tangit hyppolitum thesei filium et hippolites reginae amazonum: quem phedra eius noverca apud patrem crimine adulterij in ipso transverso accusavit. Theseus autem illi dedit poenam exilium. dumque ille iuxta littus aegaei maris iter teneret visis phocis marinis belluis territi sunt equi eius et passim prae nimio pavore currentes hyppolitum dilaceraverunt. Vel hoc dicitur de Metio Rege Albanorum: qui saepe cum Romanis iudicatus est hostis. postea eum captum equis indomitis alligatum Romani interfecerunt.

[Vel quae qui redimi.' M. Attilius Regulus Romanus captus ab Afris noluit redimi; putavit enim turpe esse, si Romanus ab hoste redimeretur. Palpebris abscissis mortuus est, quod tangit Horatius.

,Nec tibi subsidio.' Priamum tangit, qui a Pyrrho Achille filio, dum caperetur Troia, quamvis amplecteretur aram Iovis Hercaei, quae erat in impluvio aedium suarum, interfectus est teste Virgilio.]

,Utque parum.' Dum agricolae dijs sacrificabant; dij totam carnem comedebant: nihilque pauperibus rusticis dimittebant. quod videns prometheus Iapeti filius qui erat nimium callidus vocatis dijs et ostenso quod malum erat sacrificij carnem incorporare et nihil rusticis reservare persuasit eis ut mediam partem acciperent et aliam dimitterent: quod satis dijs omnibus placuit et etiam Iovi. Postea prometheus mactavit bovem in deorum sacrificium et separavit carnem ab ossibus. et partem utranque corio bovis coepit. et postea Iovem et alios deos convocavit: quibus ut quam partem vellent eligerent permisit. Iupiter vero osseam partem tulit credens esse maiorem. et sublato corio prae nimio dolore obmutuit tamen dixit: Quia decépisti me et alios: falleris. ignem unde

coquitur ex toto negabo. Tunc prometheus invictus ad rotam solis apponens facem ad radios eius accendit. Unde revertens a Iove est fulminatus et datus cibus in caucaso monte vulturibus. Ipse quoque Prometheus dicitur invenisse ignem in lapide crystallino prius humectato qui postea pano exercitatur et bene desicatur ad radios solis positum tamdiu tenetur quod prius emittit aquae guttulam: deinde ignis scintillulam.

[Utque dedit saltus.' Ionus rex Thessaliae filius Perpeti ultra modum potus de Ossa monte praeceps datus est, ut ait Gallus.

Vina probo, si pota modo, debentque probari,

Si non pota modo, vina venena puto.

Nempe nimis potus se praecipitavit Ionus,

Vinaque pota nimis causa fuere necis.]

„Aut velut Euriboi.' Euribous [Euryalus] Ioni filius: quia filium stuprare voluit a serpentibus est consumptus: quod tangit Gallus poeta.

Ionides cupiens uti pro coniuge nata:

Vinum causa fuit: anguibus esca fuit.

„Utque pater mitis sed non in.' prometheum quem Iupiter propter fraudatum sacrificium in monte caucaso vulturibus manducandum dedit.

„Vel tua maturet.' Dum dedalus fingaretur a Minoe fugit ad Crocalum Regem amicum suum: qui pro eo coepit praeliari. Unde aqua calida profudit Minoem in hospitio receptum et sic combustus est.

„Aut ut etracides.' Etracides xymus natus ab hercule a spandone quem ipse spandaverat in mari proventus interemptus est. Unde Democritus.

Herculides cuidam genitalia membra recidit

Caesaque membra sibi causa fuere necis.

„Aut ut Amantiadem.' Statilus Amantij filius vel Amintonij celinum puerum multum diligebat: cuius amori turpi puer nolens consentire et ex hoc ipsum habens odio prope viam per quam ipse Statilus solebat transire latuit et ipsi transeunti stricto ense caput rapuit. Unde Crinius.

Oebalidem puerum quantum dilexit Apollo

Tantum sed frustra celinum Statillus amavit.

Non sic agna lupum. lupus ursos. ursa leonem

Ut puer ignarus veneris fugiebat amantem.]

„Nec tibi fida.' Themisto uxor Athamantis echionis filia Brotheam Iovis filiam maritum suum insequentem veneno interemit. Unde Propertius.

O brothea brothea quam vili es morte peremptus.

Femina nam potuit te superare virum.

„More vel.' [Morte vel int.' Achaeus captus ab Antiocho Rege et iuxta Pactolum fluvium, cuius arenae aureae sunt, suspensus est] Bacchus [Battus] poeta.

Anciachus [Antioch.] captum victum suspendit achemm

Undaque ni credis [Pactoli est] aurea testis adhuc.

„Aut ut achilleidem.' [Pyrrhus, nepos Achillis, Rex Epirota-

ram, dum Argos oppugnaret, tegula percussus interiit]. Unde h  
 merus [Menephron].

Argos hostilem circumdans undique pyrhus

Oppressit miserum tegula missa caput.

‚Nec tua.‘ Pyrrhus filius Achillis ab horeste Agamemnon  
 filio interfectus est propter hermionem filiam Menelai et dilacerati  
 per ambrachias vias est proiectus.

‚Nataque.‘ Perblyca [Propilica] pyrri filia in templo cerer  
 iaculis inimicorum oppressa perit. [teste Menephron.

Ah miseræ pecudes! quis honor, quæ gloria, si vos,

Turbaque non minima, exsuperatis virginem, et unam.]

‚Utque nepos.‘ Magnetes filius pyrri vel ut alij dicunt nepo  
 pyrri fuit: dato sibi veneno a matre sua hermione [Nereide] qui  
 cum ipsa adulterari noluit [cantharidum veneno] perit. Unde Gal  
 lus [Tibullus]:

Fas: leges: natura: pudor superantur amore.

Et solus cunctis imperat: et nihil huic.

Magnetem mater: sed non ut mater amavit.

Casta quidem natum debet amare parens.

Noluit esse tamen magnetes matris adulter

Et scelus ingenti reppulit ille animo.

Huic vitam mater et amans et mater ademit.

Atque eadem vitæ causa necisque fuit.

‚Aut pia.‘ Leucon unus ex tiscis magis [Ponticis Regibus]  
 Spartanum [Spartacum] fratrem suum interfecit: qui cum alchotoe  
 uxore sua solebat adulterari. postea idem leucon interfectus est  
 ab uxore sua. Unde Arion.

Leucon occidit fratrem pro coniuge: eumque

Coniunx: et causa caedis utrisque fuit.

‚Utque Iovis libyci.‘ Cantabises Rex libyæ cum suis homini-  
 bus ad spoliandum hammonem ierat et cum spoliaret pulvere au-  
 strio commoto obruti perierunt.

‚Utque necatorum.‘ Dareus secundus cuiusdam priamei filius  
 iurans se non interfecturum cives suos solitis tormentis eos cinere  
 calido obrutos interfeciebat. Unde calimachus ait contra suum libin.

Sic tu dispereas sicut periere secundus

Quos multo dareus obruerat cinere.

‚Aut ut olivifera.‘ Neocles sacione expulsus quia nimis acriter  
 cives suos reprehendebat frigore fameque periit. Varro.

A patria fugiens neodes quæ prima malorum

Sunt duo morte gravi: frigore fame perit.

‚Aut ut Atharnides.‘ [Atarnites, id est, Hermias ab Atarna  
 oppido, a Mentore obsessus et captus, pelle iuenci insutus ad Re-  
 gem Persarum adductus est.] Varro.

Herimas captus indutus tergora tauri

Ante suos hostes meticulosus erat.

‚Inque tuo thalamo.‘ [Alexander Pheraeus a Thebe uxore  
 sua propter pellicatum interfectus est.] Varro.

Incesti patiens semper sectator honesti

Phereus coniunx coniugis ense perit.

„Inque pyram.’ Lupercus [Lucretius].

Ut cum defuncto maior moriatur amicus  
Aeternum morem Sardanapallus habet.

„Utque Iovis.’ Unde Neodes.

Cambisem hominesque suos spoliare parentes  
Hammonem interimit pulverulentus aer.

[„Utque Milo.’ Milo Pisam Elidos tenuit. Hic cum Pisaeos  
ariis cruciatibus afficeret, ab ipsis in Alpheum fluvium Pisam prae-  
rfluentem demersus est. Est autem tyrannus communis generis:  
am Theodosii grammatici est regula etc.]

„Quaeque in Adimanthum.’ [Adimantus Rex Philesiae indig-  
ans superis obedire et ipsi Iovi fulminatus est.] Unde Gallus.

Philacides, cadit igne Iovis quia spreverat ipsum  
Nec non et cunctos spreverat ille deos.

„Aut ut Amastriacis.’ Lenneus Rex amastriacum a Mitridate  
aphlagonum Rege socero Achillis in insulam: quae est in ponto  
omine Anchigenis solus est relictus. Unde Favoranus.

Veste ciboque carens lenneus Rex licet esset  
Qua periit Neodes hac quoque morte perit.

[„Utque vel Eurydamas.’ Callimachus dicit Eurydamantem et  
Thrasillum inimicos fuisse; Eurydamantem vero a Simone Larissaeo  
irca tumulum Thrasylli raptum esse.]

„Utque novum.’ Limone hippomani uxor vel filia cum quo-  
am adultero deprehensa fuit: qui tunc curru hippomani alligatus  
illaceratus est. ipsa vero cum equo ferocissimo inclusa ab eo di-  
scerata interiit. [Unde Darius.

Limone moritur, sed causa est mortis adulter,  
Altera causa fuit moechus, et altera equus.]

„Graia fuere sinu.’ propter Nauplium patrem Palamedis.

„Et aequare raptos.’ Ajax oileus a pallade fulminatur propter  
alladium ab eo raptum cum Ulysse.

„Agitur ut illi.’ Marsiapo satyro: quem certantem cum phoebo  
hoebus vicit et excoriavit. [Pentheum tangit, qui a matre dilace-  
tus est.]

„Utque drian.’ Lycurgus Driantis filius: quia cum matre con-  
cubuit factus est insanus et crus sibi incidit et etiam uno pede nu-  
us ambulabat: vel ideo quia vites bacchi incidebat teste Horatio.

„Ut fuit oetheo.’ herculi. „genero.’ Athamanti. „Draconum.’  
idmi et hermiones.

„Thesimanique patrem.’ Astrophaneus pater thesimani quia  
im filia concubuit insanivit. „Caligones.’ Pentides simulans se  
im adultero uxorem invenisse ut aliam duceret eam interfecit.  
nde insanivit.

„Nec tibi.’ quia diomedes in bello troiano venerem vulnera-  
t: venus uxorem eius egialeam pudicam fecit meretricem [ut ait  
oratus]. Unde Tideus pater diomedis pro nuru sua pudorem

- 590 **Et tua sic Stygius strangulet ora liquor.**  
**Aut ubi ventosum superaris naufragus aequor,**  
**Contacta pereas, ut Palinurus, humo.**  
**Vtque cothurnatum vatem tutela Dianae,**  
**Dilaniet vigilum te quoque turba canum.**  
 595 **Aut ut Trinacrius salias super ora gigantis,**  
**Plurima qua flammās Sicanis Aetna vomit.**  
**Diripiantque tuos insanis unguibus artus**  
**Strymoniae matres, Orpheos esse ratae.**

594. Dilanient.

*Et tutare caput nulli servabile, si non  
 Qui mersit Stygia sublevet illud aqua;*

Met. 10, 697: *An Stygia soutes dubitavit mergeret unda;*  
 et, ut puto, ibid. 3, 272:

*Ab Iove mersa suo Stygias penetrabit in undas;*  
 tum Pont. 4, 9, 74:

*Et si quem dabit aura sinum, laxate rudentes,  
 Exeat e Stygiis ut mea navis aquis.*

Cfr. Met. 12, 523. Vides pro formula haec a poeta usurpari;  
 quod monendum duxi, ne quid altioris indaginis latere quis putet  
 et *Stygiam aquam* de Malea promontorio, vel Taenaro illi pro-  
 ximo, accipiat, quae confundi videntur in scriptura multorum ac  
 proborum codd. Trist. 3, 7, 16:

*Ne Maleae fundo vena periret aquae,*

coll. Serv. ad Virg. Georg. 4, 467: *Taenarus Laconicae pro-*  
*montorium est circa finem Maleae, ubi inferorum dicitur descensus.*  
 Tale somnium qui somniaret, de solo Terentio cogitaret, qui in  
 Asiam Roma nave soluta naufragium fecisse dicitur. 590. sic  
*studiis strang. d. sic liquidus str. k et quatuor.* 591. *su-*  
*perabis gx.* 592. *Cum tacta H.* 593. *cothurnicum va-*  
*tem B.* Hoc distichon sequenti postponit a. Testimoniis a Salvagnio  
 de Euripidis morte adhibitis adde Hermesianactem apud Athen.  
 13, 598, d, e. 594. *Dilaceret ACEFd. Dilacerent Bc.*  
 Nihil praeterea in hoc verbo discrepantiae. *iugulum AG. iu-*  
*gulo F.* 595. Ita prorsus *CEFabdgk et octo.* *Aut in*  
*Trinacrii Hiwy unus Patav. et Constantini libri. ut Tenacrius*  
*AD. ut Trinacrius e. ut Trinacrium c. ut trinacrii G. Auf ubi*  
*Trinacrii reliqui omnes. Empedoclis nomen in margine E lege-*  
*batur.* 596. *Sicelis Aetna unus Patav. Sic. ora g et Bo-*  
*non. ora movet g.* 597. *Dirumpantque E.* 598. Ita  
 unus Vaticanus. *Orphean Ad et duo. Orpheam C. Orpheos*  
 reliqui. Coniecerat Heinsius: *Orpheā adesse, Orpheā te esse, ut*  
 etiam Bersm., sed Vaticani scripturam his exemplis astruxerat:  
 Stat. Silv. 2, 7, 40: *Longos Orpheos exiit dolores;*  
 Petron. Satir. e. 139:

*Me quoque per terras, per cani Nereos aequor.*

**Natus ut Althaeae flammis absentibus arsit:**

Sic tuus ardescat stipitis igne rogas.

600

**Vt nova Phasiaca comprehensa est nupta corona,**

Vtque pater nuptae, cumque parente domus:

**Vt cruor Herculeos abiit diffusus in artus:**

Corpora pestiferum sic tua virus edat.

→ **Qua sua Penthiden proles est ulta Lycargum,**

605

Haec maneat teli te quoque plaga novi.

**Vtque Milo robur diducere fissile tentes,**

Nec possis captas inde referre manus.

**Muneribusque tuis laedaris, ut Icarus; in quem**

Intulit armatas ebria turba manus.

610

**Quodque dolore necis patriae pia filia fecit,**

Vincula per laquei fac, tibi guttur eat.

**Obstructoque famem patiaris limine tecti,**

607. Milon. 612. eant.

699. *Althea i. flammis ardentibus* E H b c e i w y et tres. *flam-*  
*mis fatalibus* unus. 600. *stipitis ira rogas* E. *ipse rogas*

w y. *rogo* verbum restituere volebat Salvagnius, metuo, ut satis  
efficaciter; certe praeter necessitatem. 601. *compressa est*

ABDEFGH abcd egikwxy et octo. Heinsius vulgatam defendit  
tum suo nomine, tum personatus in Burmanno. 603. *Hercu-*

*leus* A. *ab. dimissus* g. *in armis* w y. 604. *tua vul-*  
*nus ed.* D m. pr. 605. *Quae sua* f g. *Quam sua* e. *Pen-*

*thiden* b et tres. *Penthidem* E a. *Pentheliden* A C F G d luret. et  
decem alii. *penteliden* g. *Pentiladen* B. *Penthiladem* c. *Pentha-*

*liden* k et alius. *Pantalidem* i. *Pentheiden* reliqui. *Ligurum* A  
et multi. Fabula ignota est. 606. *Hic man. a. maneat*

*teli* A. *maneat lethi te* unus Patav. 607. *Milon* B a g et  
unus Patav. *deducere* E G b g et decem. 608. *Non poss.* k.

609. *Mun. sacris laed.* E. *caedaris* unus. *laeteris* d g k et  
tres. Hoc dist. hoc loco omittit G. 610. *Contulit* B, unus  
Patav.

611. *Quidque* B. *necis patrii* k et duo. *patri. sua*  
*filia* C i. 612. *fac quoque gutt.* H b i w x y. *eant* ex g, uno

Politiani et alio se dicit edidisse Heinsius; accedit e. Nihil aliud  
in illa scriptura video, nisi versum misere constrictum; *guttur per*

*laqueum* it, cum *implicatur*, Her. 2, 192., sicut *ensis per latus* it  
Her. 10, 88. cum *impingitur*. Met. 10, 381: *aptabat pallenti vin-*

*cula collo.* 613. *Obstructoque* e luretano. *Obstrictoque* B F.  
*Obstructusque* C d e w y tres Heinsii et Constantini libri. *Obstru-*

*susque* A. *Constrictusque* D. *Abiectusque* Mentelii. *Obstrictusve* G.  
*Obstrictusque* reliqui omnes. *fame* c. *necem patri.* E. *patriaris* k.

*lumine* b e. *limite* D. *recti* g. In margine E scriptum erat: Po-

- Vt legem poenae cui dedit ipsa parens.  
 615 Illius exemplo vires simulacra Minervae,  
 Aulidis a portu qui leve vertit iter.  
 Naupliadaeve modo poenas pro crimine falso  
 Morte luas: nec te non meruisse iuret.  
 → Aethalon ut vita spoliavit Isidius hospes,  
 620 Quem memor a sacris nunc quoque pellit Io:  
 Vtque Melanthea tenebris a caede latentem  
 Prodidit officio luminis ipsa parens:  
 Sic tua coniectis fodiantur pectora telis;  
 Sic precor auxiliis impediare tuis.  
 625 Qualis equos pacto, quos fortis agebat Achilles,  
 Acta Phrygi timido est, nox tibi talis eat.

615. Dianae. 617. ficto pro crimine poenas. 719. Aethalon vita spol. ut Isidis h. 620. Ion. 622. orba.

*lysis*; in a ita: *Polysis puella, quam appetentes a matre inclusi fame perire cogebantur.* Aliter schol. Salvagn. De Pausania Lacedaemoniorum reges accipi potest. 614. *ipse par.* Bonon.; F pro v. scr., editio Veneta Heinsii. 615. *vires secreta G. simulacra Dianae* Cdgk Iuret. et quinque. 616. *in portu bi. leve versat it. c.* 617. *Naupliadaeve* Fbik et alii. *Naupliadique g.* Reliqua eo modo, quo edidimus, ABCDacd. *crimins ficto EGefg et septem*; F pro v. scr. *pro ficto crimins poenas Fb. ficto pro crimine poenas reliqui.* 618. *te sis meruisse a. meruisse putes F a b.* 619. In loco desperatissimo expulsa precaria Burmanni scriptura ipsam vulgatam qualis per veteres editiones tradita est proposuimus, librorum ab illa discrepantiam integram ascribemus. Ita demum fieri poterit, ut alii manum feliciorum admoveant. *Aethalon* BFG e. *Etchalon g.* *Attalon* Dd. *Athalon* b et duo. *Attalan* c. *Ethalion et vita i. spoliavit insidius hosp.* A. *Ysindius* Dfg et sex. *Isindius* k. *Hyfidius* i. *Iscindius* unus. *Hisidius* alius. *Iasius* alius. *spol. Indius* B. *spol. hispidis hosp.* c. *spol. Isidis hosp.* H. *Attalon et vita spoliaverit Isidis hostes* Politiani codex. *spol. Osiridis hospes* Heinsius olim tentaverat. 620. *pellit Isis d. pellit Ion* AC Dbi et duo. 621. *Quemque Cc. Melinthea* b. *Melantheam* B. *Melantheum* CEFabi et tres. *Menatheum* H. *ac caede* B et duo. 622. *Perdidit ce. Edidit E m. pr. lum. orba parens* k Iuret. 623. *fod. corpora* Dhefi. *fod. vincula telis* Iuret. 625. *Que vel equos e. equis pactis* Hbi wxy et quatuor. *quos fortis duxit Ach. e. quos duxit fortis Ach. b.* 626. *Acta frimumido nos e. est procul habent* E Gbg et quinque. *talis erat* lw. *tal. erit* y. 627. *meliore*

**Nec tu quam Rhesus, somno meliore quiescas:**  
**Quam comites Rhesi tum necis, ante viae:**  
**Quam quos cum Rutulo morti Ramnete dederunt**  
**Impiger Hyrtacides Hyrtacidaeque comes. 630**  
**Cliniadaeque modo circumdatus ignibus atris**  
**Membra feras Stygiae semicremata neci.**  
**Vtque Remo muros auso transire recentes,**  
**Noxia sint capiti rustica tela tuo.**  
**Denique Sarmaticas inter Geticasque sagittas 635**  
**His precor ut vivas et moriari locis.**  
**Haec tibi tantisper subito sint missa libello,**  
**Immemores ne nos esse querare tui.**  
**Pauca quidem, fateor; sed di dent plura rogatis,**  
**Multiplicentque suo vota favore mea. 640**

627. fruaris. 636. et vivas.

*fruaris* Habwxy. *quiescat* l. 628. *comites thesei* G. *tunc necis* B luret. et duo. *tu necis* Hadglwxy et duodecim; F pro v. scr. *qui necis* k et duo. *quam necis* unus. *necis ante utaris* g. *ante diem* ADEFGHædiwxy et tredecim. 629. *Ut quos* luret. *Et quos* duo. *Rutulo* ABGeg. *ramnete* A. *ramnete* e. *rutulo morte favente* l. *mort. relinere ded. d. mort. raptuere ded. g.* 630. *Integer Hyrt. B. hirtacidesque* Ag. 631. *Cliniadeve* AGcdefgk et septem. *Clinia decie modo* B. In marg. E: *Persicus. Clitiad. w. Cliciad. y.* Deest hoc distichon in l. 632. *feras Phrygiae sem. a, fortassis ex Art. am. 2, 714.,* sed tamen non pessime. *semicremanda* f. Pro: *neci Salvagnius Stygio seni repositurus erat; Heinsius ex g et codice Politiani: rati ediderat. Non assentior: primum enim Met. 3, 694:*

— *cruciataque diris*

*Corpora tormentis Stygiae demittite morti*

corrigendum esse nondum credo, donec praestantiores illos libros nocti exhibentes penitus perspexero. Deinde Alcibiadis historiae, qui incendium effugit, sed iaculis interfectus a muliere crematus est; vulgata scriptura convenit. In altera qui rem ignoret, dubitare possit fueritne fumo suffocatus. 633. *Utve* Accl et alias. *transire nocentes* A. 634. *rust. rastra tuo* G. 635. Deest hoc distichon in ACDk. Eorum, qui supra post 336. id habebant; *inter Scythicasque sag. c,* et ita H hoc loco. *interiectasque sag. l.* 636. *Hic y. Hisque precor vivas g.* Supra: *et vivas i,* et H et loco. *nec moriari c.* 637. *sub. sunt missa* CFGbcd et quinque. 639. *sed dum dent l. plura roganti* Bwy; F et duo pro v. scr. *plura precanti a. plura predictis b.*



Postmodo plura leges, et nomen habentia verum,  
Et pede quo debent acria bella geri.

precatis H. 640. suo fata fav. a. 641. leges sed  
nomen kl et quatuor.

*Hic liber Ovidii Nasonis fuit in Ibin f.*

*Explicit hic actus Nasonis in Ibide factus i.*

*Optate mortis liber explicit ybidis hostis e.*

### VETUS INTERPRES IBIDIS.

*Hunc interpretem eo examussim modo descriptum dabo, quem ad modum deprehendi in codice meo G. Non eadem accuratione usum fuisse Salvagnium apparet, qui eundem e duobus libris scriptis primum edidit in volumine inscripto: Dionys. Salvagnii Boesii Regi ab inter. consill. et in suprem. rattachon. fisci apud Delphinatos Curia primarii praesidis Miscella. Lugduni ap. Laur. Anisson. 1661. Quare non nisi quae paulo maioris rei illic diversa, vel copiosiora extant, cancellis distincta apposui.*

*Id quod Amynthorides. Phenix Amynthoris fuit filius: qui filios suos totilam et dorissam [Othryllum et Dorilan] falso crimine adulterij ab Afa [Lycostrata] noverca Reguli gothorum regis filia apud se accusatos excaecavit nimia commotus ira. Ut vero falsum crimen cognovit prae nimio dolore sibi ipse oculos eruit. Unde bacchus [Battus] poeta*

Est mala femina res, peccati femina origo est.

Noluerant fratres male consentire novercae:

Noluerantque thorum nati incestare parentis.

Illa repulsa dolens transfingit crimen in illos:

Accusavit eos patri: pater incitus ira

Nec rectum inspiciens (neque enim rectum inspicit ira)

Ipsa pater sed iam non tunc pater eruit illis

Quod dederat lumen: poenamque secutus eandem est.

„Nec levius doleas”. Daretus phalaris rex filius milesij tormentorum genera inquirens: quibus homines suos posset affligere: lac cervinum quod nimiae est amaritudinis cogebat eos potare. Ideoque tandem a civibus suis deprehensus coactus est idem pati Eupolio testante.

Lac cervae pressando suos perimebat eosdem:

Exemploque suo potuque peremptus eodem est.

„Quique ab equo praeceps”. Bellerophon preti fratris Acrisij filius accusatus a Stenobea noverca de adulterij crimine patri more hyppoliti a noverca phedra accusati, a patre autem suo quia durum erat ei de filio dignam tanti criminis poenam suscipere ad Eribaten regem Calistrati Stenoe uxoris suae patrem missus est ut ei poenam crimine dignam iniungeret. Ille vero sub specie probitatis ad chimeram monstrum ut vinceret misit. Chimera monstrum est in prima parte leo: media serpens: ultima capra. Sed pallas eius miserta quia pro castitate perimebatur: misit ei pegaseum equum alatum, de quo cecidit et crus sibi fregit. Unde Propertius

Bellerophon potuit bello superare chimeram:

Crus fregisse tamen dicitur ipse suum.

Omnia ni fallor pereunt bona: vi mala crescunt.

Huic sua prohi facinus poena fuit pietas.

Prohi pudor et pietas, prohi numina sancta deorum

Hanc iuvat facinus huic nocuit pietas.

Haec potui monstrum: nequeo superare puellam

Vitam [Vincam] si potero tutius ipse quidem.

„Qualis et ipse”. Phineus captus amore Nicostratae filios suos polidetorem et polidephon [Polydectorem et Polydorum] accusatos ab ipsa [a Cleopatra] crimine adulterij excaecavit: propter quod ipse est excaecatus a Iove, et diana misit Arpias volucres virgineas facies habentes ut foedarent eius mensas. Sed quoniam Iason ad colchos pergebat contigit eum transire per terram phinei. Et quia rectam viam ignorabat mandavit phineo per zetum et calaim filios boreae ut eis ducem itineris daret: quibus respondit se facturum eo pacto ut arpias longe ab eo loco fugaret: quas zetum et calaim usque ad strophadas insulas fugarunt. liberatus itaque phineus ab Arpijs dedit columbam argo et nautis: quae eos duxit usque in colchidem insulam.

„Ut duo phinidae”. .s. Polidetor et polidephus a phineo eorum patre excaecati sunt. hic de excaecatione filiorum. supra de excaecationi patris a Iove. et sic non superfluit.

„Qui dedit”. Et hic tangit fabulam tamirae: quem certantem cum musis Musae vicerunt et interfecerunt. Et tangit fabu-

lam demophoni: quem certantem cum phoebo phoëbus vicit et interemit.

[Sic aliquis tua membra.' Saturnus Coelo patri abscidit virilia, unde Callisthenes.

Saturnus credens unum laesisse parentem,

Tres simul iratus laeserat ille patres.

Non impune tamen; nam parte est laesus eadem,  
Poenamque a nato, quam dedit, ipse tulit.

Peccat uterque; male ille, male hic, male peccat uterque,  
Hic peccat peius, qui prius ista facit.

Credere vix ausim esse Deos, me iudicē nempe

Tam male qui peccat, nec Deus est nec homo.]

‚Solertique uno.’ Sisiphus Athamas et Salmoneus Aeoli filij fuerunt. Sisiphus autem matrem ulyssis habuit antequam ulysses generaretur. Unde et filius sisiphi a multis creditur: quod obicit ei Atax in principio xij Metamorpho. ‚Reddit ubi aeolidem saxum grave sisiphon urget’. Et ulysses ita fuit de genere Athamantis. Quare Ino uxor Athamantis Cadmi filia facta dea maris ulyssi saepe succurrit naufraganti. de Athamante et Inone dicitur iijjo Meta. ibi ‚protinus Aeolides.’

‚Vel tua.’ tangit hyppolitum thesei filium et hippolites reginae amazonum: quem phedra eius noverca apud patrem crimine adulterij in ipso transverso accusavit. Theseus autem illi dedit poenam exilium. dumque ille iuxta littus aegaei maris iter teneret visis phocis marinis belluis territi sunt equi eius et passim prae nimio pavore currentes hyppolitum dilaceraverunt. Vel hoc dicitur de Metio Rege Albanorum: qui saepe cum Romanis iudicatus est hostis. postea eum captum equis indomitis alligatum Romani interfecerunt.

[‚Vel quae qui redimi.’ M. Atilius Regulus Romanus captus ab Afris noluit redimi; putavit enim turpe esse, si Romanus ab hoste redimeretur. Palpebris abscissis mortuus est, quod tangit Horatius.

‚Nec tibi subsidio.’ Priamum tangit, qui a Pyrrho Achillis filio, dum caperetur Troia, quamvis amplecteretur aram Iovis Hecaei, quae erat in impluvio aedium suarum, interfectus est teste Virgilio.]

‚Utque parum.’ Dum agricolae dijs sacrificabant, dij totam carnem comedebant: nihilque pauperibus rusticis dimittebant. quod videns prometheus Iapeti filius qui erat nimium callidus vocatis dijs et ostenso quod malum erat sacrificij carnem incorporare et nihil rusticis reservare persuasit eis ut mediam partem acciperent et aliam dimitterent: quod satis dijs omnibus placuit et etiam Iovi. Postea prometheus mactavit bovem in deorum sacrificium et separavit carnem ab ossibus. et partem utranque corio bovis cooperuit. et postea Iovem et alios deos convocavit: quibus ut quam partem vellent eligerent permisit. Iupiter vero osseam partem tulit credens esse maiorem. et sublato corio prae nimio dolore obmutuit tamen dixit: Quia decerpisti me et alios: falleris. ignem unde

coquitur ex toto negabo. Tunc prometheus invictus ad rotam solis apponens facem ad radios eius accendit. Unde revertens a Iove est fulminatus et datus cibus in caucaso monte vulturibus. Ipse quoque Prometheus dicitur invenisse ignem in lapide crystallino prius humectato qui postea pano exercitatur et bene desicatur ad radios solis positum tamdiu tenetur quod prius emittit aquae guttulam: deinde ignis scintillulam.

[Utque dedit saltus.' Iopus rex Thessaliae filius Perpeti ultra modum potus de Ossa monte praeceptus datus est, ut ait Gallus.

Vina probo, si pota modo, debentque probari,

Si non pota modo, vina venena puto.

Nempe nimis potus se praecipitavit Ionus,

Vinaque pota nimis causa fuere necis.]

,Aut velut Euriboi.' Euribous [Euryalus] Ioni filius: quia filium stuprare voluit a serpentibus est consumptus: quod tangit Gallus poeta.

Ionides cupiens uti pro coniuge nata:

Vinum causa fuit: anguibus esca fuit.

,Utque pater mitis sed non in.' prometheum quem Iupiter propter fraudatum sacrificium in monte caucaso vulturibus manducandum dedit.

,Vel tua maturet.' Dum dedalus fugaretur a Minoe fugit ad Crocalum Regem amicum suum: qui pro eo coepit praeliari. Unde aqua calida profudit Minoem in hospitio receptum et sic combustus est.

,Aut ut etracides.' Etracides xymus natus ab hercule a spandone quem ipse spandaverat in mari provectus interemptus est. Unde Democritus.

Herculides cuidam genitalia membra recidit

Caesaque membra sibi causa fuere necis.

,Aut ut Amantiadem.' Statilus Amantij filius vel Amintonij celinum puerum multum diligebat: cuius amori turpi puer nolens consentire et ex hoc ipsum habens odio prope viam per quam ipse Statilus solebat transire latuit et ipsi transeunti stricto ense caput rapuit. Unde Crinius.

Oebalidem puerum quantum dilexit Apollo

Tantum sed frustra celinum Statillus amavit.

Non sic agna lupum. lupus ursos. ursa leonem

Ut puer ignarus veneris fugiebat amantem.]

,Nec tibi fida.' Themisto uxor Athamantis echionis filia Brotheam Iovis filiam maritum suum insequentem veneno interemit. Unde Propertius.

O brothea brothea quam vili es morte peremptus.

Femina nam potuit te superare virum.

,More vel.' [Morte vel int.' Achaeus captus ab Antiocho Rege et iuxta Pactolum fluvium, cuius arenae aureae sunt, suspensus est] Bacchus [Battus] poeta.

Anciachus [Antioch.] captum victum suspendit achem

Undaque ni credis [Factoli est] aurea testis adhuc.

,Aut ut achilleidem.' [Pyrrhus, nepos Achillis, Rex Epirota-

ram, dum Argos oppugnaret, tegula percussus interiit]. Unde ho-  
merus [Menephron].

Argos hostilem circumdans undique pyrrius

Oppressit miserum tegula missa caput.

‚Nec tua.‘ Pyrrhus filius Achillis ab horeste Agamemnonis  
filio interfectus est propter hermionem filiam Menelai et dilaceratus  
per ambrachias vias est proiectus.

‚Nataque.‘ Perblyca [Propilica] pyrrii filia in templo cereris  
iaculis inimicorum oppressa perit. [teste Menephron.

Ah miserae pecudes! quis honor, quae gloria, si vos,

Turbaque non minima, exsuperatis virginem, et unam.]

‚Utque nepos.‘ Magnetes filius pyrrii vel ut alij dicunt nepos  
pyrrii fuit: dato sibi veneno a matre sua hermione [Nereide] quia  
cum ipsa adulterari noluit [cantharidum veneno] perit. Unde Gal-  
lus [Tibullus]:

Fas: leges: natura: pudor superantur amore.

Et solus cunctis imperat: et nihil huic.

Magnetem mater: sed non ut mater amavit.

Casta quidem natum debet amare parens.

Noluit esse tamen magnetes matris adulter

Et scelus ingenti reppulit ille animo.

Huic vitam mater et amans et mater ademit.

Atque eadem vitae causa necisque fuit.

‚Aut pia.‘ Leucon unus ex tiscis magis [Ponticis Regibus]  
Spartanum [Spartacum] fratrem suum interfecit: qui cum alchotoe  
uxore sua solebat adulterari. postea idem leucon interfectus est  
ab uxore sua. Unde Arion.

Leucon occidit fratrem pro coniuge: eumque

Coniunx: et causa caedis utrisque fuit.

‚Utque Iovis libyci.‘ Cantabises Rex libyae cum suis homini-  
bus ad spoliandum hammonem ierat et cum spoliaret pulvere au-  
strio commoto obruti perierunt.

‚Utque necatorum.‘ Dareus secundus cuiusdam priamei filius  
jurans se non interfecturum cives suos solitis tormentis eos cinere  
calido obrutos interfeciebat. Unde calimachus ait contra suum Ibi-  
m.

Sic tu dispereas sicut periire secundus

Quos multo dareus obruerat cinere.

‚Aut ut olivifera.‘ Neocles sacione expulsus quia nimis acriter  
cives suos reprehendebat frigore fameque perit. Varro.

A patria fugiens neodes quae prima malorum

Sunt duo morte gravi: frigore fame perit.

‚Aut ut Atharnides.‘ [Atarnites, id est, Hermias ab Atarna  
oppido, a Mentore obsessus et captus, pelle iuveni insutus ad Re-  
gem Persarum adductus est.] Varro.

Herimas captus indutus tergora tauri

Ante suos hostes meticulosus erat.

‚Inque tuo thalamo.‘ [Alexander Pheraeus a Thebe uxore  
sua propter pellicatum interfectus est.] Varro.

Incesti patiens semper sectator honesti

Pheraeus coniunx coniugis ense perit.

„Inque pyram.’ Lupercus [Lucretius].

Ut cum defuncto maior moriatur amicus  
Aeternum morem Sardanapallus habet.

„Utque Iovis.’ Unde Neodes.

Cambisem hominesque suos spoliare parentes  
Hammonem interimit pulverulentus aer.

[„Utque Milo.’ Milo Pisam Elidos tenuit. Hic cum Pisaeos  
ariis cruciatibus afficeret, ab ipsis in Alpheum fluvium Pisam prae-  
fluentem demersus est. Est autem tyrannus communis generis:  
am Theodosii grammatici est regula etc.]

„Quaeque in Adimanthum.’ [Adimantus Rex Philesiae indig-  
ans superis obedire et ipsi Iovi fulminatus est.] Unde Gallus.

Philacides cadit igne Iovis quia spreverat ipsum  
Nec non et cunctos spreverat ille deos.

„Aut ut Amastriacis.’ Lenneus Rex amastriacum a Mitridate  
aphlagonum Rege socero Achillis in insulam: quae est in ponto  
omine Anchigenis solus est relictus. Unde Favoranus.

Veste ciboque carens lenneus Rex licet esset  
Qua periit Neodes hac quoque morte perit.

[„Utque vel Eurydamas.’ Callimachus dicit Eurydamantem et  
Thrasillum inimicos fuisse; Eurydamantem vero a Simone Larissaeo  
circa tumulum Thrasylli raptatum esse.]

„Utque novum.’ Limone hippomani uxor vel filia cum quo-  
dam adultero deprehensa fuit: qui tunc curru hippomani alligatus  
lillaceratus est. ipsa vero cum equo ferocissimo inclusa ab eo di-  
acerata interiit. [Unde Darius.

Limone moritur, sed causa est mortis adulter,  
Altera causa fuit moechus, et altera equus.]

„Graia fuere sinu.’ propter Nauplium patrem Palamedis.

„Et aequore raptos.’ Ajax oileus a pallade fulminatur propter  
calladium ab eo raptum cum Ulysse.

„Agitur ut illi.’ Marsiapo satyro: quem certantem cum phoebo  
hoebus vicit et excoriavit. [Pentheum tangit, qui a matre dilace-  
atus est.]

„Utque drian.’ Lycurgus Driantis filius: quia cum matre con-  
cubuit factus est insanus et crus sibi incidit et etiam uno pede nu-  
us ambulabat: vel ideo quia vites bacchi incidebat teste Horatio.

„Ut fuit oetheo.’ herculi. „genero.’ Athamanti. „Draconum.’  
admi et hermiones.

„Thesimanique patrem.’ Astrophaneus pater thesimani quia  
um filia concubuit insanivit. „Caligones.’ Pentides simulans se  
um adultero uxorem invenisse ut aliam duceret eam interfecit.  
Inde insanivit.

„Nec tibi.’ quia diomedes in bello troiano venerem vulnera-  
it: venus uxorem eius egialeam pudicam fecit meretricem [ut ait  
loratius]. Unde Tideus pater diomedis pro nuru sua pudorem

habuit. Vel ut alij dicunt ipse Tideus cum eadem nuru concubuit.

,Queque sui.' hypermestra [Callimachus dicit Hypermestram etc.] in adulterio deprehensa cum fratre mariti sui beneficio tenebrarum incognita pavoronem [Pavonem] servum suum et locrim ancillam suam necavit eos dicens in adulterio deprehensos non se cum fratre mariti.

,Tam quoque.' heryphile Talai filia pro monili aureo aibi dato maritum suum amphiaraum ad bellum compulit ire thebanum: ubi a terra absorptus est ut dicit Statius. ,Tindarei.' Agamemnon fuit: quem uxor sua clitemestra Tindari filia per egistum sacerdotem fecit interfici.

,Filia neve.' Policapis Altheae et therele filia patrem suum therelam truncavit capite: quia cum ipsa concumbere noluit. [Pelopeia cum Thyeste patre suo concubuit.]

,Ut juvenes.' Iuvenes cum hypodamia oenomai filia cursu certantes ab ea devicti ab oenomaio sunt capite detruncati: quorum capita super portas pisae ponebantur. Tandem hypodamia devicta a pelope: oenomaus capite truncatus est. Myrthous autem auriga cui pelops primos concubitus promiserat: cuius auxilio ipse vicerat quia cereum axem in curru fecerat in mare proiectus est. a quo mare myrthoum dicitur. hoc est ,Ut qui profusum' et ,Proditor ut.'

,Petiere puellam.' athlantam oenei filiam.

,Ut quorum aeacides.' Achilles in funere Patrocli bisseua corpora troianorum cremavit: ad plorandos maues ipsius homerus dicit.

,Ut quos obscuris.' Apud thebas erat Spinx monstrum alas habens calibeatas qui objiciebat quoddam problema transeuntibus .s. quod animal primo haberet quatuor pedes postea duos deinde tres. Et qui viatorum problema solvere non poterant alis suis capite truncabantur et comedebantur: ut dicit Statius. et de hoc etiam ut quidam volunt Ovidius meta. ib. (7, 759.), Carmina naiadum.'

,Ut qui histoniae.' Lemnij a Lacedaemonijs in templo miservae sunt interempti: quod ne videret dea oculos suos retornit. ex quo etiam nunc in templo vultu retorto ut dicit Callimachus. [Thracia a Bistone palude dicta est, et ibi auctore Callimacho in oppido Seris nomine multi viri a Lacedaemoniis interfecti sunt in templo Minervae; ideo Minerva fertur sua lumina operuisse.]

,Theredoman.' Theredomanthus Rex [Libyus] Meneleam [nobili genere matronam] quendam leonibus obiecit quem filia eius miserta occiderat cum ipse vellet adulterari cum ea: ut testatur darius.

,Quique thoan.' [Thoas filius Bacchi, quanquam Lemniades viros suos interfecerant, a filia Hypsipyle liberatus in Tauricam regionem fugit etc.] Thauros est insula: ubi erat Rex thoas qui homines dianae sacrificabat: de hoc dicitur in Ovidio de ponto cum borestes reduxit Ephigeniam sororem suam.

[,Ut Laestrygonias.' Laestrygonos populi Campaniae immanissimi, etc.]

,Ut quos dux.' hanibal legatos pro inducijs a Romanis sibi missos in puteum proiecit et pulvere suffocatos mentitus est eos a terra fuisse absorptos.

,Sex bis.' xij filij penelopes filiae Icari interfecti fuerunt ab Ulysse cum menelao. Inque caput.' Melantium tangit: qui ulyssis bona devorans procosque ut eum interficerent exhortans ab ulyssse graviter punitus tandem est interfectus.

,Quosque ferae.' Lemniades prae nimia libidine maritos suos interfecerunt ut dicit Statius thebaidos.

,Ut quae post.' Egiptus novem annos sicca fuit. Tunc Thasius [Thasius] dixit busiri Regi aegypti: ut virum Iovi in hostiam mactaret et sic aquam haberet. Cui busiris ait: fies Iovis hostia primus: et eo immolato pluit ut dicit ovidius.

,Frater ut.' Perimales [Pygmalion] frater Anthei hospites suos prius lotis pedibus de quadam arce precipitabat [in Parthenio memore occidebat ante aras]: qui idem postea passus est ab hercule.

,Deiamenique gener.' Euritus in nuptijs Perithoi rapere voluit hypodamiam eius uxorem. Eum ergo deiameni generum appellat: non quod fuit sed quod esse voluit. Deiamenus autem pater fuit ipsius hypodamiae.

,Ut Scynis.' quem occidit theseus. chiron et procrustes filius polyphemonis interfecti sunt ab eodem theseo ut dicitur in libro heroidum.

,Quique trahes.' Cercion vulcani filius in hismo monte qui est inter duo maria .s. Ionium et aegeum habitabat qui arbores capiens plicabat et in summitate homines ponebat et postea arbores dimittebat ut dicit Ovidius. et interfectus est a theseo.

,Quaeque ceres.' Gerion tricorpor in hispania Rex a cerere odio habebatur. vel quia nimis de frugibus consumebat vel quia Eleusina festa ipsius impediabat. Unde laeto vultu vidit ipsum a theseo vel ab hercule interfectum.

,Qualis erat.' Irus servus ulyssis ipso reverso a troia ab eodem excaecatus est. sed binomium eum appellat quia idem dicitur [Arnaeus] apud homerum. vel quia duo fuerunt Iri. Alter Argivus ab hercule excaecatus alter bistonius: quem pro furto iudices excaecaverunt. vel binomius dicitur propter ovidium quia dicitur Irus egens et ita Irus est unum nomen et egens aliud. Alij dicunt quod Irus caecus in ponte quodam elimosiam a transeuntibus petebat qui sibi dantes de ponte praecipitabat. tandem ipse praecipitatus est.

[,Filius et Cereris.' Asterion filius Cereris frustra amatus est ab Almenico. ut Lucretius ait:

Cres puer Asterion crudelis ne fuge amantem,  
Ne fuge; non equidem est effugiendus amans.



Crudeli puero nihil est crudelius unquam,

Crudeli puero nil mihi peius obest.

Sed iam nec puer es; puero nil mitius usquam,

Crudeli puero nil mihi peius obest.

Vis verum dicam? sis mitis, ne fuge amantem,

Ni fugeres, nil te mitius esse potest.]

‚Nec dapis.‘ Menalippus in thebano bello Tideum graviter percussit et Tideo usque ad mortem vulneravit postea: caput eius iussit sibi afferri et comedit ut dicit Statius theb.

‚Atque aliquid.‘ Thiestes cum uxore fratris sui Atrai concubuit et genuit ex ea filios: quos atreus dedit ipsi thiesti ad comedendum: quod scelus sol videns retro fugit. ut dicit Statius in tragoediis et Ovidius Metamor.

‚Ere perhilleo.‘ Phalaris agrigentinus diversis cives suos affligebat tormentis: ad quem venit perhillus et ei bovem dedit aeneam quem fecerat. visoque illo docuit ut aliquem intromitteret lingua prius resecta et ignem supponi faceret dicens: ille clamabit coactus dolore et vox eius per os tauri egrediens vox tauri videbitur. Phalaris vero ei respondens tu primus inquit imbue opus tuum eoque intromitti iussit et iuste expertus est quod ei monstravit. Idem quoque phalaris cives suos eodem modo affligere volens idem passus est a civibus suis et hoc dicit ‚Utque ferox.‘ [Phalaris ipsemet resecta lingua in taurum aeneum coniectus est.]

‚Dumque redire.‘ Medea Peliam Admeti socerum esonis patris Iasonis filiabus iuvenescere pacta suis ipsum ab eis fecit interfici.

‚Et quae Penthiades.‘ Penthiades [Penthides poeta] filius abareti poetae [Abali] hyponatum [Hipponactem] fratrem medusae [Medusae, vel Melissa] inimicum suum devovit in tantum quod se suspendit ut ait Bauciades.

‚Ex quibus.‘ Callimachus in Invidum scribens pro eius immunditia eum ibidem in libro suo appellavit: quia ibis .s. ciconia rostro purgat posteriora et in hoc exercetur.

‚Vulnera.‘ Menedemus unus Rex graecorum apud troiam plurimis vulneribus cultro interfectus est quia in sacris eius culter solebat esse ut ait Gallus et tunc aberat. [Callimachus dicit in Creta Menedemo sacra fieri sine ferro, quia in Troiano bello pluribus vulneribus cultrorum interiit.]

‚Attonitus.‘ Sacerdotes cybelles cum in templo ipsius sunt recepti virilia membra absconduntur: ut habetur in ovidio fastorum.

‚Solaque Limone.‘ filia hypomonis in adulterio deprehensa athenis cum equo inclusa ab eo consumpta est ut dicit Darius. ‚Utque novum.‘ sed illic de cadavere hic de corpore et sic nos superfluit. [Haec fabula supra exposita est, ibi causa adulteri dilacerati, hic causa ipsius Limones, quae ab equo consumpta est.]

‚Ut cassandreae.‘ [Cassandra Potidaea Thessaliae pars est, ubi Cassandrus dominatum dicitur habuisse qui in suos nimis sae-

viens ab eis saxis obrutus est. Vel dic, Cassandrus homines suos vivos terra infodiebat et idem passus est.] Propertius.

Suffocavit humo vivos cassandrus idemque

Et non immerito passus idemque suis.

„Aut ut aban.’ Pretus filius abantis [filii Iovis et Europae] frater fuit Acrisij: quem perseus quia acrisio avo suo regnum abstulit occidit et in mare praecipitavit.

„Aut ut leenesius.’ Naupolus [-tus] rex leenes [Ligdae] nymphae filius fuit: quem Asacrinides [Asciates] nepos suus quia clientem nostram [Clemestrem] eius matrem stuprare voluit in mare proiecit. [unde Propertius.

Naupotus Ascintae patruus perit ense nepotis,

Et voluit natis esse parente prior.]

„Victima vel.’ [Theodotus poeta fuit, qui cum liberius in Mnesarchum Regem scripisset, ab eo crudeliter in Apollinis aede caesus est. Alii dicunt] Terpeni [Tyrrhen.] obsidentes lipanum [Liparium] castrum promiserunt apollini: si faceret eos victores: fortissimum lipparensium sacrificarent. habita autem victoria promissum reddiderunt immolantes ei quendam theodotum. Unde Gallus.

Theodotus captus phoebo datur hostia: quamvis

Nequaquam sit homo victima grata deo.

„Aut te devoveat.’ Callimachus dicit quod abdera est civitas in qua talis est mos quod uno quoque anno cives totam civitatem publice lastrabant et aliquem civium quem habebant devotum illa die pro capitibus omnium lapidibus obruebant.

„Aut Iovis.’ Procrustes satus hyponeo fulminatus est a Iove quia ipse et Iovem negligens filiam suam interfecerat: quia Iovem concubuisse cum ea audiverat. [Capaneus a Iove fulminatus.]

„Ut pater desithoes.’ .s. acrita fulminatus est a Iove eadem de causa. [Atrax Thessalus, qui cum filiam Dositheon a Iove compressam dimisisset fulmine ictus est.]

„Telo trisulco.’ .s. fulmine quod est triplicis nature quia scindit afflat et urit.

„Ut cui mater.’ [Teucer] filius electrae sororis maiiae quem Virgilius refert pro sceleribus suis fulminatum a Iove.

„Ut ferus aeolides.’ .s. salmoneus filius aeoli quem apud eadem civitatem facto solio aeneo superducendo currum cum equis strepitum quasi sonus tonitrus faciebat facesque iaculando simulabat fulmen. facibus vero percussis interfici meruit a Iove.

„Ut sanguine.’ Arpitem filius licaonis frater calistonis: quae perasis dicitur. quia superos et ipsum Iovem spernebat fulminatus est ab ipso Iove.

„Ut macedo.’ Macedo mulier quaedam cum interesset nuptijs suis fulminata est a Iove cum coniuge suo Menedemo quia omnes deos invitaverant praeter Iovem. [Nicander dicit Macelon filiam Damonis cum sororibus fuisse. Harum hospitio Iupiter aus-

ceptus cum Theloneis, quorum hic Damo Princeps erat, corruptentes venenis successus omnium fructuum fulmine interficeret servavit eos. Sed Macelo cum viro propter viri nequitiam periiit. Ad alias vero servatas cum venisset Minos, cum Desithone concubuit, ex qua creavit Eusantium, unde Eusantiae fuerunt.]

,Praedaque sis.' Resus vel trasus cum peteret templum dianae quod a canibus custodiebatur quoniam est dea venationis et canum: est ab ipsis canibus dilaceratus cum nemo debeat ingredi ante diem: et ex illo tempore delos canes non habuit. [Sacerdos Apollinis Delii Anius fuit, ad quem cum venisset per noctem Thasus, a canibus laniatus est, unde nullus canis Delon accedit auctore Callimacho.]

,Quique croto.' Apollo victo phitone serpente venit ad domum Crotopi .s. ad filiam nomine salmacem: quae domum custodiebat et cum ea concumbens genuit filium linum: quem incaute depositum sui canes comederunt ut dicit statius.

,Quam puer.' Archemorus licurgi filius a serpente est interfectus: quem nutrebat Isiphile filia thoantis ut dicit statius.

,Quam qui cava.' laeaonta significat qui primus equum percussit palladis ligneum: in quo inclusi erant graeci. Unde dilaceratus est a serpentibus eodem die ut dicit Virgilius.

,Neve gradus.' Alphenor filius sive amasius agamemnonis nimium potus de turre eecidit.

,Tamque cadas.' Torodamans quidam tyrannus fuit: qui driopas quosdam populos ad pugnam contra se provocabat et quem poterat vincere interficiebat suspensum. [Dryops populus, cum Thyodamaute Rege ab Hercule profligatus.]

,Vel de praecipiti.' Athenienses socrate mortuo libros quos ipse fecerat imposuerunt igni. quos quia servavit quidam amicus eius de saxo praecipitatus est.

,Ut teneri.' De Inoe. quae bacchum extractum de ventre semeles sororis suae a Iove fulminatae nutrit et suasu Iunonis per thissiphonen insanivit et cum filio melicerta se in mare praecipitavit.

,Lydia.' Lydiae virgines convicia baccho inferentes et festum eius prophanantes nimium potae de quodam monte se praecipitarunt ut ait Gallus. [Ilice intelligitur Ibici Lydi filia, quae cum Dianae auxilio vim Martis effugisset, contumeliose in ipsum invecta est, ex quo Mars commotus Ibicum morte affecit, illa praedolore e scopulo se demisit.]

,Dira tibi.' Paphageus [Paphagus] epirotes cum ambrachiam obsideret exivit venatum et leenae catulum tacitus sustulit: quem consecuta leena virum membratim laevavit [auctore Callimacho].

,Quique ligur.' Amophanus filius Ipomeontos de genere licurgi venator ab apro fuit interfectus. [Tangit Buten Lycurgi filium, quem ex arbore tractum aper laceravit.] Idmon quoque

venator simili morte perijt. [Idmon vates, unus Argonautarum, ab apro discerptus est, cum tamen se in ea expeditione periturum scivisset, quamobrem audax appellatur.]

,Isque vel.' Thoas apud Cariam [in Andragathia regione] venator caput magni aperi quem interfecerat super arbore [in pinu] suspendit et insolenter in dianam locutus sub eadem arbore recubavit: ibique super eum dormientem caput cecidit et occidit.

,Sive idem.' Aten filius berentij in phrygia venator quia et ipse insolenter locutus est in dianam eadem morte perijt qua et thoas. [Atis in Berecyntho monte . . . sub pinu semeam capiens pinci pomi casu obrutus est.]

,Si tua.' Cretenses ex sicilia Minois ossa inferentes Corcyram venerunt quos fugaverunt corcyraei et ossa Minois abstulerunt. Unde in Creta statutum fuit quod quicumque corcyraei in cretam venirent suspenderentur.

,Lapsuramque.' Lorios alebes [Alcidice Alenae Larissei] filia cum licoride filio [viro] suo dum domum intraret domo cadente perijt. et quia eiusdem fuit cum viro adversitatis eiusdem dicitur etiam fuisse constellationis.

,Utque vel.' Ebenus [Euen.] quidam cecidit in fluvium: qui prius licomas [Lycorm.] dicebatur sed nunc ab ipso Ebenus dicitur. Et Tiberinus Rex albanorum cecidit in albulam qui nunc ab ipso dicitur tiberis. ut ait ovidius.

,Irtacidae.' dum aenea absente obsideretur ascanius a turao praecepit Ascanius Niso et eurialo ut ad aeneam irent et se obsessum ei nunciarent: qui ingressi castra hostium invenerunt hostes dormientes: de quibus multos interfecerunt. sed ab etruscis in auxilium turni venientibus inventi sunt et occisi. capita quoque eorum in hastilibus suspensa fuerunt teste virg.

,Quodque ferunt.' Brothea filius Iovis excaecatus est a Love: quia nequissimus erat: et ideo proiecit se in pyram ardentem odio habens vitam suam ut ait Darius. [Brotheus Iovis filius a sua turpitudine nonne nomen habuit, quare immortalitatem assequi non potuit; unde prae dolore et quia se contemni videbat in ardente pyra mori voluit.]

,Inclususque.' Calisthenes vel Cerillus quia promiserat quod gesta Alexandri bene describeret et male descripsit positus fuit in cavea et ibi frigore et fame perijt.

[Utque repertori.' Archilochus Iambici carminis inventor, cui maledicentia exitio fuit.]

,Utque parum.' Mevius poeta quia male descripsit atheniensium gesta ab eis in carcerem positus est ubi eum fame mori fecerunt et libros eius deleverunt.

,Utque lyrae.' Licofirrius vel licostrarius quidam poeta fuit: qui dum comoediam suam in scena recitabat nudas puerorum et

puellarum cohortes representabat et quendam nimis acriter reprehendebat: qui eum in ipsa recitatione cum sagitta in manu dextera vulneravit. Unde sic emittendo sanguinem perijt teste gallo. [Aristochius Poeta carmen Tragicum per silvam transiens meditabatur, cui serpens ex arbore, cuius folia percusserat, decidens manum momordit, quare extremum diem obiit.]

,Utque Agamemnonio.' Horestes filius Agamemnonis cum revertetur ab interfectione pyrrhi serpente calcato interiit.

,Sit tibi.' Ebulus vel Ebalus vel Empalus [Eupolis Atheniensis Comicus Poeta] et uxor sua Medela [Medilla] in primo concubitu interfecti sunt a Iove: quia sacrificaverant omnibus diis et non Iovi:

,Utque cothurnatam.' Lycoris quidam [Lycophron tragicus] poeta scribens tragoediam passus fuit sagitta a quodam inimico suo in vena [veneno illita]: unde incessanter sanguine inundante mortuus est.

,Perque feros.' Licus Rex thebarum habuit uxorem nomine Antiozam: quam postea dimisit et in carcere posuit: persuasione dirces alterius uxoris quam ei superduxit. Sed dum esset in carcere Iupiter eius amore captus ad eam veniens genuit Zetum et Amphionem: qui cum adulti fuissent quod per novercam incarcerata fuerat mater sua novercam tauris indomitis alligatam circa muros vel montes thebanos traxerunt donec mutata fuit in fontem sui nominis.

... [Cognitor ut tarde.' Cynaras Myrrhae pater, cum qua incesto se polluit.]

,Inque tuis.' Acheus fuit quidam vates super cuius oculis examen apum ascendit et sic earum spiculis receptis lumina perdidit.

,Ut puer.' Arpiage [Harpyages] filius fuit thiestis quem ei frater suus atreus dedit ad comedendum ut supra ,Atque aliquid.' sed illic de commissis.

,Trunca geras.' Micernus captus a quodam hoste suo mutilatus est omnibus membris suis quia interfecerat quendam fratrem suum et ad ultimum oculi fuerunt sibi eruti. [Mamertes, unde Mamertini Siciliae populi appellantur, oppidum aedificavit. Inde oborta de regno lite a fratre membratim laceratus est.]

,Utque siracusio.' Teditus poeta quia de Iove probra dixerat factus insanus se ipsum proprio laqueo suspendit. [Id est, Theocrito Syracusio poetae, qui cum in Hieronis tyranni filium inventus esset, ab eo ideo est capi iussus, ut eum ad supplicium trahi simularet. Interrogatus si deinceps a maledictis desisteret, ille eo acius etiam Regi ipsi maledicere coepit, quare indignatus non iam ad simulatum, sed ad certum supplicium rapi iussit; quidam laqueo strangulatum, quidam eapite caesum prodidere.]

,Nudave directa.' Marsiam significat satyrum qui ab Apollinae excoriatus est ut dictum est supra ,Mens quoque.' Sed illic de passione animi proprie. hic de corporis passione.

**,'Pamades.'** Glaucus despiciēbat sacrificia veneria. Unde illa irata pomades equas a loco sic dictas quas equitabat in eum convertit. itaque totum dilaceraverunt.

**,'Utque duobus.'** quidam cretensis invitavit quendam glaucum nomine ad prandium et dedit illi venenum bibere cum melle et ita suffocatus est. [Alius Glaucus Cretensis ob lasciviam in filiam venenato melle extinctus est.]

**,'Haec tibi.'** Laodamiam significat hemonem a loco: cuius maritus Prothesilaus diu ab ipsa expectatus in bello perijt troiano ut habetur in libro heroidum. [Haemo cum filiam Rhodopen turpiter amaret, uterque in montem sui nominis obduruit.]

**,'Utque loquax.'** Agenor turpia locutus est in dianam. unde ipsa irata fecit quod ipse dum equum currere faceret equo labente et pollice sub gulla posito dum pronus caderet iugulatus est teste Gallo.

**,'Aut ut.'** Anaxarcus Rex [Atheniensis] in pila lignea positus pro frugibus est contritus: quia ipse constituerat ut uno quoque anno unus homo cereri pro frugibus sacrificaretur.

**,'Utque patrem.'** phoebus concubuit cum salmae filia Crotopi et habuit ex ea linum filium: quod postquam scivit pater filiam in terram infodit. Unde phoebus dolens ipsum crotopum interfecit. nec ad totius patriae destructionem misit quoddam monstrum habens corpus serpentinum sed vultum humanum: quod corebus strenuus miles in porta civitatis interfecit. et hoc est quod dicit **,'Inque tuos.'** [patrem Sameum, Sameus filiam habuit nomine Leucotheam a Phoebō adamatam, quam ob causam pater ipsam defodit. Phoebus in ultionem puellae Sameum interfecit.]

**,'Inque tuos.'** Choroebus monstrum profigavit, quod infantes e matrum sinu raptos devorabat.]

**,'Utque nepos.'** Hypolitum tangit nepotem ethrae. Ethra .v. filia phitei mater fuit thesei patris hypoliti. Sed superius tetigit hoc **,'Quaeque precor fuerat' vel ibi 'Vel tua ne.'** Vel supra manifestate de iudicio thesei. infra autem de simplici morte. hic vero de causa mortis eius.

[**,'Propter opes nimias.'** Polydorum dicit a Polymnestore occisum.]

**,'Utque ferunt.'** Niobe septem filios habuit: quorum unus fuit Damasiton et totidem filias. quos omnes phoebus et diana interfecerunt: phoebus filios diana filias: quia niobe confidens in prole non permittebat sacrificia fieri a thebanis latonae et ei convicia dicebat.

**,'Addidit ut.'** Amphion citharedus maritus Niobes taedio vitae ductus se interfecit pro filijs et filiabus interfectis.

**,'Et leus.'** Batthus quia mercurio prodidit furtum mutatus est ab eo in saxum ut dicit ovidius meta. l. 2.

**,'Quo puer Oebalides.'** .s. Iacintus quoniam cum apolline ludebat discus percussione terrae in frontem eius resiliit. Ovidius.

‘Comicus.’ quidam philosophus vel poeta qui balseando se perit. [Menander Comicus Atheniensis, dum in Piraeo portu nataret, submersus est, de quo nobilissimae a Graecis editae traduntur Elegiae et a Callimacho Epigramma.]

‘Aut abi ventosum.’ Palinurus Aeneae navis gubernator cum tridae enatasset a Veliensibus in littore est interfectus.]

‘Utque cothurnatum.’ Pesulus fuit quidam tragoedus: quo mortuo quia omnibus erat invisus cadaver eius canibus fuit expositum et ab alijs delaceratum. Diana venatrix et venatoribus canes conveniunt. [Euripides a canibus dilaniatus.]

‘Aut ut Trinacrius.’ Empedocles Agrigentinus pro vana gloria ardenti aetnae insiluit, quod dicit Horatius.]

‘Ut nova phasiaca.’ Iason relicta medea superduxit Glaucen: quae a quibusdam nominata est creusa magni creontis Regis filia. Unde medea irata coronam toxicatam Glaucas misit. qua induta Glauce et creon pater eius et tota domus combusta est. Ovidius.

‘Qua sua.’ Bacchus licurgum filium penthei dum amputaret vineas sibi ipsi fecit abscindere crus quanquam esset de genere ipsius licurgi ut dicit Ovidius. Vel alia est fabula de Simio licurgi filio: qui in ultione sui patris interfecit bacchi sacerdotes. [Butes Lycurgi filius Bacchi Sacerdotes in ultionem patris variis affectis supplicis. Pentheidem dixit, quia Pentheus filium habuit Dryantem Lycurgi patrem.]

‘Muneribus.’ Icarus primus plantavit vineam et de vino quod inde habuit messoribus ad bibendum dedit. Vel ut alij dicunt. Icarus iussu sui domini vinum thebas portabat et invenit messoribus quibus vinum dedit. qui inebriati putantes se venenum bibisse proiecerunt ipsum in puteum. Cunicula vero cum eo ire solita ivit ad erigonen filiam Icarum et morsis vestibus duxit ad patrem: quae patre viso se voluit suspendere. sed iupiter eam cum cane et patre translatam stellificavit: ut dicit Ovidius. et hoc est quod dicit ‘Quodque dolore.’

‘Abstractus.’ Eristeus quia vastator erat segetum a cerere missus in exilium perijt fame. ut ait Ovidius de Erisithone. [Eurythones matrem Laonicam crudelitate nobilem habuit, quae filio in bellum prodeunti mandatum dedit, ne domum reverteretur nisi caede hostium pollutus. Is nequaquam id perfunctus est, quare a matre clausus inedia extinctus est.]

‘Illius exemplo.’ Diomedes palladium minervae apud troiam cum ulyse furatus est. Quare pallas irata ulysem per mare errare fecit. et miras intulit passiones.

‘Naupliadae.’ nota est fabula de pallamede: ibi ‘Viscera.’ sed ibi de naufragio graecorum: hic vero de simplicibus eius morte et crimine.

‘Ethalon.’ Ethalus Rex fuit aegypti: qui isidem de stupro interpellavit. Quare ab ipsius sacerdote [sacerd. hospite] occisus est et prohibitum est [ne quis ex ea familia Sacerdotium iniret aut

Sacris Isidis posset interesse.] ne imago illius Regis esset in templo Isidis cum ibi essent imagines ceterorum regum.

,Utque Melantheum.' Melantheus homicidium fecit et ad domum matris suae fugit et ibi se abscondit: quem insequentes inimici eius quaesierunt a matre. mater vero accenso lumine: putabat .n. illum nullo modo posse inveniri: cum ipsis incepit quasi inquirens ire per domum et sic filius eius repertus interfectus est.


,Qualis equos.' Dolon unus troianorum noctu venerat exploratum quid facerent graeci: equos achillis sibi pactos a troianis volens furari: qui inventus ab ulyssae occisus est ut ait ovidius.

,Nec tu quem.' Rhesum in auxilium troianorum venientem somno oppressum et socios eius ulysses cum diomede interfecit.


[,Cliniadaeque modo.' Persicus Clinii filius a sociis occisus est ac semicombustus propter auri copiam, quam habebat secum.

,Utque Remo.' Remus a Romulo fratre rastro est interemptus, quod praeter edictum recentes muros trasiliisset.]















3 2044 010 256 832

THE BORROWER WILL BE CHARGED  
AN OVERDUE FEE IF THIS BOOK IS NOT  
RETURNED TO THE LIBRARY ON OR  
BEFORE THE LAST DATE STAMPED  
BELOW. NON-RECEIPT OF OVERDUE  
NOTICES DOES NOT EXEMPT THE  
BORROWER FROM OVERDUE FEES.

WIDENER  
BOOK DUE  
APR - 2 1984  
~~APR 1 1984~~  
APR 28 953

~~W  
JAN 1 1990~~



ceptus cum Thelonios, quorum hic Damo Princeps erat, corruptentes venenis successus omnium fructuum fulmine interficeret servavit eos. Sed Macelo cum viro propter viri nequitiam perit. Ad alias vero servatas cum venisset Minos, cum Desithone concubuit, ex qua creavit Eusantium, unde Eusantiae fuerunt.]

,Praedaeque sis.' Resus vel trasus cum peteret templum dianae quod a canibus custodiebatur quoniam est dea venationis et canum: est ab ipsis canibus dilaceratus cum nemo debeat ingredi ante diem: et ex illo tempore delos canes non habuit. [Sacerdos Apollinis Delii Anius fuit, ad quem cum venisset per noctem Thasus, a canibus laniatus est, unde nullus canis Delon accedit auctore Callimacho.]

,Quique croto.' Apollo victo phitone serpente venit ad domum Crotopi s. ad filiam nomine salmacem: quae domum custodiebat et cum ea concumbens genuit filium linum: quem incaute depositum sui canes comederunt ut dicit statius.

,Quam puer.' Archemorus licurgi filius a serpente est interfectus: quem nutriebat Isiphile filia thoantis ut dicit statius.

,Quam qui cava.' Iacaonta significat qui primus equum percussit palladis ligneum: in quo inclusi erant graeci. Unde dilaceratus est a serpentibus eodem die ut dicit Virgilius.

,Nere gradus.' Alphenor filius sive amasius agamemnonis nimium potus de turre eecidit.

,Tamque cadas.' Torodamans quidam tyrannus fuit: qui driops quosdam populos ad pugnam contra se provocabat et quem poterat vincere interficiebat suspensum. [Dryops populus, cum Thyodamante Rege ab Hercule profligatus.]

,Vel de praecipiti.' Athenienses socrate mortuo libros quos ipse fecerat imposuerunt igni. quos quia servavit quidam amicus eius de saxo praecipitatus est.

,Ut teneri.' De Inoe. quae bacchum extractum de ventre semeles sororis suae a Iove fulminatae nutrit et suasu Iunonis per thissiphonen insanivit et cum filio melicerta se in mare praecipitavit.

,Lydia.' Lydiae virgines convicia baccho inferentes et festum eius prophanantes nimium potae de quodam monte se praecipitarunt ut ait Gallus. [Ilice intelligitur Ibici Lydi filia, quae cum Dianae auxilio vim Martis effugisset, contumeliose in ipsum invecta est, ex quo Mars commotus Ibicum morte affecit, illa praedolore e scopulo se demisit.]

,Dira tibi.' Paphageus [Paphagus] epirotes cum ambrachiam obsideret exivit venatum et leenae catulum tacitus sustulit: quem consecrata leena virum membratim laniavit [auctore Callimacho].

,Quique ligur.' Amophanus filius Ipomeontos de genere licurgi venator ab apro fuit interfectus. [Tangit Buten Lycurgi filium, quem ex arbore tractum aper laceravit.] Idmon quoque

venator simili morte perijt. [Idmon vates, unus Argonautarum, ab apro discerptus est, cum tamen se in ea expeditione periturum scivisset, quamobrem audax appellatur.]

,Isque vel.' Thoas apud Cariam [in Andragathia regione] venator caput magni apri quem interfecerat super arbore [in pinu] suspendit et insolenter in dianam locutus sub eadem arbore recubuit: ibique super eum dormientem caput cecidit et occidit.

,Sive idem.' Aten filius berentij in phrygia venator quia et ipse insolenter locutus est in dianam eadem morte perijt qua et thoas. [Atis in Berecyntho monte - - sub pinu somnum capiens pini pomi casu obrutus est.]

,Si tua.' Cretenses ex sicilia Minois ossa inferentes Corcyram venerunt quos fugaverunt coreyrai et ossa Minois abstulerunt. Unde in Creta statutum fuit quod quicumque coreyrai in cretam venirent suspenderentur.

,Lapsuramque.' Lorios alebes [Alcidice Alenae Larisse] filia cum licoride filio [viro] suo dum domum intraret domo cadente perijt. et quia eiusdem fuit cum viro adversitatis eiusdem dicitur etiam fuisse constellationis.

,Utque vel.' Ebenus [Euen.] quidam cecidit in fluvium: qui prius licomas [Lycorm.] dicebatur sed nunc ab ipso Ebenus dicitur. Et Tiberinus Rex albanorum cecidit in albulam qui nunc ab ipso dicitur tiberis. ut ait ovidius.

,Irtacidae.' dum aenea absente obsideretur ascanius a turno praecepit Ascanius Niso et eurialo ut ad aeneam irent et se obsessum ei nunciarent: qui ingressi castra hostium invenerunt hostes dormientes: de quibus multos interfecerunt. sed ab etruscis in auxilium turni venientibus inventi sunt et occisi. capita quoque eorum in hastilibus suspensa fuerunt teste virg.

,Quodque ferunt.' Brothea filius Iovis excaecatus est a Iove: quia nequissimus erat: et ideo projecit se in pyram ardentem odio habens vitam suam ut ait Darius. [Brotheus Iovis filius a sua turpitudine nonne nomen habuit, quare immortalitatem assequi non potuit; unde prae dolore et quia se contemni videbat in ardente pyra mori voluit.]

,Inclususque.' Calisthenes vel Cerillus quia promiserat quod gesta Alexandri bene describeret et male descripsit positus fuit in cavea et ibi frigore et fame perijt.

[Utque repertori.' Archilochus Iambici carminis inventor, cui maledicentia exitio fuit.]

,Utque parum.' Mevius poeta quia male descripsit atheniensium gesta ab eis in carcerem positus est ubi eum fame mori fecerunt et libros eius deleverunt.

,Utque lyrae.' Licofirrius vel licostrarius quidam poeta fuit: qui dum comoediam suam in scena recitabat nudas puerorum et



puellarum cohortes representabat et quendam nimis acriter reprehendebat: qui cum in ipsa recitatione cum sagitta in manu dextera vulneravit. Unde sic emittendo sanguinem perijt teste gallo. [Aristochius Poeta carmen Tragicum per silvam transiens meditabatur, cui serpens ex arbore, cuius folia percusserat, decidens manum momordit, quare extremum diem obiit.]

,Utque Agamemnonio.' Horestes filius Agamemnonis cum revertetur ab interfectione pyrri serpente calcato interijt.

,Sit tibi.' Ebolus vel Ebalus vel Empalus [Eupolis Atheniensis Comicus Poeta] et uxor sua Medela [Medilla] in primo concubitu interfecti sunt a Iove: quia sacrificaverant omnibus dijs et non Iovi:

,Utque cothurnatum.' Lycoris quidam [Lycophron tragicus] poeta scribens tragoediam passus fuit sagitta a quodam inimico suo in vena [veneno illita]: unde incessanter sanguine inundante mortuus est.

,Perque feros.' Licus Rex thebarum habuit uxorem nomine Antiopam: quam postea dimisit et in carcere posuit: persuasione dirces alterius uxoris quam ei superduxit. Sed dum esset in carcere Iupiter eius amore captus ad eam veniens genuit Zetum et Amphionem: qui cum adulti fuissent quod per novercam incarcerata fuerat mater sua novercam tauris indomitis alligatam circa sauros vel montes thebanos traxerunt donec mutata fuit in fontem sui nominis.

[,Cognitor ut tarde.' Cynaras Myrrhae pater, cum qua incesto se polluit.]

,Inque tuis.' Acheus fuit quidam vates super cuius oculis examen apum ascendit et sic earum spiculis receptis lumina perdidit.

,Ut puer.' Arpiage [Harpyages] filius fuit thiestis quem ei frater suus atreus dedit ad comedendum ut supra ,Atque aliquid.' sed illic de commissis.

,Trunca geras.' Micernus captus a quodam hoste suo mutilatus est omnibus membris suis quia interfecerat quendam fratrem suum et ad ultimum oculi fuerunt sibi eruti. [Mamertes, unde Mamertini Siciliae populi appellantur, oppidum aedificavit. Inde oborta de regno lite a fratre membratim laceratus est.]

,Utque siracusio.' Teditus poeta quia de Iove probra dixerat factus insanus se ipsum proprio laqueo suspendit. [Id est, Theocrito Syracusio poetae, qui cum in Hieronis tyranni filium inventus esset, ab eo ideo est capi iussus, ut eum ad supplicium trahi simularet. Interrogatus si deinceps a maledictis desisteret, ille eo acius etiam Regi ipsi maledicere coepit, quare indignatus non iam ad simulatum, sed ad certum supplicium rapi iussit; quidam laqueo strangulatum, quidam capite caesum prodidere.]

,Nudave directa.' Marsiam significat satyrum qui ab Apolline excoriatus est ut dictum est supra ,Mens quoque.' Sed illic de passione animi proprie. hic de corporis passione.

**,'Pamades.'** Glaucus despiciebat sacrificia veneria. Unde illa irata pomades equas a loco sic dictas quas equitabat in eum convertit. itaque totum dilaceraverunt.

**,'Utque duobus.'** quidam cretensis invitavit quendam glaucum nomine ad prandium et dedit illi venenum bibere cum melle et ita suffocatus est. [Alius Glaucus Cretensis ob lasciviam in filiam venenato melle extinctus est.]

**,'Haec tibi.'** Laodamiam significat hemonem a loco: cuius maritus Prothesilaus diu ab ipsa expectatus in bello perijt troiano ut habetur in libro heroidum. [Haemo cum filiam Rhodopen turpiter amaret, uterque in montem sui nominis obdruit.]

**,'Utque loquax.'** Agenor turpia locutus est in dianam. unde ipsa irata fecit quod ipse dum equum currere faceret equo labente et pollice sub gulla posito dum pronus caderet iugulatus est teste Gallo.

**,'Aut ut.'** Anaxarcus Rex [Atheniensis] in pila lignea positus pro frugibus est contritus: quia ipse constituerat ut uno quoque anno unus homo cereri pro frugibus sacrificaretur.

**,'Utque patrem.'** phoebus concubuit cum salmae filia Crotopi et habuit ex ea linum filium: quod postquam scivit pater filiam in terram infodit. Unde phoebus dolens ipsum crotopum interfecit. nec ad totius patriae destructionem misit quoddam monstrum habens corpus serpentinum sed vultum humanum: quod corebus strenuus miles in porta civitatis interfecit. et hoc est quod dicit **,'Inque tuos.'** [patrem Sameum.' Sameus filiam habuit nomine Leucotheam a Phoebos adamatam, quam ob causam pater ipsam defodit. Phoebus in ultionem puellae Sameum interfecit.

**,'Inque tuos.'** Chorosbus monstrum profligavit, quod infantes e matrum sinu raptos devorabat.]

**,'Utque nepos.'** Hypolitum tangit nepotem ethrae. Ethra .v. filia plitei mater fuit thesei patris hypoliti. Sed superius tetigit hoc **,'Quaeque precor fuerat'** vel ibi **,'Vel tua ne.'** Vel supra manifeste de iudicio thesei. infra autem de simplici morte. hic vero de causa mortis eius.

[**,'Propter opes nimias.'** Polydorum dicit a Polymnestore occisum.]

**,'Utque ferunt.'** Niobe septem filios habuit: quorum unus fuit Damasiton et totidem filias. quos omnes phoebus et diana interfecerunt: phoebus filios diana filias: quia niobe confidens in prole non permittebat sacrificia fieri a thebanis latonae et ei convicia dicebat.

**,'Addidit ut.'** Amphion citharedus maritus Niobes taedio vitae ductus se interfecit pro filijs et filiabus interfectis.

**,'Et lesus.'** Batthus quia mercurio prodidit furtum mutatus est ab eo in saxum ut dicit ovidius meta. l. 2.

**,'Quo puer Oebalides.'** .s. Iacintus qui cum apolline ludebat discus percussione terrae in frontem eius resiliit. Ovidius.

‘Comicus.’ quidam philosophus vel poeta qui balneando se perit. [Menander Comicus Atheniensis, dum in Piraeo portu nataret, submersus est, de quo nobilissimae a Graecis editae traduntur Elegiae et a Callimacho Epigramma.]

‘Aut abi ventosum.’ Palinurus Aeneae navis gubernator cum triduo enatasset a Veliensibus in littore est interfectus.]

‘Utque cothurnatum.’ Pesulus fuit quidam tragoedus: quo mortuo quia omnibus erat invisus cadaver eius canibus fuit expositum et ab alijs delaceratum. Diana venatrix et venatoribus canes conveniunt. [Euripides a canibus dilaniatus.]

‘Aut ut Trinacrius.’ Empedocles Agrigentinus pro vana gloria ardenti aetnae insiluit, quod dicit Horatius.]

‘Ut nova phasiaca.’ Iason relicta medea superduxit Glaucon: quae a quibusdam nominata est creusa magni creontis Regis filia. Unde medea irata coronam toxicatam Glaucae misit. qua induta Glaucæ et creon pater eius et tota domus combusta est. Ovidius.

‘Qua sua.’ Bacchus licurgum filium penthei dum amputaret vineas sibi ipsi fecit abscindere crus quanquam esset de genere ipsius licurgi ut dicit Ovidius. Vel alia est fabula de Simio licurgi filio: qui in ultione sui patris interfecit bacchi sacerdotes. [Butes Lycurgi filius Bacchi Sacerdotes in ultionem patris variis affectis supplicis. Pentheidem dixit, quia Pentheus filium habuit Dryantem Lycurgi patrem.]

‘Muneribus.’ Icarus primus plantavit vineam et de vino quod inde habuit messoribus ad bibendum dedit. Vel ut alij dicunt. Icarus iussu sui domini vinum thebas portabat et invenit messoribus quibus vinum dedit. qui inebriati putantes se venenum bibisse proiecerunt ipsum in puteum. Cunicula vero cum eo ire solita ivit ad erigonen filiam Icari et morsis vestibus duxit ad patrem: quae patre viso se voluit suspendere. sed iupiter eam cum cane et patre translatam stellificavit: ut dicit Ovidius. et hoc est quod dicit ‘Quodque dolore.’

‘Abstractus.’ Eristeus quia vastator erat segetum a cerere missus in exilium perijt fame. ut ait Ovidius de Erisithone. [Eurysthones matrem Laconicam crudelitate nobilem habuit, quae filio in bellum prodeunti mandatum dedit, ne domum reverteretur nisi caede hostium pollutus. Is nequaquam id perfunctus est, quare a matre clausus inedia extinctus est.]

‘Illius exemplo.’ Diomedes palladium minervae apud troiam cum ulyssæ furatus est. Quare pallas irata ulyssæm per mare errare fecit. et miras intulit passiones.

‘Naupliadae.’ nota est fabula de pallamede: ibi ‘Viscera.’ sed ibi de naufragio graecorum: hic vero de simplice eius morte et crimine.

‘Ethalon.’ Ethalus Rex fuit aegypti: qui isidem de stupro interpellavit. Quare ab ipsius sacerdote [sacerd. hospite] occisus est et prohibitum est [ne quis ex ea familia Sacerdotium iniret aut

[Sacris Isidis posset interesse.] ne imago illius Regis esset in templo Isidis cum ibi essent imagines ceterorum regum.


„Utque Melantheum.’ Melantheus homicidium fecit et ad domum matris suae fugit et ibi se abscondit: quem insequentes inimici eius quaesierunt a matre. mater vero accenso lumine: putabat .n. illum nullo modo posse inveniri: cum ipsis incepit quasi inquirens ire per domum et sic filius eius repertus interfectus est.

„Qualis equos.’ Dolon unus troianorum noctu venerat exploratum quid facerent graeci: equos achillis sibi pactos a troianis volens furari: qui inventus ab ulysses occisus est ut ait ovidius.

„Nec tu quem.’ Rhesum in auxilium troianorum venientem somno oppressum et socios eius ulysses cum diomede interfecit.

[„Cliniadaeque modo.’ Persicus Clinii filius a sociis occisus est ac semicombustus propter auri copiam, quam habebat secum.

„Utque Remo.’ Remus a Romulo fratre rastro est interemptus, quod praeter edictum recentes muros trasiliisset.]















3 2044 010 256 832

THE BORROWER WILL BE CHARGED AN OVERDUE FEE IF THIS BOOK IS NOT RETURNED TO THE LIBRARY ON OR BEFORE THE LAST DATE STAMPED BELOW. NON-RECEIPT OF OVERDUE NOTICES DOES NOT EXEMPT THE BORROWER FROM OVERDUE FEES.

WIDENER  
BOOK DUE

APR - 2 1984

APR 28 1984  
APR 28 953

W

JAN 1 1990



